ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΛΙΒΕΡΑΛΙΣ

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΝ

ΣΥΝΑΓΩΓΗ

ANTONINI LIBERALIS

TRANSFORMATIONUM

CONGERIES.

GRAECA E CODICE PARISINO AUCTIORA ATQUE EMENDATIORA EDIDIT, LATINAM GUIL. XYLANDRI INTERPRETATIONEM, ADNOTATIONES INTEGRAS EIUSDEM XYLANDRI, ABRAH. BERKELII, TH. GALII, TH. MUNCKERI, HENR. VERHEYKII, SELECTAS FR. BASTII

ET SUAS ADIECIT

GEORG AENOTHEUS KOCH

PHIL. DR. SEMIN. PHILOLOGORUM LIPS. SOD. HONOR. SCHOLAE THOMANAE COLLEGA.

ACCEDUNT H. VERHEYKII EXCURSUS IN DIALECTOS ANTONINIANAS ET INDICES COPIOSISSIMI.

LIPSIAE

IN LIBRARIA DYCKIANA

1832.



VIRO

AMPLISSIMO CONSULTISSIMO

MUNERUM MERITORUM SPLENDORE ILLUSTRISSIMO

FREDERICO GUILELMO
MUELLERO

SENATUS LIPSIENSIS PRINCIPI
SCHOLAE THOMANAE CURATORI

SUMMO LITERARUM SACRARUM ET HUMANARUM

PATRONO

HAEC SUA STUDIA

VENERABUNDUS

OFFERT ET CONSECRAT

EADEMQUE

UT GRATI ANIMI PIGNUS

UT OBSEQUII DOCUMENTUM

SPECTARI CUPIT

DEDITISSIMUS CULTOR

GEORG AENOTHEUS KOCH

GEORG AENOTHEUS KOCH

L. S.

Quod singulari quadam fortuna accidit, ut permulti veterum scriptorum, qui labente iam civitate et in peius mutato rei literariae statu sermone Graeco in scriptis suis utebantur, interpretes inde a restauratis literarum studiis ad usque memoriam nostram plerumque nanciscerentur diligentiae pariter atque doctrinae laude florentissimos, idem de mythographis Graecis praeter ceteros merito poterit praedicari. Nam qui princeps inter hos post Apollodorum facile putetur, Antoninus Liberalis, etsi neque a dicendi genere, neque a rerum tractatarum materia tantum commendationis habere videatur, quantum alii multi, vel a doctissimis hominibus ex aliquot saeculis subinde curae est habitus. Neque vero mirum cuiquam hoc videatur, qui reputare velit, quanto temporis et totius paene vitae dispendio homines eruditissimi aliquando in futilissimos scriptores, tamquam in Charitonem suum Dorvillius, operam et laborem impenderint.

Itaque in Antonino nostro cum emendando tum illustrando, quandoquidem ordinem ducere videmus clari nominis heroem, Xylandrum, agmen claudere Verheykium, praeterlapsis temporibus non defuerunt, qui studiosius elaborarent, quisque pro virium suarum modo et instrumentis. Quod si autem hunc scriptorem a vitiis minus, quam exspectari possit, repurgatum adhuc habuimus, nae istorum aut soli negligentiae aut ignorantiae id imputemus: imo ut

in iniqua literarum conditione et subsidiorum pe
ria, quorum copia hodie nobis data est, quidq
commiserint isti, quaeramus oportet: ita Antoni
sat gravibus corruptelis etiamnum laborat, q
ex parte tollere num mihi contigerit, videant
ritiores.

Quare vel is operae pretium fecisse censen
est, qui libellum Antoninianum, iudice Valcke
rio minime vulgaria complectentem, nova eade
que aptiore veste indutum literarum amanti
tradiderit. Dicat sane aliquis, ieiunum et exil
esse Antoninum; nec graviter audiam. Sed f
tes, ex quibus hausit ille narrationes suas, qu
ipsa antiquitas nobis inviderit, num rivulos i
deductos adspernabimur?

Priorum editorum in Antoninum merita a
breviter recenseam, quam ipse quid praest
voluerim, quid potuerim, aperiam, ut melius
pareat, quo tempore, a quibus quove succe
Antoninus tractatus sit, et vero etiam rectius p
sit diiudicari, quantum tetigerim metam mihi p
positam.

Ac primum quidem iusti editoris munere p
clare functum esse novimus Guilelmum Xylandr
qui Antoninum aliis opusculis comitem adiecit
indice: *Antonini Liberalis Transformationum c
geries. Phlegontis Tralliani de Mirabilibus
Longaevis Libellus. Eiusdem de Olympiis F
gmentum. Apollonii Historiae mirabiles. Antig
mirabilium narrationum congeries. M. Anto
Philosophi Imp. Romani, de vita sua Libri
ab innumeris quibus antea scatebant mendis
purgati, et nunc demum vere editi. Graece
tineque omnia, Guil. Xylandro Augustano in
prete: cum Annotationibus et Indice. Basil
per Thomam Guarinum, MDLXVIII chartis o
nis min.* Graeca depromsit Xylander e Co

Palatino, de quo mox nobis dicendum, charactéribus maximam partem sibi ignotis exarato. Plurima vero bene ab eo lecta fuisse, Codice accuratissime denuo collato egregie comprobatur. Quod consilium praeterea secutus sit, obiter monet in Adnotat. ad cap. X. pag. 315. „Ceterum multa passim perspicue depravata ex ingenio ac sensu correxi: quae omnia annotare non erat operae pretium.“ Correxit autem Xylander, ne quis eum insana libidine in scriptorem nostrum grassatum esse existimet, prava accentuum signa et striblígines apertissimas a librario admissas, coniecturas suas, paucissimas quidem illas, sed minime spernendas, aut margini modeste adiiciens, aut in notulis, quae paginae extremae adhaerent, proponens. Interpretatio Latina ex Codice recte eleganterque composita in multis instar commentarii esse poterit. De ea ad cap. XII. pag. 316. hunc in modum loquitur auctor: „Ego in vertendo sensum saepe, etiam verbis male cohaerentibus in textu expressi. Cuius rei (ut unum exemplum citem) habes evidens indicium in fab. XXXVIII. de Acasto et Peleo, cuius rei Horatius in Oda ad Asteriam meminit. Annotando autem omnia persequi neque volui, neque erat otium.“ Ceterum hac data occasione non possum, quin leve peccatum eximam Fabricii Bibliothecae Graecae Vol. IV. pag. 311 sq. ed. Harles. ubi scriptum legimus, Xylandrum edidisse Antoninum una cum Parthenio Basil. a. CIƆICLXVIII. De qua editione, an vere extet, iure dubitat Bastius Epist. Crit. pag. 204 sq. ed. Wiedeb. neque ab alio quidquam proditum comperi. Et quis binas aetatula ista eiusdem scriptoris editiones eundem annum vidisse credat? Nimirum in Epistola dedicatoria ad Albertum a Steten, data Heidelbergae a. MDLXVII. *inter gravissimas occupationes*, praeter alia denuo a se multis modis correctum prod-

ire nuntiat Xylander, quem decem annis ante ediderat, Marcum Antoninum. Fabricius festinantius haec inspiciens Antoninum philosophum, quem intelligi vult Xylander, cum Liberali confudit, quamquam aliter negligentiam illam interpretatur Bastius l. c. pag. 205. Sed, ut vara sequitur vibiam, novus inde error irrepsit in praestantissimi Groddeckii Initia Historiae Graecorum literariae P. II. pag. 101. ed. sec.

Centum plus annis neglectus iacuit Antoninus, cum operam admodum levidensem in eo castigando et explicando poneret Abrahamus Berkelius. Primus fuit, qui Antoninum seiunctum ab iis scriptoribus, quos addiderat Xylander, vulgaret Lugd. Bat. a. CIↃIↃCLXXIV. chartis minoribus. Nolo equidem Berkelii manibus illudere, sed puerilia multa pueriliter tractavit et Graeca quam parum gustaverit, quaevis fere pagina docet. Nonne, ut unico in re molesta defungar exemplo, revera dormitasse ipsum credas, cum pag. 240. corrigeret πολλὴν ὕπνον?

Haud melius anno sequenti incertis Berkelii vestigiis ingressus scriptori nostro consuluit Thomas Gale, inserens eum Historiae Poeticae Scriptoribus antiquis, Paris. CIↃIↃCLXXV. chartis octonis. In annotatione potissimum fabulas sibi sumsit illustrandas. Ceteroqui haec editio magno cum fructu adhiberi poterit ad tironum ingenia acuenda: nempe vitiis scatet plane singularibus.

Longe illos superavit et maiore diligentia et accuratiore linguae Graecae cognitione vir meliori saeculo dignus, Thomas Munckerus. Editionis suae indicem hunc esse voluit: *Antonini Liberalis Transformationum congeries, interprete Guilielmo Xylandro. Thomas Munckerus recensuit et notas adiecit. Amstelodami ap. Ianssonio-Waessberg. a.* CIↃIↃCLXXV (quamquam annus subsequens in fronte conspicitur) forma min. Studio-

rum suorum praemiis ne frueretur Munckerus, efficere conatus est Berkelius parata a. CIƆIƆCLXXVII. nova Antonini editione, qua, quidquid boni esset in Munckero, strophis fallacibus et conviciis de trivio arreptis perderet, adeo ut in his cum Pavone, turpissimae istius contra Dorvillium scriptae Praefationis auctore, contendere videatur. Sed verecundiae finibus violatis quicumque laudem aucupatur ex aliorum detrimento, ut in gravem sui temporis reprehensionem saepe incurrit, posterorum vituperia evitare nequit. Hanc turpem notam sustinuit Berkelius, cuius iniurias Munckerus lacessitus decore propulsavit in altera Hygini editione, posteriores vero Antonini editores oblivione contriverunt. Itaque Verheykius reiectis inficetiis tantummodo ea collegit et retinuit, quae a Munckero obiter in Hygino ad sua sibi vindicanda disputata essent, neque mihi placuit glandibus istis Berkelianis meliores fructus inquinare. Curas autem Munckeri secundas asteriscis in editione mea significari volui.

Omnium optime de Antonino promeruit, cuius editio cum integro Munckeri commentario Lugd. Batav. CIƆIƆCCLXXIV. chartis octonis prodiit, Henricus Verheykius, vir linguae Graecae satis peritus, quamquam fortuna illorum temporum tulit, ut de rebus quibusdam grammaticis levius disputaretur. Multum etiam studii ab eo collocatum esse videmus in indagandis, explicandis et diiudicandis veterum fabulis, id quod priores fere neglexerant. Accedit, quod Valckenarius, Ruhnkenius et Petrus quidam Fonteinius, quorum amicitia in praefatione gloriatur, suis atque Hemsterhusii Toussainctiique ineditis observationibus editioni insigne addiderunt ornamentum.

Nec in Germania defuerunt, qui Antoninum, praesertim in scholis postquam legi coeptus est, ex umbra in lucem protruderent, quos, nisi editiones ad

unam omnes recensendi legem mihi scripsissem, in medium non proferrem. Primum igitur F. G. Walchius Antoninum in nostris terris publicavit cum curis prioribus Berkelii ad calcem Phaedri fabularum Lipsiae CIↃIↃCCLXVIII. chartis octonis min. Hac editione equidem utor. Harlessius autem Brev. Notit. Litteraturae Graecae pag. 371. ad annum CIↃIↃCCXXXV. eam referens si vera loquitur, Walchianum opusculum plus semel typis descriptum sit necesse est.

Hunc excipit L. H. Teucherus, quo opifice Antoninus bis eodem anno CIↃIↃCCXCI Lipsiae reparatus est. Is in editione ampliore notas adiecit Xylandri, Berkelii, Munckeri, Verheykii et Aesopi aliquot Babriique fabulas, omissa tamen Xylandri interpretatione, in altera sola Graeca descripsit additis Gabriae e Babrii fabulis nonnullis. Teucherus autem, vel tantillo oneri sustinendo impar, praeterquam quod interpretum priorum adnotationes misere decurtavit, ne ea quidem, quae Verheykius in extrema libri pagina corrigenda indicaverat, correxit, quae negligentia aeque vituperanda atque illa, qua qui nuper Hephaestionem Gaisfordi Lipsiae recoxit, ut aliud ab eo turpiter peccatum taceam, Addenda suo quaeque loco addere non satis habuit, sed insuper, ne quid desideraretur, addidit.

Novissime Lipsiae Antoninus excusus est a. CIↃIↃCCCIX in usum scholarum cum nonnullis veterum fabulis.

Insignis vero lux affulsit nuper Antonino eximia cura b. Bastii in libro: *Lettre Critique de F. I. Bast a Mr. I. F. Boissonade, sur Antoninus Liberalis, Parthenius et Aristénète. Paris an* XIII — 1805. Libellus noster tractatur inde a pag. 63 ad pag. 167. Et tribus annis post: *Fr. Iac. Bastii Epistola Critica ad V. Cl. Ioann. Franc.*

Boissonade super Antonino Liberali, Parthenio et Aristaeneto. Cum auctoris emendationibus et additamentis MSS. e lingua Gallica in Latinam versa a Car. Alb. Wiedeburg. Cum tabula aeri incisa. Lipsiae CIƆIƆCCCIX. ubi vid. pag. 99 ad pag. 204. coll. pagg. 279. 280. Cui accessit: *Appendix ad I. F. Bastii Epistolam Criticam. Partim Latine vertit cumque suis notis et indicibus edidit G. H. Schaefer. Lipsiae a.* CIƆIƆCCCIX. Cfr. ibi pag. 37 ad 48. Haec altera epistolae editio multa quidem a manu Bastii adiecta et emendata habet, quae a Gallica absunt, alia vero cum omissa, tum ab interprete secus intellecta videmus. Quapropter iustis caussis motus ad archetypum lectores aliquoties allegavi. Bastius autem eo nomine maxime profuit Antonino, quod non solum e Codice, quo iam usus erat Xylander, maiore diligentiae et peritiae laude collato pristinum colorem scriptori haud raro restituit et insignem lacunam pag. 17, 18. de qua dixi in adnotatione pag. 164 sq. adeo refecit, sed etiam divinando ad veram saepenumero accedere studuit lectionem.

Ut de Codice illo paucissima afferam, quoniam unicus hucdum innotuit, in quo esset Antoninus, is ex bibliotheca Palatina Electorali, quae olim Heidelbergae erat, in Vaticanum, inde una cum aliis thesauris Parisios migravit. Ibi quum studiorum caussa per aliquot annos degeret popularis meus Guilelmus Schluttigius, quem literis atque suis Romae iniqua sorte nuper ereptum lugemus, rogatus a me Codicem denuo inspexit et paucula, quae Bastii aciem effugerint, amicissime mihi impertivit. Codex scriptus est in membrana literis elegantissimis, et iudicante quidem Bastio ineunte saeculo decimo. Quattuor folia hodie resecta sunt, ut deficiant Graeca a pag. 10, 25 inde a verbis ἣν εἰώθει παρὰ Τιμάνδρην etc. et inci-

piant demum cap. VIII. pag. 15, 9. Item exciderunt pag. 47, 16. verba Ἐπεὶ δὲ παραγενόμενον κ. τ. λ. ad pag. 49, 25. ubi demum pergitur: πλεῖστα δῶρα πέμψας. Itaque gratulemur nobis, quod Xylandro integro Codice uti licuit.

Iam vero horum, quae enumerata habes, subsidiorum talem mihi usum faciendum esse putavi, qualis omnino in nova libri recensione exspectari posset, quae res graviter nunc me admonet rationis propositi mei reddendae. Ac scio equidem boni esse artificis in operibus restaurandis aut de integro exstruendis antiquata renovare vel certe meliorem iis reddere speciem, vitiosa vero et ruinosa prorsus reiicere et eorum loco arcessere firmiora. Talia si quis comparando ad librorum editores transferre velit, quod revera nuper visum est homini cuidam iniquius de antiquitatis disciplina eiusque cultoribus iudicanti, profecto rem meam pessime me egisse contendas, utpote qui in condenda hac nova editione intacta reliquerim, quae palato nostro minus serviant, quae obsoletam quamdam redoleant doctrinam, denique quae antiquata rectiusque dudum cognita sint. Sed nebulonem istum ne flocci quidem facio et bonum factum est, quod doctissimus quisque in literarum studiis nihil parvi ducendum et in tenui saepe gloriam esse ponendam perspexit. Nimirum quae ab interpretibus prioribus inveni observata quin integra huc reciperem, eo minus dubium mihi fuit, quo magis hanc ob rem gratiam haud exiguam apud viros doctos me initurum esse speravi. Nam licet negare non ausim, hic illic legentem incidere in disputationes loquacissimas, cuiusmodi est pag. 290 sqq. de verbo σαίνειν, multa effutiisse Berkelium, Galium et Munckerum, quae pueris hodie explicare solent magistri, in his tamen secare, decurtare aut omittere quidquam nolui. Neque apud eos, quibus

scribo, longe circumspicienda mihi erit excusatio. Numerandus est enim, quod dixi, scriptor noster fere in corruptioribus et variis praeterea, praesertim cum fabularum origines et caussas accuratius attendere velis, premitur difficultatibus. Concedam, quae de Pygmaeis a Berkelio, de Celtis in Epiro collocatis a Galio prolata legimus, nemini satis facere: sed iure quaeri poterit, num huiusmodi quaestiones a nostratibus ad liquidum sint perductae. Quapropter alii quantum, etiamsi sit minimum, contulerint ad hunc libellum vel emendandum vel illustrandum, haud scio an scitu sit utilissimum. Deinde innumeros paene aliorum scriptorum, quam Antonini, locos interpretes illi obiter tam explicuerunt quam correxerunt, quod sive conamine irrito factum sit sive felici successu, quorundam interesse scio. Accedit quod Verheykii editio, ipsa rarissima et nimio pretio venalis, Xylandri, Berkelii et Galii observationes nullas, Munckeri non integras complectitur, Teucherum autem in describendis iis levissime, ut lenissime loquar, versatum deprehendimus. Atque sic eandem, quam nuper in Moeride Atticista, heic quoque secutus sum rationem et laetor, quod consentientem mecum habeo virum peritissimum, Reinholdum Klotzium in Annall. Philolog. Lips. a. 1832. Tom. V. Fasc. 3. pag. 327.

Ex his facile cuilibet apparere arbitror in animadversionibus meis quid maximopere tractandum mihi sumserim. Etenim primarium duxi officium, orationem Antonini, quantum fieri posset, emendatam et omnino talem restituendi, qualis ab ipso auctore profecta esse videretur. Qua in crisi si quid proficere mihi contigit, multa me debere fateor Bastii studiis in Antonino praeclare positis, nonnulla b. Schluttigii benevolo erga me animo. Lectiones Codicis Parisini quanta maxima fieri potuit cura enotavi omnes, ne minutissima qui-

dem praetermittens: nempe uno stigmate commonefacti nonnunquam vero propius accedimus. Ex eodem Codice editioni meae praefigendam primus curavi capitum tabulam a Xylandro omissam, propterea quod ad disceptandam scripturam in aliquibus locis optime potest adhiberi. Ut autem nullum veterum monumentum tam sincerum, tam integrum ad aetatem nostram pervenit, quin labe quadam contaminata sit: ita in Antonino quoque nonnulla invenies, quae etiamnum salutem implorent. Atque multa, ut taceam lusus ingenii et conamina audaciora aliorum, egregie sanarunt duumviri illi, Bastius et Schaeferus, quorum felicissime inventa in orationem Antonini, qualem a me conformatam accipis, haud cunctanter aliquoties recepta sunt. Ipse bis vires meas in coniecturis expertus sum, quarum unam pag. 20, 8. quoniam et lenissima videbatur, et rei convenientissima, ipsis Antonini verbis confidentius quam timidius intuli. In singulis verbis et locutionibus explicandis praeterquam quod accuratius pertractavi, quae singulari quadam ratione ab Antonino posita essent, ad hoc maxime animum applicui, ut indagarem poëticas voces, dictiones, sententias, qui labor, quoniam antiquiorum poëmata plerumque respexit enarrator noster, neque operosus erat neque iucunditate carebat. Res vero historicas pariter atque mythologicas data opera persecutus sum, cum iis singularia quaedam et de quibus dubitari possit, comprehendi aut cum ad lectionis veritatem eruendam easdem alicuius momenti esse viderem. Plurima uberius pridem a Munckero et Verheykio tractata sunt, saepius illis extra oleas evagantibus; eoque facilius omnibus istis supersedere potui, quo acrius in totam hanc materiam aetate nostra inquisitum est a viris eruditissimis et sagacissimis, Creuzero Lobeckio, Boettigero, Voelckero aliisque, quorum

scripta in vulgus nota sunt. Quare libros a me lectos indicare malui, quam lecta recoquere.

Denique exemplo Immanuelis Bekkeri in interpungenda oratione liberius versatus sum, quo saepenumero scrupulos sine pulveris iactu exemi, qui Berkelium aliosque pupugerant.

Decurrit oratio, unde more recepto ordiri debuerat, ad libri auctorem, cuius de vita cum dixero perpauca eademque satis incerta esse, quae dici possint, permulta dixero, ne dicam omnia. Nimirum ne de nomine quidem satis constat, cum alii Antonium, alii Antoninum eum dici velint. Hoc per se quidem levius est, sed in vera eius aetate constituenda aliquid ponderis habet. Nam M. Antoninum Liberalem, rhetorem Latinum, Palaemonis aemulum, quem in libri de claris rhetoribus parte deperdita Suetonius, ut ex indice capitum residuo videmus, commemorat quemque in Chronico Euseb. ad a. CIↃCIↃLXIV. sub Claudii imperatoribus floruisse dicit S. Hieronymus, verum existimat libelli nostri auctorem esse Is. Casaubonus ad Sueton. Vol. IV. pag. 308. ed. Wolf. Cum hoc qui stulte consentirent, plures postmodo extiterunt, quos inter nominasse satis est Berkelium, cuius verba infra apposuimus, et Hambergerum in *zuverlässig.* (?) *Nachrichten* etc. T. II. pag. 41. Impugnavit Casauboni opinionem Ios. Scaliger ad Euseb. pag. 192. et in Animadvv. ad Rob. Titium pag. 15 sq. cui accessit G. I. Vossius de Historr. Graec. lib. III. pag. 326. ed. alt. Lugd. Bat. 1650. qui allato Casauboni commento: „Hoc si est, inquit, Claudii Imper. ac fortean etiam Neronis tempore vixerit.“ Mox autem his usus argumentis pergit: „Sed malo credere Scaligero, qui ad eum Hieronymi locum monet, esse alterius Liberalis *Μεταμορφώσεις* istas. Movet me, quod hic Antoninus, ille Antonius dictus; hic Graece scri-

pserit neque nisi Graecos citet scriptores, ille Latinus fuisse rhetor disertim ab Hieronymo ex Suetonio dicatur.“ Eodem fere modo iudicat Saxius in Onomast. T. I. pag. 308. „Nam quum nonnulli eumdem esse opinantur atque M. Antoninum Liberalem, rhetorem temporum Claudianorum, apud Hieronym. in Chron. Euseb. ad Olymp. CCVI. pag. 160. ad discrimen, quod interest inter *Antonium* et *Antoninum*, item rhetorem Latinum et mythographum Graecum, animum advertisse non videntur.“ Magis etiam ridiculum est, quod nonnulli libellum de Fluminibus, qui Plutarcho tribui solet, ab Antonino nostro profectum esse temere coniecerunt, testante Maussaco Diss. ad l. c. pag. 30. Qui magnam studiis indefessis adeptus est nominis claritatem, Fabricius Bibl. Graec. T. IV. pag. 310. ed. Harl. rem in suspenso relinquens non multo iuniorem facit Antoninum Aebutio Liberali, cui libros suos de Beneficiis inscripsit Seneca. Et plane novum est, quod effinxit Heumannus apud Fabricium, eundem esse Antoninum, ad quem scriptae extant tres Plinii epistolae, libri IV. ep. 3 et 18. ac libri V. ep. 10. Intelligendum hic esse M. Arrium Antoninum, avum maternum Antonini Pii, persuasit nobis docta Gierigii expositio Tom. I. pag. 304. ed. pr. Hunc autem, quem egregia utriusque linguae carmina fecisse legimus, a poësi ad tam humile, tam frigidum scripta compilandi negotium descendere potuisse alter credat Apella. Nempe unicum nomen, quoniam complurium hominum commune erat, tam mira creavit somnia. Verum vidit, si quid video, Saxius in Onomastico l. c., cum aetatem scriptoris nostri referret ad tempora Antonini Pii, Imperatoris, circa a. Chr. CXLVII. haud male addens: „Nominis saltem ratio haud quaquam impedit, quominus Antoninorum, sive Pii, sive Marci libertum, eorumque temporum

aequalem sumere liceat.“ Quam rationem iure calculo suo comprobarunt recentiorum complures, Groddeckius, Schoellius aliique. Namque ab Antoninorum temporibus minime alienum fuit narrationes de transmutatis formis antiquitus traditas ex aliorum decerpere scriptis et tamquam peculiare genus tractare. Nec nisi humile vel certe admodum mediocre caput liberti illas de vestibus elegantissimis abscissas lacinias consarcinare potuisse probabile fit.

Iam vero rerum transmutatarum fabulas ipsas, quarum fingendarum caussam non unam fuisse neminem nunc latet, per totam fere Graeciam latissime sparsas increbuisse, non modo Graecorum mythologia, verum etiam historia atque eruditionis artiumque monumenta locupletes sunt testes. Earum primordia atque incrementa longius persequi neque locus patitur nec revera otium est, praesertim cum multi de hac materia peculiares quasdam scripserint disputationes tam doctas, tam subtiles, ut supra addi nihil possit. Itaque accuratiorem huius rei notitiam qui sibi comparare velit, adeat I. G. Schneiderum disserentem: *Ueber den Ursprung und Gebrauch der Verwandlungen* in Gedickii et Biesteri libro menstruo *Berl. Monatsschr.* a. 1784. m. Mart. pag. 197 sqq. et Comment. bonae frugis plenissimam *de caussis et auctoribus Narrationum de mutatis formis ad illustrandum maxime et diiudicandum opus Metamorphosium Ovidianum*, auctore Io. Guil. Ludov. Mellmann. Lipsiae 1786. Nec qui brevem conspectum cupiat, eum legisse poenitebit utilissima Praestantissimi Iahnii Prolegomena ad Ovid. T. II. pag. 5 sqq.

Quare tantummodo ea praeeunte Mellmanno delibaturus sum, quae huc maxime faciant.

Magnam quidem fabularum partem lucem accipere videmus ex religionibus et rebus sacris, ex

saltationibus potissimum et mimis, quae in nc
nullis sollemnibus fuerunt usitatae. Huc salt
referenda videtur fabula notissima de Ascalapl
qui apud inferos quum iudicium fecisset de m
Punico Proserpinae gustato, puniendus idcirco
Cerere in bubonem mutatus fertur. Sic Ovid
Metam. lib. V. v. 544 sqq. coll. Verheyk. pag. 2
Nam quod solus Antoninus cap. XXIV. de Ascala
Cereris irrisore in stellionem mutato narrat,
vel ex confusione quadam cum priore fabula ortu
vel eius exemplo effictum esse credibile est.
his tamen mirum est, quam mira viderit Cre
zerus *). Atticum non esse hoc figmentum neq
adeo ex sacris Eleusiniis repetendum, ex Scholia
Nicandri ad Alexiph. v. 128., ut qui ἀσκάλαβ
sive ἀσκαλαβώτην Attice dici γαλεώτην tradide
cum Mellmanno pag. 18. contendere non ausi
Dubitari etiam poterit, num sacerdotibus haec n
tamorphosis originem suam debeat an a poe
fabularum exornandarum gratia adiecta sit.

Memorabile autem est hoc in genere Grae
rum studium exterarum nationum religiones c
domesticis quodammodo copulandi: ex quo explic

---

*) Symb. et Mythol. Tom. IV. pag. 467 ed. sec.
re ipsa duce Antonino nude et simpliciter narrata h
in modum pergit: „*Auch hier alte Naturbeoba
tungen des Ackermannes, in die Mythen des Sa
festes eingehüllt und niedergelegt in redenden Bild
deren individuellen Sinn wir freilich oft kaum ahn
geschweige einsehen. Aber auch hier wieder eine
chende, dürstende, trauernde Göttin, ein Mischtr
alter Fasttage und ein Spötter — aber hier kein w
kommener Spötter, kein Liebling Jacchus, keine an
nehme Jambe, sondern ein verabscheuter Spötter
als Sterneidechse* (stellio — *das Thier der Trop
oder der Sterne im Latein von* stillo — *oder ste
ein Scheusal der Menschen und hingebannt an
unreinen Oerter.*"

poterit deorum Typhonem fugientium in Aegypto facta mutatio, quam narrat Antoninus cap. XXVIII. De ea Heynius ad Apollod. Tom. II. pag. 34 ed. sec. „De fuga deorum in Aegyptum ingeniosum est inventum pro illa aetate; cum poëta meminisset ibi deos coli formis hieroglyphicis animantium. De deorum formis mutatis plura habet Antonin. Lib. alia dabit Iablonskius Panth. Aegypt. pag. 50. 51."

Haud raro fabulae a celebrioribus numinibus ad ignota translatae sunt, nominibus quoque et attributis permutatis, quod plerumque ita factum est, ut domesticis adderentur peregrina. Ut in Antonino subsistamus, ad cap. XL. pertinent, quae recte disputavit Mellmannus pag. 21. „Britomartis Cretensium sive Dictynna aut perperam a quibusdam, qui apud se illam coli perhibebant, pro Diana habita est, aut ex cognomine Dianae novum numen extitit, Nympha quaedam Britomartis; eamque narrabant quidam Minois amplexus fugientem in mare se praecipitasse, exceptam tamen retibus piscatoriis (hinc eam Dictynnam vocari) doportatam esse ad plurima loca, ubi nimirum eadem esset religio, tandem apud Aeginetas, quod ibi *Ἀφαία* cognomento dicebatur, abreptam ex hominum oculis a Diana et in deorum numerum relatam; ob quam apotheosin fabula in metamorphosibus celebrari potuit." Simile exemplum habemus cap. XXVII. ubi *Ὀρσιλοχίαν* *) h. e. Dianam in Leuce

*) Hoc enim verum esse nomen, non *Ὀρειλοχία*, quod in Antonini prioribus editionibus et Ammiano Marcellino reperitur, dixi in adnotat. pag. 245. Novimus quidem Dianam *Λοχείαν* sive *Λοχίαν*, sed eam huc pertinere quis censeat? Neque ab ὄρος et λοχᾶν illud derivare quemquam arbitror, ut sit *dea feris in montibus insidians.* Videlicet *Ὀρσίλοχος* nomen fuit viri inde ab Homeri temporibus celebratissimum, unde poëtas, ut fabu-

insula tumulo Achilleo notissima antiquitus coli legimus. Haec ipsa in Iphigeniam postmodo abiit, quae Achilli commode adiungi poterat. Totam hanc fabulam ad augendam Iphigeniae famam poëtas effinxisse certissimum est.

Aliud genus fabularum deducendum est ex caussis physicis prave intellectis rerumque naturalium observationibus perverse institutis, quas ex imperitorum hominum inscitia ortas qui fabulas istas traderent, ad mirabiliorem speciem iis reddendam studiosissime videntur adhibuisse. Itaque ad hermaphroditos si attendere velimus, vix nos offendet, quod veteres de viris in mulieres mutatis revera loquentes audimus. Plinius Hist. Nat. lib. VII. cap. 4. *Ex foeminis mutari in mares non est fabulosum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die L. Cossicum civem Thysdritanum.* Et Phlegon Trallian. de Mirabil. cap. 9. pag. 70. ed. Franz. ubi Aetetam e femina virum extitisse perhibet, subiicit: *τοῦτον καὶ αὐτὸς ἐθεασάμην.* His illustrantur, quae narrat Antoninus cap. XVII. atque fabulam de Tiresia, cuius ibidem mentio fit, ratione physica similiter spectandam esse recte a nonnullis observatum est.

Magnam deinde fabulas vel novas excogitandi vel antiquas ornandi opportunitatem dedit natura ac facies certorum locorum, lapidum, montium, arborum, quorum adspectus insolitus miras peperit descriptiones. Itaque homines in montes aut lapides mutatos apud veteres ubi invenimus, huiusmodi miracula nonnunquam ad similitudinem

lae de Iphigenia maiorem adderent splendorem, Dianam quandam in Achillea clari cognominis Ὀρσιλοχία finxisse haud improbabile videtur. De etymo vocis illos cogitasse vix credo, etiamsi ex ὄρνυμι et λόχος h. e. *ferarum cubile, lustrum*, deam facili opera lucreris *feras e lustris excitantem.*

figurae humanae redire nemo non videt. Succurrit fabula de Batto in lapidem aut montem transformato. Ovid. Metam. lib. II. v. 705 sqq. Antoninus cap. XXIII. Ex hoc discimus, inquit Mellmannus pag. 34, eam spectasse ad Messeniae montem, qui notus esset tanquam sedes quondam callidi cuiusdam hominis et fraudulenti, *Βάττου σκοπιὰ* ab eo dictus. In hoc igitur monte aut saxum fuit humanam forte formam referens, quod vel a plebe Battus vocari poterat, aut potius metamorphosis poëtarum ingenio debetur, ex quo primum, quod de Batti perfidia notum erat, mytho de Mercurio greges Apollinis abigente accommodari coepit. Huius enim mythi ratio indicem furti sibi postulabat. Index autem ille persona primum ficta fuit: posthac demum Battus aliis fabulis tunc insignis videtur substitutus esse.

Cragaleus, si Antoninum audiamus cap. IV, in saxum conversus fingebatur, quod lite de imperio terrae Apollinem inter et Dianam et Herculem exorta constitutus arbiter Herculem victorem enunciasset.

Aetoliae stagnum Thyria (aliis Hyrie) cygnis frequentatum mater fit Cycni cuiusdam, qui in olorem versus sit. Proximum erat Phylii herois monumentum, cuius amor in puerum aliquem fabulis celebrabatur. Poëtis fuit puer ille Cycnus a cygnis petitus, mater eius Thyria (Hyrie) ex ipso stagno facta, quo artificio duplex acceperunt metamorphosis ornamentum. Antonin. cap. XII. coll. Ovid. Metam. lib. VII. v. 372 sqq.

Lycios quosdam rusticos in ranas mutatos esse a Latona quod narrat Antoninus cap. XXXV, ad locum aperte spectat, ubi et Latona coleretur, et vero etiam ingens ranarum esset numerus. Mellmannus pag. 93. „Si Ovidium audias, ratio fabulae est expedita. Erat in medio quodam stagno

ara Latonae, circumstrepentibus adeo ranis; quamquam est dubium, annon ara illa poëtae ingenio debeatur, cuius mentio nulla fit apud Antoninum, qui cetera ex Menecrate Xanthio, rerum Lyciarum scriptore narrat, sed tamen de certo Lyciae lacu aut fonte, *Μελίτην κρήνην* nominans."

His adiungenda fabula Amphissensibus aut potius Oetaeis domestica de Dryope in arborem mutata, in qua, praesertim si antiquiorem narrationem ex Antonino cap. XXXII. sequamur, plurima ad loci indolem apte referri possunt. „In luco nimirum Dryopi sacro templum erat Nympharum, a quibus Dryope rapta ipsaque Dryas facta alnum insignem ad fontem inhabitare dicebatur; nomen quodque advocare licet, quod habet aliquid ex *δρῦς*; fabulae celebritatem attulerunt ludi ad huno locum habiti." Cfr. Ovid. Metam. lib. IX. v. 350 sqq.

Artis opera cum accuratius attendimus, quibus expressae erant rerum figurae et ornata mythorum memoria, plurium metamorphosium inventarum in iis caussam quaerendam esse facile apparet. Atque exinde fortassis explicanda fabula paullo intricatior apud Antoninum cap. XIII. de qua Mellmannus pag. 41 sq. haec scribit: „Quum apud Melitenses nobili feminae, quae mortem sibi inferre quam tyranni vim pati maluerat, in aede Dianae iuxta deam statua esset reposita, historiam eius satis iucundam ennarrantibus data est opportunitas, ut corpus Aspalidis, hoc illi nomen, quum interfecto ab eius fratre tyranno, publicis honoribus efferre vellent cives, nusquam inventum esse fingerent, sed in ipsam hanc statuam mutatum, quae inde hoc loco apparuerit. Aliquid tamen praeterea accessisse crediderim, quod huic figmento gratiam et iucunditatem conciliaret; nimirum quod tam nobilis feminae nullibi monumentum aut sepulcrum ostendi poterat, eius rei, ut dedecus a

civibus amoveret, satis ingeniose aliquem rationem illam, quam exposuimus, puto reddidisse." Atque cap. XXXIII. illustrandi caussa pergit: „Neque haec dici parum probabiliter, docent, quae de Alcmena, quum efferretur, in saxum mutata novimus. Huius scilicet Thebis monumentum extabat nullum, lucus tantum eius memoriae sacer, et in eo lapis; in hunc igitur transformatum esse Alcmenae corpus contendebant, neque id mirum, quum certarent hac de re Thebani cum Megarensibus, qui se tumulo Alcmenae apud se defunctae iactarent." Nec aliter lupus fabulas Pelei ornat et in lapidem abit, quod eiusmodi signum conspiceretur in Phocidis et Locridis confinio. Quae satis perspicue exponit Antoninus cap. III.

Porro fabularum genus adest, quod nominum et appellationis similitudine etymologica nititur, auctum etiam Graecorum studio obscuriora quaevis ex nominibus atque etymo explicandi. Singula, quae in scriptore nostro hac via explicari debeant, longum est enumerare. Nonne merum lusum etymologicum quivis statim agnoscet, cum cap. XXX. Byblidem, quae Caunum amaverit, in fontem cognominem transmutatam esse legerit? Et lucem ex his accipit, quod cap. XXIX. quocum committas Ovid. Metam. lib. IX. v. 317. de tristi Galinthiadis sorte proditum est, ut fluctus excitet in simpulo Mellmannus pag. 56 sq. haec ludens: „Antiquum est commentum et facillimae explicationis de partu Alcmenae Iunonis malignitate impedito; solvuntur nexus magici dolo aut Mantus Tiresiae aut Galinthiadis cuiusdam, neque hoc mirum; sed cur Galinthidem in γαλῆν mutatam esse voluerint, non in promtu est; num mero lusu ex nomine, et quod punienda esset, quae fraudem deae struxisset, an alio quodam mystico sensu?" Rectius Creuzerus Symb. et Myth. Tom. II. pag. 170. ed. sec.

Superant fabulae; quarum magnum haben numerum, de hominibus in bestias, plantas, m tes, flumina conversis, quas a poëtis data qua cumque occasione aut inventas aut ampliatas n thisque notioribus additas esse videmus, sive q mos ita ferret, sive quod ipsa fabula magis l ornamento placeret. Quantopere antiquis scrip ribus hoc argumentum arriserit, documento e potest Boei *Ὀρνιθογονία* et Eumeli *Βουγον* quamquam is quomodo versatus sit in materia s certo iudicari nequit.

Hactenus ea disputando breviter persecu sum, quae fabularum de transmutatis formis c gines atque incrementa probarent, qua in re ficere studui, ut ex larga hac et intricata mate duce Mellmanno transferrem, quae ad consili meum maxime essent accommodata. Restat, exponamus, quibus temporibus et quorum stu totum hoc metamorphosium genus excultum Atque haec quidem quaestio paullo altius rep tur oportet, quoniam antiquissimos poëtas sing fabulas carminibus suis intexuisse videmus, q seriore aetate multis modis auctae, exornatae, nique in unum corpus ab aliis redactae sunt. I mus in his fons considerandus est *Homerus*, c in carminibus fabularum incunabula conspicin Hunc enim cecinisse scimus de Niobe in sax montis Sipyli transformata Il. lib. XXIV. v. 6 de dracone in lapidem converso Il. lib. II. v. ad 319. de Phaeacum nave in saxum mutata lib. XIII. v. 155 sqq. de Pandarei filia, quae lu niae formam induerit, Od. lib. XIX. v. 518 s de Proteo multiformi Od. lib. IV. v. 417. 455 s Proximus accedit *Hesiodus* in Theogon. v. 183 s Veneris originem et Terrae partum ex Coeli s guine, ibid. v. 280. Pegasum et Chrysaora sanguine Medusae ortum memorans. Item in C

et D. v. 570. ed. Spohn. est *Πανδιονὶς χελιδὼν*; et ibid. v. 145. Theog. v. 35. atque Fragm. pag. 75. ed. Dindorf. homines ex arboribus et lapidibus (?). De scriptis eius deperditis, quibus Antoninus usus est, seorsim infra dicendum. Propter carmen paullo ante dictum nominandus hic est ex antiquissimis poëtis *Eumelus* Corinthius, fortassis circa Olympiadum initium, de quo consulas Heynium ad Apollod. T. II. pag. 356. ed. sec. Groddeckium Initt. Hist. Graec. liter. P. I. pag. 37 sq. ed. sec. *Simonides* Amorginus circa Ol. XXIX. a. Chr. 664. mulieribus pro ingeniorum diversitate diversas adscripsit origines ex animalium genere. Reliquos vero scriptores, a quibus singulae metamorphoses vel inventae vel novo modo exornatae sint, quos inter iure numerari possunt poëtae epici, lyrici, inprimis Stesichorus, nec non tragici, ex proposito praetereo. Pluscula dederunt Heynius ad Apollod. Tom. II. pag. 351 ad 361. ed. sec. Mellmannus pag. 62 sqq.

Certius de iis iudicare possumus, quos omnes istas metamorphoses antea inventas a reliquis fabulis seiunxisse et tamquam singulare genus concinnasse constat. Quorum longe plurimos, nempe quos duces secutus est Antoninus, infra accuratius mihi recensendos esse putavi. Uno igitur verbo enumerabo, quorum exceptis illis notitia aliqua ad nos pervenit. Atque varii quidem hoc in genere innotuerunt *Callisthenes*, sed nobilissimus fuit, cuius ex *Μεταμορφώσεων* libro primo Plutarchus fabulosa quaedam narrat in Parallelis Min. pag. 306. de ara in Aegysthei honorem exstructa. Idem Plutarchus ibid. pag. 311. F. ex *Dorotheo* quodam *ἐν πρώτῳ Μεταμορφώσεων* fabulam refert de Phoco Aeaci filio, a Telamone fratre inter venandum interfecto. *Theodorus* ibid. citatus pag. 311. A. in fabula de Myrrha exponenda vereor, ne sola no-

minum permutatione natus atque idem sit cum Dorotheo. *Parthenius* ὁ τὰς Μεταμορφώσεις γράψαι λεγόμενος laudatur ab Eustathio ad Dionys. Perieg. v. 420. De hoc fuse disputavit Mellmannus pag. 79 sqq. *Adrianus Sophista*, vir celeberrimus, de cuius vita Philostratus Vit. Soph. II. pag. 582. ed. Olear., teste Suida Tom. I. pag. 58. ed. Kust. praeter alia multa ἔγραψε μελέτας καὶ Μεταμορφώσεις ἐν βιβλίοις ἑπτά, quae quoniam a Lexicographo cum μελέταις et aliis scriptis rhetoricis eiusdem copulantur, Mellmanno pag. 88. videntur stilo rhetorico elaboratae fuisse. *Nestor*, patria Larandensis, secundum Suidam Tom. II. pag. 614. ed. Kust. sub Severo imperatore, Metamorphoses scripsit, de quibus sic Menander Rhetor cap. περὶ λαλιᾶς pag. 624. ed. Ald.: γέγραπται δὲ καὶ Νέστορι ποιητῇ καὶ σοφιστῇ Μεταμόρφωσις φυτῶν καὶ ὀρνέων. Scite se hac in materia expediisse, narrationes huius generis evincunt in libro XI. Geopon. servatae, si vera est coniectura I. G. Schneideri Peric. Crit. in Anthol. Constant. Ceph. pag. 12. Cfr. Needham. in Prolegom. ad Geopon. pag. LXII. ed. Niclas, quem et ipsum vide ad XII. 16. Metamorphosium opus a *Lucio* quodam Patrensi, si fides habenda est Photio Cod. CXXIX. conditum, quem locum obtineat, docebit imitator eius Apuleius.

Inter Romanos, qui hunc in censum veniant, unicus adest *Ovidius*, non quod scriptores Graecos vestigiis est consecutus, sed quod ingularum fabularum, quae ipsius et Antonini communes sunt, utilissima institui poterit comparatio. De *Lactantio*, quem Ovidianas Metamorphoses pedestri oratione expressisse credunt, tacere praestat. Uti autem totum hoc fabularum genus omni fere tempore mirum quantum placuisse videmus, ita inprimis opus Ovidianum quanto in honore habitum sit, docu-

mento est laudabile studium *Maximi Planudis*, monachi saec. XIV. eruditissimi, qui in linguam Graecam eamdemque prosam transtulit: quam interpretationem anno CIↃIↃCCCXXIII. publicavit Boissonadus.

Iam vero in scenam prodeant, quorum scripta ad congerendas narrationes se adhibuisse in capitum titulis indicat Antoninus *). Plurimos antiquiores fuisse et melioris notae, vel tenues reliquiae, quali demum cunque modo ab Antonino servatae sint, fidem faciunt, deperditorum vero monumentorum desiderium augent: qua de caussa minime malignis oculis spectandi sunt centones illi Antoniniani **). Quodsi nonnullis hac in parte curiosior fuisse videor, hi cogitent velim, scriptorum illorum nihil fere superesse, nisi mera nomina, nec ea quidem extra omnem dubitationem posita, aetas vero, scribendi ratio atque indoles huius vel illius ex quibus constitui possit atque diiudicari, paucissima nos haber indicia. Primus ex literarum ordine nominandus

Antigonus, cuius *Ἀλλοιώσεις* citantur cap. XXIII. in fabula de Batto. Plures eiusdem nominis viri doctrina et scriptis apud veteres inclaruerunt, quos longo ordine recenset Meursius Opp. Vol. VII. Nostrum autem esse Antigonum Carystium, philosophum et historicum haud ignobilem, qui regnante Ptolemaeo Philadelpho circ. ante Chr. n. 284. vel ex sententia Saxii Onom. liter. Tom. I.

*) Iure crepat V. D. in Ephem. liter. Goetting. a. 1775. s. 117. pag. 1007. huiusmodi indicem aegre desiderari in Verheykii editione.

**) Idem sentit Galius in Dissert. de Scriptorr. mytholl. Hist. poët. scriptt. antiquis praemissa pag. 55 sq. „Narrationes complectitur Antoninus ex scriptoribus aevi melioris, qui interciderunt; quo nomine commendatior esse debet philologis.“

pag. 402. circ. ante Chr. n. 270. floruit, vix est quod dubitemus. Hunc enim opusculi, quod ad nos pervenit, *Ἱστοριῶν παραδόξων Συναγωγὴ* inscripti auctorem diserte nominat Stephanus Byzant. de Urb. v. *Γναρός*. Vid. Ionsius de Scriptorr. Hist. Philos. II. 4, 1. pag. 155. II. 12, 2. pag. 209. ed. Dorn. Voss. de Hist. Gr. lib. I. pag. 78 — 80. Fabric. Bibl. Gr. Tom. II. pag. 672 sqq. Mellmann. l. c. pag. 76 sq. Igitur et ingenio et aetati huius Antigoni illae *Ἀλλοιώσεις* iure videntur tribui posse.

Apollonius Rhodius *ἐν Ἐπιγράμμασι* laudatur cap. XXIII. Quorum unicum superest contra Callimachum scriptum. Vid. Weichertus: *Ueber das Leben und das Gedicht des Apollon. von Rhodus* pag. 91. Ex additis autem *ὥς φησι Πάμφιλος ά* apparet, ipsis carminibus Antoninum non usum esse.

Areus Laco carmen (*ᾆσμα*) scripsit *Κύκνος*. Vid. cap. XII. De hoc altum apud veteres silentium. Arium poëtam memorat Pausanias lib. III. cap. 13, 5. *Θέστιος γὰρ τὸν Λήδας πατέρα Ἄρειός φησιν ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἀγήνορος παῖδα εἶναι τοῦ Πλευρῶνος*, ubi contra morem suum Amasaeus dedit *Areus*, cum debuisset *Arius*. Hoc utut est, nomen ipsum suspectum fuit Palmerio, Valckenario atque Heynio, qui ad Apollod. Tom. II. pag. 45. ed. sec. „Fortasse, inquit, *Ἄσιος*, etsi *Ἀρεὺς* poëta est apud Antoninum Liberalem." Consentiunt Facius et Clavier. Vereor ut recte. Cautius Siebelisius ad Pausan. Vol. II. pag. 38. „Sed nescio, an intelligi possit poëta Lacedaemonius ille, qui apud Antoninum Liber. vocatur *Ἀρεὺς ὁ Λάκων*." Cuius sententia impense mihi placet, quoniam varietas in hoc nomine fere sollemnis fuit. Sic *Ἀρεὺς* Lacedaemoniorum rex a Plutarcho Vit. Pyrrhi cap. 26. 27. dicitur, qui Iosepho Antiqq. Iudd.

lib. XI. cap. 4, 5. est Ἄρειος. Vid. Creuzer. Commentt. Herodott. pag. 271. Item Ἄρειος philosophus Stoicus apud Plutarchum Vita M. Antonini cap. 81. aliis nominatur Ἀρεύς. Cfr. Ionsius de Scriptt. Hist. Philos. II. 17, 3. pag. 248. ed. Dorn. Quare in scriptore nostro Ἄρειος mutemus cavendum.

Ceterum Alexidis fabulae *Κύκνος* inscriptae meminit Athenaeus lib. XI. pag. 472. A. item Eubuli lib. VII. pag. 301. A.

Athanadas *Ἀμβρακικὰ* sive de rebus Ambraciotarum scripsit, ex quibus ac Nicandri primo *Ἑτεροιουμένων* libro narratur ab Antonino cap. IV. de lite inter Apollinem, Dianam et Herculem super Ambracia, item de Cragaleo, postquam urbem Herculi adiudicasset, ab Apolline in saxum converso. Cfr. Voss. de Hist. Gr. lib. III. pag. 355 sq. Equidem de eo nihil habeo quod dicam, nisi notissimum illud N. L. Athanis quidam *Σικελικῶν* auctor laudatur Athenaeo lib. III. pag. 98. D. Paullo certiora edocti sumus de

Boeo, qui carmen fecit Ὀρνιθογονία, sicut Eumelus Corinthius simile *Βουγονία*, uterque, nisi fallor, nomen repetens ab Hesiodi Θεογονία. Atque simpliciter quidem illud affert Antoninus cap. III. et XI. librum eiusdem primum cap. VII. secundum cap. XVI. XVIII. XIX. XX. XXI. Ut autem poëtae nomen non uno modo scriptum invenitur in antiquorum monumentis, cum *Βοῖος* atque *Βοιός* legamus, de qua varietate Boeckhius Corp. Inscriptt. Graecc. Tom. I. Praef. pag. XXII. paucula attulit, sic plures revera eiusdem nominis extiterunt viri. Certe Suidas v. *Τέρπανδρος* Tom. III. pag. 450. ed. Kust. de Boeo loquitur filio Phocei, nepote Euryphontis, pronepote Homeri. Boeus noster quando vixerit, certo definiri nequit, quamquam Mellmanno pag. 74. cum Corinna, quam Pindaro aequalem seu

paullo priorem aetate fuisse ponit, de priore loco videtur contendere posse.

Ut haec mittam, accuratiorem notitiam poëtae et argumenti, quod tractaverit, veteribus debemus. Athenaeus enim lib. IX. pag. 393. E. *Βοῖος δ' ἐν Ὀρνιθογονίᾳ ἢ Βοιὼ, ὥς φησι Φιλόχορος ὑπὸ Ἄρεως τὸν Κύκνον ὀρνιθωθῆναι.* Casaubonus ad h. l. „Videntur dubitasse veteres, vir fuisset an foemina auctor poëmatis illius *Βοιὼ*, ut *Δηὼ*, *Μυρὼ*, *Θεανὼ* et similia mulierum nomina.“ Corrupte ante Casaubonum legebatur *ἢ Βοιῷ*, tamquam alia haec esset operis inscriptio. Vid. Schweighaeuser Animadvv. Tom. V. pag. 168. Et multo deterius interpres Latinus: *sive, ut ait Philochorus in Boeo.* Bene Meursius: *Boeus in avium generatione, vel Boeo, ut Philochorus inquit.* Certe *Βοιὼ* poëtria Delphica laudatur Pausaniae lib. X. cap. 5, 4. Ad hanc ipsam vera an Philochorus istud carmen retulerit, ut Mellmannus pag. 69. arbitratur, ambiguum est. Vid. Lenzius et Siebelisius ad Philochori Fragm. pag. 105. Meminit etiam Plinius Hist. Nat. lib. X. cap. 3. ubi de aquilis sermo est, Phoemonoës cuiusdam et Boei, quamquam et hic lectio fluctuat. Nam vulgo legebatur *Boëtus*, *Boëtius*; Hermolaus inde fecit *Boëthus.* Sed recte Pintianus in Indice Vol. I. pag. 171. ed. Paris. 1828. correxit *Boeus* probante Harduino Vol. IV. pag. 213. ed. Paris. sive Vol. IV. pag. 10. ed. Franz. Idem verum iudicat Galius ad Antonin. cap. 3. „Plinius lib. X. et Pintianus, qui sic in MSS. Codd. invenit. Gesnerus videtur h. l. legisse *Boemum* vitioso Codice usus; sunt qui *Βόηθος* legunt.“

Revertor ad Athenaeum, de carmine Boei haec referentem: *καθόλου δὲ ὁ ποιήσας ταῦτα τὰ ἔπη πάντα τὰ ὄρνεα ἀνθρώπους ἱστορεῖ γεγονέναι.* Fabulas ex eodem attingit Cycnum a Marte in avem

mutatum et mulierem Pygmaeam transversam in gruem. Haec vero mulier Antonino est Oenoë. Athenaeus, consentiens in mariti nomine Nicodamantis, foeminae nomen tacet. Sed qui fabulam istam ex Athenaeo repetere videtur, Eustathius ad Hom. Il. *Ψ*. pag. 1444, 14. *Γεράναν* fuisse dicit, nec aliter Aelianus Nat. Anim. lib. XV. cap. 29. Unde Athenaeo alterutrum nomen inseri volunt VV. DD. Id quo iure fiat, quaerere non vacat. Recte quidem monuit Mellmann. pag. 69. si in Boeo *Γεράνα* mulier ista dicta sit, parum fide ex eo fabulas transcripsisse Antoninum, vel hominum nomina ex libidine immutantem. Sed mulieris nomen in Antonino si mutare velimus, verendum est, ne nubem pro Iunone amplectamur. Scilicet error suus isti relinquendus.

Ex fabularum reliquiis ab Antonino servatis discimus, observationes quasdam de natura, nominibus, victu, vocibus et sedibus avium Boeo opportunitatem fingendi dedisse.

Inter poëtas Romanos Aemilius Macer, de quo docte exposuit Iahnius in Disp. de P. Ovidii Nasonis et A. Sabini Epistolis pag. 10 sqq. Lipsiae 1826., Ornithogoniae auctor vocatur, qui tantum abfuit, ut Boeum fabulas comminiscentem imitaretur, ut materiam eandem ad veritatem et naturam rei tractaret.

Corinnam habemus cap. X. *Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ΄. καὶ Κόριννα.* et cap. XXV. *Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ΄. καὶ Κόριννα Ἑτεροίων α΄.* Hoc postremum Mellmannus pag. 74. depravatum esse censet ex *Ἑτεροιουμένων*, quum Corinnae Metamorphoses aperte significari voluerit auctor. Nec repugno. Audacissime Welckerus in Creuzeri Melett. P. II. pag. 15. not. 7. „Mihi quamvis nec Verheykium (pag. 100. ed. nostrae) nec Heinsium ad Ovid. Metam. init. de tituli veri-

tate dubitare video, certum est, neutrum esse verum, sed *μελῶν* intelligendum, in quibus carminibus metamorphoses forsan plures tetigerit Corinna. *Ἑτεροίων* sensu caret et ex praecedenti *Ἑτεροιουμένων* librarii hallucinatione ortum videtur. Metamorphosium collectionem non dicam omnino istius aetatis poëtae, sed lyricae saltem poëtriae adscribere non potest, nisi qui ingenium lyricae poëseos et rationem quam minime habeat perspectam *)."

Incertus haeret Mellmannus, num tribuendae sint, Metamorphoses illae nobilissimae huius nominis foeminae Thebanae aut Tanagraeae, quae carminibus lyricis Pindaro etiam victo iuclaruisse dicatur, an vel Thespiae sive Corinthiae vel Thebanae item, sed iuniori. Nempe has coniunctas cum enumeret Suidas Tom. II. pag. 350. ed. Kust., mirari subit, quod de Metamorphosium libro *οὐδὲ γρῦ*. Audiamus Mellmannum porro ratiocinantem:

*) Maiore etiam levitate huic coniecturae aliam superstruxit Welckerus l. c. pag. 16. not. fabulam XXV. Antoninum hausisse ex carmine, cuius fragmentum nunc inter Alcmanica legatur CXXIX. pag. 83. ed. suae. Ibi videmus a Prisciano, ut Aeoles literae *υ* adscripsisse *ο* probet, afferri hunc versiculum: *Καλλιχόρου χθονὸς Οὐρίας θυγατήρ*. Poëtam, ex quo haec depromta sint, alii Callimachum substitui volunt, alii Alcaeum. „Maiore forte iure, inquit Welckerus, versum tribuerit aliquis Corinnae, Aeolicae poëtriae, quae cecinerat Metiochen, et Menippen, Orionis, teste Strabone pag. 404. Hyriae nati filias, Hyriei neptes, in stellas mutatas." Nec propius ad Corinnam nostram accedunt, quae Scholiastes habet Nicandri ad Ther. v. 15. *Οὔριευς δὲ ὁ πατὴρ Ὠρίωνος . . οἱ δὲ πλείους Ταναγραῖον εἶναί φασι τὸν Ὠρίωνα. Κόριννα δὲ εὐσεβέστατον αὐτὸν λέγει καὶ ἀπελθόντα πολλοὺς τόπους ἡμερῶσαι καὶ καθαρίσαι ἀπὸ θηρίων.* Nam *Κόριννος* hic mutarunt viri docti in *Κόριννα*, quamquam is apud Suidam l. c. scriptor nominatur mythicus, qui tamen num vere extiterit quaeri potest.

„Licet tamen credere, quum nihil saltem repugnet, fuisse opus insignioris ex his tribus feminis, cuius in fabulis et mythis colligendis et carminibus suis intexendis artificium et studium summum fuisse constat, a quo ingenio metamorphosium genus non abhorret. Ex Antonino Liberali novimus saltem, Minyadum et Orionis filiarum fabulas ab ipsa celebratas esse, quae Thebanam aut Boeoticam maxime decebant.“ Quaenam est tam longi sermonis summa quam brevissima? Scilicet uterque ut verum vel ex aliqua parte assecutus sit valde vereor. Namque quod Welckerus statuit, de poëtria illa nobilissima, cuius paucissima supersunt carminum fragmenta, hic quidem cogitandum esse, mera nititur coniectura, qua totum titulum apud Antoninum pro insiticio habeamus oportet. Cum Mellmanno autem, quoniam de Minyadibus et Orionis filiabus sermo est, haec cur poëtriae Boeoticae aut Thebanae tribui debeant, caussam video nullam. Etenim huiusmodi narrationes quasi per manus a poëtis sunt traditae, ut cuinam haec vel illa maxime conveniat, vix decernere possis. Quare et Ἑτεροιούμενα illa a Corinna quadam iuniore vere perscripta esse non est quod dubitemus: sed ea unde orta sit quove tempore floruerit, affirmari nequit.

Didymarchi, hominis obscuri, *Μεταμορφώσεων* liber tertius allegatur cap. XXIII. *) ubi de Batto agitur. Fuit, nisi fallor, unus ex multis, qui fabulas aniles undique corraderent.

Hermesianax *Λεοντίῳ β'*. cap. XXXIX. citatus Colophonius est, neque tamen cum athleta Colophonio eiusdem nominis confundendus. Vixisse eum Philippi et Alexandri M. temporibus ex Pau-

*) Hoc in numero leviter lapsus est Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 310. quod latuit Harlesium.

san. Attic. cap. 9. et Scholiasta Nicandri in Ther. v. 3. pag. 44. ed. Schneid. a quo Philetae amicus vocatur, licet coniicere. Vid. Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. pag. 873 sqq. et qui optime de poëtae aetate et scriptis disseruit, Car. Dav. Ilgenius Opuscc. Varr. Philoll. Tom. I. pag. 252 sqq. Inter carmina Hermesianactis, quorum aliquam habemus notitiam, maxime laudantur a veteribus tres libri elegiarum, quos de amicae nomine, cuius gratia scripsit, appellari voluit *Λεόντιον*. Athenaeus lib. XIII. pag. 597. A. *Παρέλιπον δὲ καὶ ... τὴν Ἑρμησιάνακτος τοῦ Κολοφωνίου Λεόντιον· ἀπὸ γὰρ ταύτης ἐρωμένης αὐτῷ γενομένης ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία.* Mox e tertio libro plurimos profert versus, quibus Hermesianax eos complexus fuit, qui vehementius amaverint. Iisdem libris Parthenius historiam debet V. et XXII. et priore quidem loco disertim addit *Ἑρμησιάναξ Λεόντι*, ubi *Λεοντίῳ* corrigendum esse iam vidit Vossius de Hist. Gr. lib. III. pag. 373 sq. Scholiastes Nicandri l. c. *ὁ Ἑρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητᾷ καὶ γνώριμος ἦν· τούτῳ δὲ τὰ Περσικὰ γέγραπται τὰ εἰς Λεόντιον τὴν ἐρωμένην.*

Antoninus ex eo desumsit narrationem de Arceophontis Cyprii infelici in Arsinoën, regis eius insulae, Nicocreontis, filiam amore.

Hesiodus cap. XXIII, ubi de Batto narratur, *ἐν μεγάλαις Ἠοίαις*. Hae et *Κατάλογος γυναικῶν* num diversa fuerint carmina an diversis fortasse poëtis tribuenda hic locus non est disceptandi. Ad mythologicum genus pertinuisse reliquiae probant, in quibus quid potissimum tractatum sit exposuerunt Heynius ad Apollod. Tom. II. pag. 358. ed. sec. Ruhnkenius Epist. Crit. II. pag. 289. Groddeckius in *Biblioth. der alten Literat.* P. XI. pag. 79 sqq. Tzschuck. ad Strabon. Tom. VII. pag. 342. ed. Friedem. Meier Marx ad Ephori

Fragm. pag. 198. O. Mueller de Dor. P. II. pag. 478 sqq. n. 11. et qui summatim de eadem re nuper scripsit, doctissimus Goettlingius in Praef. ad Hesiodi Carm. pag. XXV sqq.

Menecrates Xanthius res Lyciae (*Λυκιακά*) literis persecutus est, ex quibus uti ex Nicandro narrat Antoninus cap. XXXV. qua occasione Latona Xanthum fluvium sacraverit Apollini, terrae, quae Trimilis dicebatur, Lyciae nomen fecerit pastoresque ad Meliten fontem in ranas converterit. Vossius de Hist. Gr. lib. III. pag. 387 sq. ad eundem Menecratem respicere opinatur Scholiastam Pindari ad Olymp. Od. II. v. 16. item ad Isthm. Od. IV. v. 104. Quae si vera sunt, haud inepte Menecratem nostrum scripsisse coniicias librum *περὶ Νικαίας*, quem omissa auctoris patria citat Tzetzes in Lycophr. v. 662. Vol. II. pag. 724. ed. Mueller., ex quo fortassis fragmentum attulit Scholiastes Sophoclis ad Trachin. v. 353. pag. 122. ed. Erfurdt. Scilicet in omnibus his locis de Hercule eiusque liberis agitur sermo. Denique a Menecrate nostro profecta esse videntur Vossio, quae habet Servius ad Virgil. Aen. lib. VI. v. 14. „Menecrates Daedalum occiso patruele fratre Cretam petisse dicit: Icarum, filium eius, ab Atticis pulsum, dum patrem petit, naufragio perisse; unde mari nomen.“ Quod non probo. Etenim apud Bekker. An. Gr. Tom. II. pag. 782, 19. iunguntur *Ἄνδρων δὲ καὶ Μενεκράτης ὁ Ὀλύνθιος*, ut revera Servius hunc Menecratem Olynthium, qui unus fuit ex *Ἀτθίδων* scriptoribus, ante oculos habuerit.

De aliis, qui Lyciaca scripsisse dicuntur, inprimis de Xantho quodam vel Alexandro, consulendus est Creuzerus Historr. Graecc. Fragm. pag. 220 sqq. Incredibili modo falsus est Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 310. ed. Harl. cum Xan-

thum ipsum scriptoribus adnumeraret ab Antonino cap. XXXV. laudatis.

NICANDER, patria Colophonius, vixit temporibus Attali, postremi Pergamenorum regis, et Ptolemaei Euergetis II, cognomento Physconis, h. e. circa Olymp. CLV ad CLX, ante Chr. n. 160 ad 140. Inter scripta eius nunc deperdita, quorum titulos Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 348 sqq. accurate notavit, haud infimo loco a veteribus habentur *Ἑτεροιουμένων* libri quinque, metro heroico, uti ex fragmentis liquet, quibus de corporibus exposuit in novas formas immutatis, id quod ab Ovidio postea maiore laude factum. Has Nicandri Metamorphoses proferunt Suidas Tom. II. pag. 621. ed. Kust. Stephanus Byzantinus v. *Ἀσπαλάθεια*, Athenaeus lib. III. pag. 82. A. *) lib. VII. pag. 305. D.

---

*) Verba sunt: *Διάφορα δὲ μῆλα γίνεται ἐν Σιδοῦντι, κώμη δ' ἐστὶν αὕτη Κορίνθου. Μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Νίκανδρος ἐν Ἑτεροιουμένοις οὕτως·*

Αὐτίχ' ὅγ' ἐκ Σιδόεντος ἢὲ Πλείστου ἀπὸ κήπων
μῆλα ταμὼν χλοάεντα τύπους νωμήσατο Κάδμου.:

Hoc inter fragmentum et Antonini narrationem I ex Nicandri *Ἑτεροιουμ.* libro tertio depromtam aliqua intercedit similitudo. Ibi Hermochares quidam Atheniensis Ctesyllae ex Cea insula oriundae, quam in festo Apollinis Carthaeae choreas ducentem viderat, amore capi dicitur. Hanc puellam ut quasi oraculi auctoritate ad mutuum amorem commoveret, *ἐπιγράψας μῆλον ἔῤῥιψεν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ἡ δὲ ἀνείλετο καὶ ἀνέγνω. Ἐνέγραπτο δὲ ὅρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος, ἦ μὴν γαμηθήσεσθαι Ἑρμοχάρει Ἀθηναίῳ.* Illa vero indignabunda abiecit malum *καὶ χαλεπῶς ἤνεγκεν ὥςπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεν.* „Dices autem, monet Mellmannus pag. 79., manifestum esse agi in fragmento de Hermochare et malo illo ad fraudem Ctesyllae struendam praeparato. Sed si cogitas haec fieri debuisse in Cea insula, non intelligitur, quomodo mala petere potuerit Hermochares *ἐκ Σιδόεντος*, qui locus est in agro Corinthio, aut ex hortis ad Plistum, fluvium in Phocide.

Et respicit hoc opus, scilicet cum Nicandrum laudat, libro non addito, Tzetzes in Lycophr. v. 183. Vol. I. pag. 464. ed. Mueller. Vid. Casaubon. in Athen. Tom. II. pag. 50. Tom. IV. pag. 201. ed. Schweigh. et VV. DD. pag. 99 sq. edit. huius. Saepissime illas secutus est Antoninus, et librum quidem primum cap. IV. XXII. XXIII. XXXVIII. secundum cap. XIII. XVII. XXX. XXXI. tertium cap. I. II. *) quartum cap. VIII. IX. X. XII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XXXII. Denique laudatur Nicander cap. XXXV. suppresso libri nomine. Nam capiti XIV. falso Nicandri Ἑτεροιουμένων librum secundum in prioribus editionibus praefixum esse ostendi pag. 182. Ex his autem ab Antonino servatis reliquiis si de toto opere iudicandum est, auctor ea fabularum argumenta scite quidem elegit, quae largam ad ornatum poëticum praeberent materiam, sed minus apte

---

Quapropter melius haec quadrant in Acontium, qui Cydippen decepit Delphis, si Ovidium audis, quamquam vel sic ἐκ Σιδόεντος magis docte positum est, propter malorum Siduntiorum praestantiam, quam probabiliter, quum locus facile adiri non potuit, sed ferenda tamen doctrinae ostentatio propter correctionem ἠὲ Πλειστου ἀπὸ κήπων." Speciosius haec quam verius disputata sunt. Certe ex Nicandri verbis tam mancis, tam obscuris aegre aliis persuadebis, ad Acontii et Cydippes amores iis respici. Fabulae huius mentionem a Nicandro in carminibus suis factam esse quo minus existimem, argumenta prohibent a doctissimo Broendstedio pag. 103. ed. meae prolata, atque merum haud dubie est Antonini additamentum.

*) Hic cur Nicandri auctoritatem suppositiciam censeat Mellmannus pag. 90. equidem non assequor neque ipse caussam addit. Hoc vero notabile, quod neque ab Antonino neque ab alio quoquam praeter Suidam Nicandri liber quintus memoratur, quare Lexicographum in numero lapsum esse facile credam.

pertexuit, ut cum Ovidio easdem fabulas tractante nullo modo possit comparari.

Pamphilus, cuius ex libro primo et iis, quos secutus erat (ὥς φησι Πάμφιλος ἐν ά), Antoninus narrationem XXIII, quae de Batto est, exscripsit. Sed Pamphilus hic quis fuerit, defficillimum est expeditu. Etenim apud Suidam, qui de pluribus eius nominis hominibus loquitur, Tom. III. pag. 14. ed. Kust., nonnulla turbata sunt, quae nescio an feliciter in ordinem redegerit Lambecius de Bibl. Caesar. lib. II. pag. 535. 536. Primum igitur nominat Lexicographus Pamphilum Amphipolitam vel Sicyonium vel Nicopolitam, philosophum, quem praeter alia *εἰκόνας κατὰ στοιχεῖον* scripsisse dicit, alterum Pamphilum Alexandrinum, Grammaticum Aristarcheum, addens: *ἔγραψε Λειμῶνα· ἔστι δὲ ποικίλων περιοχή . . . εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα* (i. e. loca ab aliis non explicata) *καὶ τὰ καλούμενα Ὀφιακά* (poëma, quod de serpentibus scripsit Nicander auctore Scholiasta). Misere autem utriusque Pamphili scripta confudit Suidas, cum priori tribueret *εἰκόνας κατὰ στοιχεῖον*, quae essent alterius, si quidem *εἰκόνας τῶν βοτανῶν* intelligendas esse exploratum habemus. Nempe ex Galeni sententia Opp. Tom. XI. pag. 792. ed. Kuehn. tractatus hic de herbis alphabeticus ita fuit compositus, ut ex poëticis fabulis aliisque illi insertis nugis satis appareret, auctorem eius fuisse Grammaticum et eas herbas, quarum ideas sive formas describere conatus esset, nunquam suis usurpasse oculis. Cfr. Mellmann. l. c. pag. 64. Eundem Pamphilum saepius in auxilium vocavit Athenaeus, veluti lib. III. pag. 89. D. 121. B. VIII. pag. 360. B. XI. pag. 472. E. XV. pag. 677. B. et opus eius *περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων* lib. XIV. pag. 650. E. IX. pag. 387. D. Vid. Needham. Prolegg. ad Geopon. pag. 63 sq. Hunc igitur

Pamphilum ab Antonino significari mihi persuasum est, quem eius librum indicare voluerit, in ambiguo relinquitur. Omnium minime vero cum Vossio de Hist. Gr. lib. III. pag. 397. quem postremo nominavi librum hic intelligendum esse contenderim, quoniam in eo Pamphilum de rebus grammaticis egisse vero simile est, ex cuius auctoritate aliquoties aliorum Grammaticorum testimonia citat Athenaeus. Vid. Schweighaeuseri Ind. Tom. IX. pag. 159. Valckenar. ad Theocrit. pag. 298 sqq. Equidem in eodem capite quoniam ab Antonino citatur Nicander, quem secutus sit Grammaticus, non dubito, de Pamphili commentario *εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνέξηγητα* hic cogitandum esse.

PHERECYDES, Atheniensis sive Lerius, a patria Lero insula dictus, neque confundendus cum altero eodemque priore, Syrio. De utroque vid. Heynius ad Apollod. Tom. II. pag. 361 sq. ed. sec. St. Croix *Examen crit. des anciens histor. d'Alex.* pag. 2. ed. sec. Groddeck. Init. hist. Graecc. liter. P. I. pag. 86. ed. sec. Hic igitur Pherecydes iunior, ipse tamen Herodoto antiquior, *Ἱστοριῶν* scripsit libros decem, quibus mythica Graecorum et exterorum populorum tempora enarravit, unde et nomen *γενεαλόγος* sortitus est. Nempe prima historiarum apud Graecos elementa ex antiquis popularium narrationibus mythicis ducta fuisse constat. Cfr. Groddeck. l. c. P. II. pag. 98. Creuzerus: *die histor. Kunst der Griechen* pag. 62 sqq. *) Haec Pherecydis fragmenta diligentissime collegit Sturzius, sed dolendum est, quod ea non ita disposuit, ut totius operis Pherecydei ratio ob ocu-

*) Hic cum pag. 76. Pherecydem nostrum Olymp. LXXIV, 2. natum et Ol. XCVI, 1. mortuum esse existimet, quod et Sturzius ad Pherecyd. pag. 67. contendit, aequalem fere Herodoto facit.

los poneretur. Hanc laudem meretur Augustus Matthias, qui in Comment. de Pherecydis Fragm. Altenburg. 1814. quam et Miscellan. critt. inseri curavit, totam istam farraginem in certas partes digerere aggressus est, quem in nova editione presse sequi debebat Sturzius. Vir ille celeberrimus pag. 5. ingeniose coniicit, res ab Hercule gestas libro Pherecydis tertio comprehensas fuisse. Unde colligas, Pherecydem narratione de morte Alcmenae, quam refert Antoninus, libro tertio imposuisse finem.

Simmias, ortu Rhodius, qui probe distinguendus est a Simmia iuniore, itidem Rhodio, floruit temporibus Ptolemaei I Lagidae circa a. 1. Ol. CXVIII scripsitque secundum Suidam Tom. III. pag. 315. ed. Kust. ποιήματα διάφορα, βιβλία δ'. Quorum unum haud dubie fuit carmen Ἀπόλλων inscriptum, quod citat Antoninus cap. XX. et cuius fragmentum tredecim versuum περὶ τῶν ἡμικύνων refert Tzetzes Chil. VII. Hist. 144. Vid. Iacobs. Anthol. Gr. Tom. I. pag. 136. Fabric. Bibl. Gr. Vol. III. pag. 808 sqq. Vol. IV. pag. 494 sq. ed. Harl.

Auctorum nominibus, postquam ex Codice Parisino fabularum V et XV fontes aperui, etiamnum destitutae sunt fabulae VI. XIV. XXXIV. XXXVI. XXXVII. XL. XLI. Quae unde haustae sint ignoramus, licet nonnullarum origines coniectura possimus assequi. Etenim fabula XIV, quae agit de Munycho una cum filiis Alcandro, Megaletore, Philaeo atque filia Hyperippa in aves mutato, fortassis ex Boeo desumpta, cuius nomen editores invito Codice confidentius addiderunt. Quod cap. XXXVII. Dorienses Diomede mortuo agros a rege ipsis datos colere, et, ut qui essent operis rusticani periti, plurimum ex iis frugum percipere dicuntur, ex Hecataeo primitus fluxisse probare

studet Creuzerus Historr. Graecc. Fragm. pag. 42 sq. Quae coniectura videtur quodammodo firmari posse verbis Stephani Byzantini in *Οἴνη*: *Οἴνη*, *πόλις Ἄργους Ἑκαταῖος ἱστοριῶν πρώτῳ*. Neque repudianda est sententia Bastii Epist. Crit. pag. 200 sq. ed. Wiedeb. fabulam XLI. ex Nicandro maximam partem transcripsisse Antoninum, ubi comparaveris Pollucem Onomast. lib. V. pag. 495. ed. Hemsterh. Idem coniecit Schneiderus in Bibl. Philol. Gotting. III. 5. pag. 436.

Quod vero fabulae illae auctoritate carent, non ita mihi explico, ut cum Mellmanno pag. 91. temporum iniuriae id tribuendum esse vel adeo non integrum nos habere libellum statuam. Res ita se habet. Antoninus cum narrationes ex variis scriptoribus repeteret, pressius sane ipsos aliquando secutus est, modum adeo atque ordinem rerum tractatarum servans. Hoc quidem plerumque factum est, ubi unum auctorem disertis verbis ab eo indicatum reperimus; sed plurimorum nomina ubi praescripta sunt, tamquam cap. XXIII *), et accuratam diligentiam, et certum ordinem desideramus. Hac ratione num dissensum auctorum in eodem argumento notare voluerit, id quod a Parthenio factum scimus, incertum est. Deinde hoc etiam notatu dignum, quod in aliis fabulis unum eundemque scriptorem, veluti Boeum, Nicandrum, addito, in aliis omisso libro memoravit. In his equidem nolo argutari. Nam ubi librum auctoris distincte addidit Antoninus, fabulam in eodem data opera tractatam fuisse crediderim, sin minus, fabulam aut in pluribus libris eiusdem auctoris narratam fuisse

*) Quae postremo ibi adiecta sunt *ὥς φησι Πάμφιλος ἐν ά.* ea ostendere supra pag. XXVIII. monui, Antonino non ante oculos fuisse Apollonii Epigrammata, quae fortassis iam tum desiderabantur aut rariora erant.

aut Antoninum ipsum disertis verbis indicare neglexisse probabile est. Denique pars fabularum auctorum nominibus prorsus destituta est, quod neminem graviter offendet, cum multas huiusmodi narrationes tantummodo ore propagatas fuisse credibile sit. Quid? quod ne iustus quidem fabularum ordo in toto libello apparet. Nempe frequentissimae olim fuerunt eiusmodi *Συναγωγαὶ*, in mythico maxime et physico genere: in quibus certam quandam rationem et normam non esse quaerendam, cum nomen tum res ipsa docet.

In universum Antoninus simpliciter res narravit, ad delectandos animos potius quam ad doctrinae laudem sibi comparandam, qua in re alienissimus fuit ab Adriano Sophista, qui opus suum ad ostentationem artis et eloquentiae composuit. Itaque in plurimis Antoninum verba eorum, quos duces sibi elegit, fide secutum esse quovis pignore contendam. Unicum habemus exemplum a doctissimo Broendstedio indicatum, quo contrarium probes. Nempe cap. I. pag. 5, 10. tangitur fabula de Acontio et Cydippe, quam vide ne Antonini cerebellum huc invexerit. Alia duo nunc haec addo. Nicandro vix omnia debentur, quae in prooemio cap. XXXI. de Messapiorum originibus leguntur. Atque omnium minime poëtam decebant cap. XXIX. pag. 39, 20. verba *θορίσκεται μὲν γὰρ διὰ τῶν ὤτων, τίκτει δ' ἀναφέρουσα τὸ κυούμενον ἐκ τοῦ τραχήλου.* Illi autem scriptores quum idem argumentum, ut cuiusque consilium postularet, vario modo tractarent, res alii alio modo narrarent, factum est, ut eorum quoque pedissequus a vulgari ratione saepenumero recederet. In his igitur ne temere quid mutemus, valde cavendum est. Atque hariolatus est Verheykius cap. XVII. pag. 26, 11. verba *Καινὶς μὲν Ἄτρακος οὖσα θυγάτηρ* infestans. Quis est enim, quin veteres

mythographos in parentum nominibus crebro dissentire cognitum habeat? Sed nescio, an nonnulla ab ipso Antonino turbata sint cap. IV. ubi res a Phalaeco et Phaylo gestae propter magnam nominis utriusque similitudinem inter se permutantur. Quod de Phalaeco, Phocensium imperatore *), hic cogitari posse putat Verheykius, prorsus inauditum est. Equidem vero errorem in nominibus commissum Antonino relinquere malui, quam ipsam mutare orationem, quod propterea moneo, ne quis Phalaecum mortuum ab inferis me excitasse existimet.

Eandem fere caussam in eo quaeramus oportet, quod Antoninus fabulas quasdam habet, quarum ne tenuissimum quidem vestigium apud alios superest. Exemplum luculentum praebet caput XXI, quod ex Boeo descriptum est et fabulam continet de Thrassa Martis et Terinae filia. Item caput XXIV, in quo duae fabulae in unam videntur coaluisse, nisi omnia me fallunt, cum pulvisculo paene sublatum est ex Nicandro, utpote qui narrationes istas ad ornatum rei augendum poëtarum more scite coniungeret, quod et cap. II. fecit, quibuscum conferas quae habet Apollodorus lib. I. cap. 8. §. 3. In his neminem Antoninum nostrum negligentiae aut malae fidei incusaturum esse spero.

Omnino enim quam libere veteres in una eademque fabula enarranda versati sint, ostendit vel sola comparatio fabularum, quas Ovidius cum Antonini nostri auctoribus communes habet, paullo accuratius instituta, quae multum habet et iucun-

*) Φάλαικος ὁ τῶν Φωκέων στρατηγός apud Diodor. Sicul. et Pausan. locis a Verheykio allatis. Memoratur autem Φάϋλλος ὁ Φωκεὺς ἤ τις ἄλλος δυναστὴς Demostheni in Aristocrat. pag. 661. Reisk. pag. 593, 124. Bekk.

ditatis et utilitatis. Non equidem dico levissimas discrepantias, quales in singulis nominibus deprehendimus *), de quibus quomodo statuendum sit paullo ante monui; de tota quaero variandarum fabularum et mutandarum ratione. Atque summum Ovidii artificium in eo cernitur, quod fabulas tam scite elegit quam eleganter tractavit, quae non solum ipsius, sed, quod multo maius est, totius saeculi ingenio maxime convenirent. Singulas fabulas, in quibus discrepet poëta Latinus ab Antonino, bene adumbravit Mellmannus, cuius ex libro non possum quin potiora huc transcribam et quasi in uno ponam conspectu. Iam ut minutas discrepantias verbo indicasse sufficiat, cuiusmodi sunt apud Antoninum cap. I. et Ovidium Metam. lib. VII. v. 368 sqq. cap. IV. et lib. XIII. v. 713. cap. VI. et lib. VII. v. 399 sqq. cap. XII. et lib. VII. v. 371 sqq. cap. XIV. et lib. XIII. v. 717. cap. XVI. et lib. VI. v. 90. cap. XXIV. et lib. V. v. 449. et aliis locis, quos studiose contulerunt interpretes; multae fabulae ab Ovidio aut ex alio fonte deductae aut varie exornatae sunt et in melius mutatae. Committamus cap. I. Antonini et Ovidii lib. VII. v. 353. Hic secundum Ovidium *), fortassis antiquiorem rationem secutum, Cerambus a Nymphis pacatis et propitiis, ex Nicandri sententia ab iratis mutatur. Cap. XXIII. Metam. lib. II. v. 684. Ovidius Apollinem in Elide aut Messenia collocat, cuius incuria boves in Phylium agrum aberrant, ubi Battus Nelei equos servat; boves a

---

*) Sic *Ἀλκαθόη* Antonino est, quae Ovidio *Alcithoë*, huic *Leuconoë*, quae illi *Λευκίππη*.

**) Verba eius *sublatus in aëra pennis* de ave accipienda esse non concedo Mellmanno pag. 100. Quidni de volatili quovis insecto, ut in his cum Nicandro consentiat Ovidius?

Mercurio in silvis occultantur. Fraudes, quibus furtum perficitur, fuse explicitas ab Antonino, brevissime describit Ovidius, ita ut arte sua Mercurium usum esse dicat. Cap. XXV. et lib. XIII. v. 693. In summa brevitate dissentit Ovidius. Cadunt virgines pro populo, efferuntur corpora, cremantur, iam vero *de virginea favilla, ne genus intereat, gemini exeunt iuvenes, quos fama Coronas nominat.* Pro stellis hic habemus iuvenes, pro Coronidibus Coronas. Cap. XXVII. et lib. XII. v. 34. Pro Iphigenia Dianae beneficio, quae nubem oculis spectantium obiecerit, inter officium turbamque sacri cervam suppositam et mactatam esse narrat Ovidius. Cap. XXVIII. et lib. V. v. 327. In fuga deorum apud Ovidium mutatur ipse Iupiter, qui ex Antonini sententia tranquillus remansit cum Minerva. Rem apud Ovidium narrant Pierides ad contemtum Deorum. Apollo corvus fit Ovidio, accipiter Antonino, atque Venus huic praetermissa in piscem abit. Cap. XXIX. et lib. IX. v. 306. Ovidius in exponendo poenae modo longe hic praestat. Cap. XXX. et lib. IX. v. 444. In genealogia Mileti uterque non convenit. Mileto exilii caussam esse statuit Ovidius, quod timebat sibi ab eo Minos. Deinde Byblis apud eundem fratri declarat amorem et renuente demum Cauno et fugiente in aquam plorando deliquescit. Cap. XXXII. et lib. IX. v. 336. Apud Ovidium Dryope venit ad stagnum aliquod cum filio puero loti florem decerptura; quod autem in lotum olim Lotis nympha mutata fuerat, ipsa in lotum Dryope a nymphis mutatur, quas coluerat impense, adeoque indigno modo. Apud Antoninum haec metamorphosis beneficii loco habetur. Amorem Apollinis in Dryopem vix attigit Ovidius; Nicander apud Anton. uberius exornaverat dolum, quo decepta esset Dryope. Cap. XXXIV.

et lib. X. v. 298 sqq. Myrrhae pater Ovidio est Cinyras, sed portentose nimis Myrrha arbor parit. Cap. XXXVIII. et lib. XI. v. 346 sqq. coll. v. 266 sqq. Maius ornamentum fabulae addidit Ovidius. Peleus Phoci caede commissa abit ad Ceycem, Trachiniae regem, sed celat crimen. Mater Phoci, Psamathe, Nerei filia, nondum placata muneribus, lupum illum immittit armentis Ceycis, qui Peleum caede pollutum hospitio exceperat. Dea nonnisi intercedente Thetide iram deponit, tandem in lapidem lupum convertit. Cap. XLI. et lib. VII. v. 690 sqq. Felicissime haec fabula ab Ovidio in melius est mutata, quod vel primus rei adspectus docet. Nam Cephalus ipse ibi tentat Procridis fidem mutata figura; secundum Antoninum per servum ignotum pretio eam sollicitat. Ovidio v. 745. a Cephalo profuga Procris in montibus errat et a Diana iaculum et canem mirabilem dono accipit; apud Antoninum monita oraculo ad Minoëm se confert et ab eo donatur iaculo et cane, ob caussam minus decenter expositam. Porro vulpis illa, si Antoninum audias, Amphitryonis tempore Thebanis molesta erat; Amphitryo Cephalum cum cane arcessit. Melius fera illa ab Ovidio poenae loco immittitur in Thebanos a Themide; caussa est Sphinx occisa, adeoque tempora sunt non Amphitryonis, sed Oedipi.

Alia praeterquam ab Ovidio ingeniose addita esse videmus. Humanam saxi aut montis formam, cuius meminit lib. XIII. v. 713, non habet Antoninus cap. IV. De nuptiis, quae maxime ornant locum Ovidianum lib. IX. v. 685 sqq. tacet Antoninus cap. XVII. Quae de templo et statua Anaxaretes sive Veneris prospicientis apud Salaminios lib. XIV. v. 759. prodita sunt, ignorat ille cap. XXXIX. Item historiam de Procride ab imprudente Cephalo interemta, quam legimus lib. VII.

v. 839 sqq., frustra quaeras apud Antoninum capite extremo. Quae vero aliena essent a colore poëtico, caute omisit poëta Romanus. In Musarum cum Pieridibus certamine Pierides victae apud ipsum lib. VI. v. 675. in picas vertuntur omnes. Contra Nicander apud Anton. cap. IX. argutatur in diversis novem avium nominibus *). Fabulae etiam nonnullae diversissimo modo exponuntur ab Antonini auctoribus. Certe mythum antiquum de Tereo et Pandionidibus ita immutavit et consilio sui operis aptavit Boeus apud Anton. cap. XI, ut cum Ovidianis lib. VI. v. 424. committi vix possit. Denique alios fontes secutus est in paucissimis, tamquam Virgilium in enarrandis Diomedis erroribus, fortuna et morte. Antoninus unde sua cap. XXXVII. hauserit, non liquet.

Revertor, unde digressus sum. Ex poëtarum scriptis quoniam Antoninus narrationes suas maximam partem depromsit, nemini mirum videbitur, quod multae in ipso, quas retinuerit, inveniuntur voces et locutiones poëticae. Res est ante oculos posita, sed interpretes eam non satis ubique attendisse dolendum. Sic *ἀϑροῦν* cap. XXIV. pag. 34, 22. aperte ex Nicandro servatum in *ἀϑρόως* imperite mutatum ivit Verheykius. Simili modo lucem accipiunt cap. XXVII. pag. 37, 10. verba a Mun-

---

*) De avium nominibus, quarum mentionem iniicit Antoninus, denuo disputandi animus non fuit. Hic quantopere saepenumero dissentiant in unico nomine viri docti, documento esse potest, quod de *αἰγιϑαλὸς*, quae avis aliis dicitur *αἰγίϑαλλος*, de *αἴγιϑος* et *αἰγοϑήλης* congessit Beckmannus ad Anigonum Caryst. Mirabil. pag. 90 sq. collato Munckero pag. 208. ed. nostrae. Interim multa peti possunt ex doctorum hominum Commentariis in Aristophanis Aves. Apud Antoninum aves nonnullas a solis poëtis effictas esse arbitror. Et fortassis huc referri potest monstruosa illa avis *ἔφιππος* pag. 13, 28.

ckero et Ruhnkenio sollicitata Ἑλένη γὰρ πυνθανομένη τῶν ἀδελφῶν, quae, utpote poëtice posita, sic interpretor: *da sie von ihren Brüdern, von ihrer Ankunft hörte.* Neque eadem de caussa haerendum est pag. 46, 5. in verbo συνάντομαι, quod de Nicandro adscitum. Alia dedi in adnotatione. Vocem ἄπλετος cap. XXI. pag. 30, 17. quo minus huc referam, impedit usus eius apud prosae orationis scriptores frequentissimus, quem exemplis nuper confirmavit Ludov. Doederlinus in Commentat. de ἄλφα intensivo sermonis Graeci. Erlang. 1830. pag. 14. Cfr. Addenda edit. nostrae pag. 343. Aliquando tamen librarium in his poëticum quendum colorem affectasse crediderim. Certe forma χέρες, quam pag. 38, 5. Codex Parisinus exhibet, quid faciam, in praesenti non invenio.

Quamquam vero Antoninus singula poëtarum vocabula saepius intacta reliquit, quod hebetius aliquoties factum est et orationis concinnitati nocuit *), frustra tamen sis, si ipsorum versuum reliquias in Antonino delitescere putes. Nam tales versuum particulas, quales Bastius Epist. Crit. pag. 191. detexisse gloriatur, quam sui laudem repetit ad Gregor. Corinth. pag. 530. ed. Schaef., ex quovis fere solutae orationis scriptore erui possunt. Cfr. Schaeferi Apparat. in Demosth. Tom. V. pag. 528 sq. His alia apte adiungi poterit quaestio.

Plurimi scriptorum, ex quibus Antoninus Metamorphosium librum maximam partem consarcinavit, fuerunt Ionici. Hinc facile explicantur

*) Inde tueri possumus orationem in aliquibus locis redundantem et paene molestam. Cap. VIII. pag. 14, 6. τοῦτο καθ' ἡμέραν ἑκάστην τὸ θηρίον ἐπιφοιτῶν ἀνήρπασεν, ubi τὸ θηρίον merum esse glossema suspicatur S. R. Beckius in Specim. Histor. Biblioth. Alexandrin. §. X. not. 9. pag. XI. ed. alt. De alio loco capitis extr. pag. 53, 5. mox dicendum.

formae Ionicae in libello nostro passim conspicuae. Sic enim solent compilatores temporum et antiquorum et recentium: scriptorum, quos exscribunt, ipsa verba, ipsas phrases retinent. Recte perspexerunt hoc Verheykius pag. 268. et Bastius ad Gregor. Corinth. pag. 530. ed. Schaef. Minus considerate vir doctus in Ephemer. liter. Ienens. a. 1807. No. 287. c. 476. „*Der sogenannte Dialekt des Antoninus Liberalis wird kaum in etwas anderem sichtbar, als in einzelnen Flexionen, die ihm aus den Ionischen Dichtern und Historikern, denen er nacherzählt, im Ohre geblieben seyn mögen, die auch guten Theils erst geflissentlich hineingeändert sind.*" Ab ipso Antonino an a librariis hoc factum sit non dilucidis verbis ille quidem pronuntiat; sed neutrum habet aliquam probabilitatis speciem. Vestigia autem dialecti Ionicae insignia apparent haec: pag. 8, 19. *γηραιός*. pag. 26, 5. *παῖς κοῦρος*. pag. 28, 1. *ἀρύσαντο*, quod ex Codice in lucem protraxi; pag. 33, 13. *πόρτιας*. pag. 46, 24. *Τιτῆνας*. pag. 26, 16. 34, 24. 46, 12. 47, 15. 48, 21. *αὖτις*, cum semel sit *αὖθις* pag. 34, 6. Atque ex eodem fonte fortasse fluxit pag. 45, 12. *ἐπάϊστος*, vox Herodotea*). Neque expulsum a me vellem *ἱρὸν*, quod ante legebatur pag. 50, 24. quoniam et Codicis scriptura *ἵρον* postulat et Ioniam maxime sapit. Vid. Maittair. de Graecae Ling. Diall. pag. 127. ed. Sturz. Forma *Πολυδώρης* pag. 42, 13. huc num referri debeat, dubitari potest; nempe literam *η* pro *α* in quibusdam nominibus placuisse veteribus Atticis res notissima. Vid. Pierson. ad Moer. pag. 169. ed. meae et quae addidi ibidem in Praef.

*) Certe Ionicum scriptorem fuisse, quem in conscribenda Smyrnae narratione ante oculos haberet Antoninus, inde coniicere haud erit absurdum.

pag. LXXXIX. Matthias Gr. Gr. Tom. I. pag. 143. ed. sec. Plura cumulare vix operae est. Etenim Verheykii Excursus adieci minime contemnendos, in quibus tota haec materia laudabili diligentia collecta est atque disposita, ut, licet nonnulla reiicias, vera tamen et utilia non lateant tamquam margaritae in sterquilino.

Res quaedam minutae praeterquam mihi memorandae, quas in adnotatione consulto praeterii. In Codice Parisino pariter atque editione Xylandriana litera *ν*, quae dicitur *ἐφελκυστική*, plerumque legitur ante consonantem; qui quidem mos latius hic patet. Etenim non solum, quod vulgare, in fine periodi comparet, sed in mediis sententiis et ubique fere, veluti pag. 5, 13. *ὤμοσεν*. pag. 15, 15. *ἐπήχλυεν*, et v. seq. *ὑπήκουεν*. pag. 21, 27. *ὀνομάζουσιν*. pag. 23, 1. *ἔσχεν*. pag. 24, 10. *ἔλεγεν*. ibid. v. 29. *ἐποίησεν*. pag. 25, 11. *εἵλκυσεν*. ibid. v. 25. *ἐποίμαινεν*. pag. 26, 21. *ἴδεν*. ibid. v. 26. *ἔφυσεν*. pag. 27, 14. *ἐποίησεν*. pag. 29, 2. *ἐξέφερεν*. ibid. v. 12. *ἐνέβαλεν*. ibid. v. 22. *ἐποίησεν*. pag. 32, 5. *ἀπέῤῥιψεν*. pag. 39, 4. *ἤπειγεν*. ibid. v. 18. *ἐξηπάτησεν*. ibid. v. 23. *ᾤκτειρεν*. pag. 43, 26. *προέλεγεν*. pag. 45, 7. *παρήγαγεν*. pag. 51, 22. *εἰςέπεμψεν*. ibid. v. 26. *παρήνεγκεν*. pag. 52, 19. *συνέφερεν*. pag. 53, 10. *ἔλεγεν*. Quae in eorum gratiam notavi, qui ex huiusmodi indiciis certam quandam normam constitui posse opinentur. Equidem usum secutus et Grammaticorum praecepta hanc literam, ubicunque abundaret, induxi. In his igitur adstipulor Iacobsio in Proleg. ad Achill. Tat. pag. XCV. librariorum stupori talia tribuenti. Atque mirari subit, quod Grauertus, vir prudentissimus, ad Aristidis Declamatt. Leptin. pag. 117. nuper posuit, seriorum temporum scriptores vel maxime in deliciis habuisse illam

literam paragogicam neque adeo Atticos ab ea videri abhorruisse.

Librariorum negligentiae etiam tribuendum est, ubicunque particulis contractis κἀπεὶ, κἀπὶ, κἄπειτα, litera ι, quae vulgo dicitur, subscripta adhaeret.

Quoniam vero honesti hominis est aliorum de se merita grato pectore agnoscere, restat, ut quanta maxima cogitari potest pietate atque observantia gratias referam viro, qui in his literis sine exemplo est maximus, Godofredo Hermanno. Hunc enim de locis nonnullis difficilioribus consulere parvitati meae licuit, de quibus quid sentiat Vir Summus, statim proloquar.

Pag. 5, 16. Noli sollicitare cum Fonteinio verba *καὶ ἡ παῖς*, quod mox sequatur *καὶ ἡ παῖς αὐτὸν ἰδοῦσα.* Haec enim eadem ratione defendenda, quam supra tetigi pag. XLVIII. not.

Pag. 6, 8. *Οἱ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν* etc. Hermannus totum hunc locum a Perizonio recte esse constitutum me docuit.

Pag. 20, 8. Unice hic probat Vir Summus, quod correxi correctumque recepi *ἔξω πάσης μηχανῆς.*

Pag. 23, 24. Scribendum esse *πρὸς λίμναις τε καὶ θαλάσσῃ* demonstrare studui pag. 184 sq. Eadem est Hermanni sententia.

Pag. 26, 26. Multum praestat iudice Hermanno Valckenarii emendatio *Φυσιμήδῃ Λητοῖ* pro vulgato *Φυτίῃ Λητοῖ*, propter sequentia *ἔφυσε μήδεα τῇ κόρῃ.*

Pag. 48, 24. Unius fere verbi lacuna apparet in Codice, cui supplendae Hermanno sufficit Munckeri *διαβληθείς.*

Pag. 53, 5. *Καὶ ἐπειδὴ Ἀμφιτρύωνος κ. τ. ἑ.* Frustra hunc locum primo impetu in suspicionem vocare placuit in Addend. pag. 343 sq. Namque in universum hanc dicendi rationem optimis scriptoribus usitatam fuisse exempla testantur a me allata,

atque hic quidem subiecti *Ἀμφιτρύων* repetitio, quod me monuit Hermannus, non insolenti modo, sed perspicuitatis caussa facta est, quoniam praecedunt verba: *καὶ οἴδ' οὐκ ἔφασαν.*

Ibid. v. 11. Verba *εἰς ἄσσον τῷ κυνὶ* si genuina sunt, ex poëta desumta esse credam atque sic fere explicanda: *καὶ ἔπειθε βῆναι εἰς ἄσσον* (scil. *τῇ ἀλώπεκι*) *σὺν τῷ κυνί.* Quamquam vel sic illud *εἰς ἄσσον* plane novum est, Praepositionem *σὺν* autem nonnisi poëtae omittere licuit. Quare corruptelam residere recte intellexerunt viri docti; sed multum in ea sananda a veritate deflexerunt. Hermanno loci nomen in voce *ἄσσον* videtur delitescere. Assum habemus urbem Troadis, Assum fluvium in Phocide. Et fortassis in illa regione mons fuit aut silva *Ἄσσος*, hac sola poëtarum narratione insignis, ceteroquin ignobilis. Quum vero in altera syllaba vocis *ἄσσον* latere videatur praepositio *σὺν*, Hermannus cum Munckero praefert *εἰς Θήβας σὺν τῷ κυνί.*

Forte servari audiveram in bibliotheca patria Dresdensi exemplar editionis Antonini a Walchio emissae, cuius margini variae lectiones ex Codice Mosquensi a Matthaeo adscriptae sint. Actutum literis petii a familiari dilectissimo, E. G. Gersdorfio, ut mihi quid rei esset indicaret. Et ut satis omnibus praedicatur officiosissima huius viri erga literarum amantes humanitas, exspectato maturius mihi respondit, lectiones istas ad solas Gabriae fabulas, quas editioni suae Walchius adiecit, spectare, coniecturas autem ab anonymo Graecae orationi editionis prioris Berkelianae adscriptas unica excepta *) Berkelii esse ipsius.

*) Pag. 16, 2. ubi anonymus pro *ἀπέβησαν* scribi mavult *ἤφευσαν*, quam coniecturam in altera editione et ipse protulit Berkelius.

Deinde in memoriam revocatur locus Symposii Platonici, quem pag. 132. coniectura, cuius etiamnum non poenitet, in pristinum restituere tentavi nitorem. Aliam eandemque lenissimam emendationem, et quae proxime accedat ad Ficini interpretationem, amicissime mecum communicavit Gustavus Hermannus Sauppius, quem splendidissimum literarum decus atque ornamentum fore auguror. Is igitur antiquitus scriptum fuisse arbitratur: *ἀλλ' ἀλᾶται περὶ τὸν ἕτερον.* Vocula *ἀλλὰ* verbum *ἀλᾶται* facillime absorberi potuisse vel is videt, qui nihil adhuc vidit.

Denique accuratam diligentiam Hoffmanni in Lex. Bibliograph. T. I. pag. 127. fugit, *Ἀνέκδοτα*, quae Lessingius in *Beiträgen zur Gesch. u. Litt. aus der Wolfenbüttl. Bibl.* Symb. I. pag. 185 sqq. publicavit, ad Antoninum Philosophum esse referenda, neque vero ad Liberalem. Hoc mihi notandum, ne quis aut negligentiae me arguat, aut in eundem cum illo inducatur errorem.

Erant et alia quaedam in promptu, sed Aiax meus in spongiam incubuit.

Dabam Lipsiae d. XXIII. m. Nov. a. CIↃIↃCCCXXXII.

EXCERPTA
EX BERKELII PRAEFATIONE
EMENDATIONIBUS PRIORIS EDITIONIS
PAG. 213 sqq. PRAEMISSA.

Antequam in hasce Metamorphoses emendationum nostrarum telam aggredimur, quispiam fortassis tritissima illa de auctoris vita et opere, quibus commentariorum limina exornari solent, a nobis exegerit. Verum sciat is, tam raram in antiquorum monumentis Antonini Liberalis celebrari memoriam, ut homines neque indocti, neque incelebres aperte ac firmiter statuerint, alium esse harum Transformationum collectorem, et alium, quem veteres meminere. In indice apud C. Suetonium Tranquillum de Claris Rhetoribus M. Antonini Liberalis mentio reperitur, de quo item Hieronymus in Chronico Eusebiano ad annum MMLXIV, sic perhibet: *M. Antoninus Liberalis Latinus Rhetor gravissimas inimicitias cum Palaemone exercet. Palaemon Vicentius insignis Grammaticus Romae habetur: qui quondam interrogatus, quid inter stillam et guttam interesset, gutta, inquit, stat, stilla cadit.* Ad hunc locum Vir illustrissimus existimat, has Metamorphoses esse alterius Liberalis, et non illius, de quo auctores supra allegati mentionem fecere: qua in re etiam virum clarissimum, qui nobis Historicorum Graecorum syntagma praetexuit, Scaligero adstipulantem inveni, praeterea hoc argumento, sed fragili admodum utentem: *Movet me, quod hic Antoninus, ille Antonius dictus: hic Graece scripserit, neque nisi Graecos citet scriptores, ille Latinus*

uisse rhetor disertim ab Hieronymo ex Suetonio icatur. Verum neque huius opinio vera, neque lius argumentatio (parcant mihi tantorum virorum manes) satis argutata videtur: norunt enim Graecarum Romanarumque antiquitatum periti, quam proclives sint librariorum in hoc mendae genus lapsus, ut pro Antonio Antoninum et vice versa substituant.

Auctores, ex quibus noster haec Transmutationum collectanea condidit, sunt Athanadas in Ambracicis, Simmia Rhodius, Corinna, Xanthus in Lyciacis, Menecrates, Pherecydes, Pamphilus, Areus Laco in Cygno et Hermesianax in Leontio, imo potissimum Nicandri Alterata et Boei Ornithogonia ei usui fuere, omnes pariter auctores Graeci, quorum solummodo nunc nuda fama et laborum tituli superstites mansere. Verum cum hoc sit extra omnem dubitationis aleam, plurimos Romae et in aliis Italiae finibus natos, Graeco ore res gestas populi Romani scripsisse atque alia, quibus sibi immortalem gloriam peperere: quidni quoque Antoninus Liberalis rhetor Latinus, cuius nomen nihil omnino Graecae sonat originis, ex Graecis Mythologiae doctoribus suum Metamorphoseôn systema concinnaverit. Nam incidebat eius aetas in huiusmodi tempora, quibus Atticum mel Quritibus sordebat et Graecae Veneres pedibus conculcabantur. Ipse Octav. Augustus non leviore literarum Graecarum studio tenebatur. Quin et Claudius Imperator (circa eius aetatem Antoninus Liberalis floruisse existimatur) non tantam omni occasione Graecae linguae amorem praestantiamque professus est, sed etiam de rebus Tyrrhenorum libros XX et VIII Carthaginensium Graeco sermone consignavit. Quis adeo imperitus rerum iudicabit Ciceronem, in cuius orationibus Demosthenis lineamenta comparent, non potuisse Graece scribere? An non

Virgilius, qui non tantum Homerum et Hesiodum imitari, sed saepenumero etiam convertere pulchrum putavit, idem praestare potuisset? Non censeo Ovidium suam transmutationum materiam ex Latinis scriptoribus hausisse: inter Graeca adminicula ipsi aeque ac Ant. Liberali Ornithogonia Boei, Nicandri Ἑτεροιούμενα et aliorum labores profuere. Nam cum omnis mythicae theologiae doctrina a Graecis dimanavit, a Latinis nihil evidens aut certum in hanc rem a nostro mutari poterat. Enimvero meam nunc eruditis non obtrudo opinionem, nam et ante me Virum Clarissimum in notis ad Suetonium idem plane censuisse, ingenue confiteri non erubesco, cuius deinde sententiam argumentis admodum infirmis doctissimus Phil. Iac. Maussacus, et post eum ὁ πάνυ Gerard. Ioh. Vossius eodem prorsus modo labefactare non dubitavit. Quicquid sit, in publicum emittimus auctorem, quem in reipublicae literariae bonum primus Guilielmus Xylander, vir literis promovendis natus, cum sua versione divulgaverat. Charactere utitur humili, perspicuo et eleganti; ferme ubique citans auctores et librorum indices, ex quibus Metamorphoses transscribit. Xylandrianam versionem nonnullis in locis interpolavi, novam exhibuissem, si ludum nobis dedisset Stephanus. In Graeco textu nihil mutavi nisi manifestissimos typothetarum errores; librariorum omnes Xylander persequi neque voluit neque per otium potuit: mihi suffecerit, si non omnes, saltem aliquos correxisse.

MUNCKERUS
LECTORI S.

Quod animadversiones nostras ad hunc Mytholo-
ım, quem esse Antonium illum, de quo in Chro-
co Eusebiano, et Illustr. Rhetorum indiculo apud
ıetonium fit mentio, quidam volunt, lucem aspi-
re sim passus, non tam mea scito, quam amico-
m sponte factum. Odorari se ex notulis nostris
Hyginum aiebant ruspari audere me antiquita-
m: ut in Latinis nuperius, ita nunc et in Graecis
iquod darem praeludium. Quamvis Hyginiana illa
ella, quod deproperata pleraque in ea et minus
acta sint, nemini minus, quam mihi placeat,
ıcere tamen illos tandem nimium nostri studiosos
ısi, et mihimet ipse, ut crederem eos in amore
am iudicare, imperavi. Non enim is sum, qui de
ıdentiorum iudicio ferre sententiam libenter mihi
rmittam. An aliquod operae fecerim pretium,
ım esto, benevole Lector, ubi cum duabus illis,
ae antehac prodierunt, editionibus hanc contule-
, arbitrium. Accuratior quidem, ut debuit, Lei-
ısis illa nupera; sed ut est humanorum operum
ıditio, naevis interim suis non caret. Sic nec ego
nino quod volui adsecutus sum; at annixus certe
n sedulo, ut perpaucas, quae in Antonini lectione
ıorari te possent, relinquerem salebras. De Hy-
i fabulari historia longe aliter sentio. Nam in
scripto quicquid perfecerit Micyllus, et Bar-
ıs, et Cl. Schefferus; quicquid nos tentaverimus,
quimus sic etiam ipsum (id quod de Rhetore
n Seneca scripsit illud Musarum corculum Gro-
ius) Augiae stabulum. Quod si mihi ille *παν-*
ϑος tam diu superesse voluerit, donec *δευτέρας*
ı *φροντίδας*, spero fore, ut melius litem. Quam-

obrem oro heic et obtestor omnes Typographos, ne nostras ad Hyginum annotationes, nimium multis operarum, et nonnullis etiam nostris, erroribus refertas, me inscio, denuo praelo subiiciant. Ut dies docere solet diem, non pauca iam mihi sunt in mundo, quibus istae commentatiunculae multo et meliores possint fieri et auctiores. Quod ne cui mirum videatur, cogitet illud Varronis, neminem unquam esse reprehensum, qui in messe aliquid reliquerit ad spicilegium. In notis ad hunc Liberalem hoc praecipue attendi, ut rudiorum gratia elegantiores loquendi formulas aliorum scriptorum verbis illustrarem; si quae corrupta offenderem, quemadmodum mihi restitui posse viderentur, docerem. Coniecturas nostras, etsi perraras illas et haud dubitabiles, nusquam, nisi te prius admonito, in textum recepi. Quo enim multiplex ista editionum renovatio, si eaedem corruptelae in singulis itentidem iterentur? Latinam versionem Xylandri, nisi quod lemmata capitum ex Leidensi editione a Typographo desumta sunt, ita ut ab illo primitus prolata fuit, adiiciendam curavi. Si interpolarem opus alienum, et ex paucis ac exigui momenti mutationibus gloriam interpretationis, quae nihil ad me pertinet, in me transferrem, non satis me facturum existimavi pro homine pudente. Ubi quid tamen in Xylandriana versione, quod minus se mihi probaret, aliquando occurrit, secutus *τοῦ πάνυ* Salmasii consilium, in notis, quid mihi rectius videretur, exposui. Sed quis tu es, inquies, ad Xylandrum? Fungus, fateor. Attamen et homo ille erat, et maiora, quae nulla laboris pausa meditabatur, has minutias accuratius pensitare eum interdum non sinebant. Quid quod largiter peccaverat in publica commoda, si melioribus curis devotum ingenium hisce naeniis, quas nobis semitariis criticis delegasse videri potest, frangere sustinuisset? Sed ipsum ut otii penuriam excusantem audires, an-

otatiunculas eius in ἐσχατοκολλίῳ repraesentare bi iussi Typographum. Non morabor te diutius. ttigi votorum summam, si studium nostrum iuandi qualicunque modo bonas literas non fastidies. Vale.

VERHEYKII PRAEFATIO.

AEQUO ET ERUDITO LECTORI.

Quidquid de libelli huius scriptore coniecerunt ri dd., adeo incertum est, ut quid amplectaris, vel iicias, plane ignores, inque eo otium terere tanti n duxerim, ut novi nihil adferens, post longam versae opinionis disquisitionem, Te inanem dimitn, et aeque dubium.

Quis fuerit, aut quod gesserit nomen, parum fert, modo utilitate non sit destitutus, quod uniique eum evolventi satis constat, quemadmodum eo multa disci, eumque non vulgaria complecti sti harum rerum arbitri, *Palmerius* et *Valckenaus* testantur, et nullus dubito, quin, qui in hoc iptore cum poëtis, Ovidio inprimis, et Valerio acco conferendo voluerit elaborare, magnam in messem etiamnum relictam inveniret, praesertim mendis et naevis, quibus nondum liberatus est, rgatiorem exhiberet plurium MSS. Codicum auritas.

Etsi enim Codex ille membranaceus, unus, qui odum repertus est, a vetustate se magno opere nmendat, et forsan omnem fidem meretur, tam o tamen et ante invisitato litterarum genere coniptus est, ut mirum esset, si, qui primus Antonim ex eo descripsit, quamquam Graecarum litarum peritissimus, *Gulielmus Xylander*, ubique rarii manum assecutus fuerit.

Huius tamen industriae multum debemus, qui Nostrum, aliosque scriptores, e tenebris, quibus in aeternum damnati videbantur, in lucem protraxerit. Bibliothecae enim Principis sui loculos excutiens, uti erat vir laboriosissimus, nec opinus incidit in Codicem illum, praeter Antonini Liberalis *Μεταμορφώσεων Συναγωγὴν*, Phlegontem Trallianum *περὶ Θαυμασίων καὶ Μακροβίων*, Eiusdemque *περὶ τῶν Ὀλυμπίων* Fragmentum: Apollonii *Ἱστορίας Θαυμασίας*, et Antigoni *Ἱστοριῶν Παραδόξων Συναγωγὴν*, continentem, eosque Graece, et Latinitate a se donatos, addito, quem decennio ante ediderat, Marco Antonino de Vita sua, in unum corpusculum redactos typis descripsit, Basileae, A. CIƆIƆLXVIII. Sed Adnotationes, uti ad reliquos scriptores rarae, sic ad Antoninum, septenarium numerum non superant, quia *adnotando omnia persequi noluerat, neque erat otium*, sed vere, quia, ut Thuani verbis utar, *non famae scribebat, sed fami.*

Hoc Catone centum plus annis contentus fuit orbis eruditus, donec *Abrahamus Berkelius* A. CIƆIƆCLXXIV. Lugd. Batav. Antoninum a reliquis, quos ei e Codice MS. adiunxerat Xylander, separatum ediderit, submissis aliquot notulis, quarum ieiunitatem vix excusat festinatio, ad quam deinde provocavit.

Hanc Editionem, etiam in mendis presse secutus *Thomas Gale* anno sequente Parisiis in lucem emisit Liberalem, una cum Apollodoro Atheniensi, Conone Grammatico, Ptolemaeo Hephaestionis F. et Parthenio Nicaeënsi, sub *Historiae Poëticae Scriptorum Antiquorum* nomine. Sed in notis ad Antoninum illustrandum non multum operae consumsit, Berkelio tamen melius de scriptore meritus, quamquam Xylandrianam Editionem non vidisse videtur.

Idem in *Munckero* observasse mihi visus sum, qui alioquin largiorem emendandi materiem nactus

isset, etiamsi praeterea de Antonino tam egregie eritus sit, quam a viro tam docto sperari possit.

Hic Galeanam Editionem videre non potuit, qui am eodem anno, h. e. CIↃIↃCLXXV typis descrisit; nam, quod in titulo annus LXXVI. conspiciur, id novitatis gratiam aucupantem Typographum raefixisse, necessitate quadam coactus, ad Hygni eratam Editionem C. 59. monet, et manifeste liquet x Epistola VII. Kal. Nov. A. LXXV. ad Nic. Heinum, una cum recens edito Liberali, data.

Si itaque hunc Thomae Munckeri Antoninum, em ab eo novis eruditionis antiquae reconditaeque minibus illustratum, Graevio testatur N. Heinsius, imadvertimus, mirabimur luculentam ipsius Adrsariorum copiam, et eruditionis suppellectilem, a Liberalem intra anni spatium tam egregio Comentario illustratum, in lucem prodidit, quantume, si Hyginianas lucubrationes, doctas et omni gantia refertas, et quas de eruditione sua propanda, ad viros sui seculi summos, inprimis N. einsium, larga manu dedit Epistolas, suo pretio stimemus, dolendum sit, agnoscemus, quod hic ditionis thesaurus, in quo vel sola Catalecta no- salivam movent, in ignarorum heredum manus rvenerit, et piperi condiendo inservierit.

In hac Editione a Munckero sua, sine ulla aeitatis specie, perverse traducta et detorta clamis Berkelius, ad novum commentarium, quo plua a veri rectique norma longissime remota nmisisse Munckerum monstraret, et Epistolam I. onovii insereret, querentis, multas sibi a Munro sublectas esse emendationes, quas olim cum sone quodam communicaverat, tamquam ad pucum iudicium, subscriptores conquisivit. Sed c suspicionem uti facile a se amovit Munckerus, in iis turpiter se dedit Berkelius.

Etsi enim communes amici, quos inter primum

locum tenebat N. Heinsius, nihil a Munckero commissum rati, quod non cuique licet, et ipse Berkelius in Fragmento Stephaniano, non ita pridem a Tennulio edito, fecerat, eius impetum sufflaminare adnitebantur, dum famae suae consultum vellet, ei exsequias ivit. Nam sequenti anno suae editioni, mutato, ut nova videretur, titulo, plures submissas adnotationes adiecit, quibus non tam auctorem illustraret, quam vellicaret adversarium, quem peracerbe procaciterque omnino excepit, plagii, inscitiae, et plurimorum errorum insimulavit, quos tamen ipse committebat pudendos et in tironibus vix ferendos. Sed hos facile condonamus, qui novimus, qua simus conditione nati, modo absit aliena carpendi prurigo, et humanitatis, quam profitemur, contemtus, qui tamen Berkelium abripuit adeo, ut ad convicia de trivio arrepta se demiserit, et adversario quantumvis se doctiori et humaniori in opprobrium obiecerit, quae ei nec vitio erant, nec verti poterant, cum potius hic cum fortuna queri potuisset, quod, qui maiore theatro dignus, ad scholasticum pulverem damnatus esset. Hinc puerilia et liberali homine indigna, quibus *Delphos ad Corbulonis fossam, ubi Munckeri Observationes in scholastico pulvere natae essent*, *Phocicis* opponeret; per *Iovis sceptrum non intelligendum esse ferulam, ad imperium in pueros pertinentem*, moneret: Munckerum *praetextatorum magistrum* appellaret, et ubique ad infima subsellia damnaret, quae tanto minus ferenda, quo magis constat, eumdem hunc Berkelium omnem movisse lapidem, ut in Munckeri in ipso aetatis flore vita defuncti locum suffectus contemtis istis *Delphis ferula imperium in pueros exerceret praetextatorum magister*, quando nec mortuo huic leoni insultare desiit, ut in Dedicatione ieiunae illius Epicteti Editionis videre est.

Et haec, quamquam ad scopum meum nihil at-

tinere videntur, memoratu sunt necessaria, ut ne lectorem fugiat, unde in hac Editione hic illic aliae Munckeri, partim novae, partim auctae, saepe etiam mutatae Observationes exhibeantur. Munckerus enim, etsi non statim, nec ad convicia quidquam respondit umquam, sed contra adversarium, etiam ubi turpissimos eius errores arguit, *Clarissimi Viri* titulo insignivit semper, opportunam occasionem exspectans, dum secundas in Hyginum curas ederet, ubicumque usu venerit, Antoninianas suas sat bene vindicavit, et Berkelianas diserte refellit. Unde omnes eius ad Mythographos notas legere, excerpere et ad Antoninum suis locis digerere, mutare, diminuere, et augere debui, ut fere satis de nova Editione meritus fuissem, si sic auctis et emendatis Viri Doctissimi Observationibus ornatam in lucem emisissem. Sed libellum quotidie evolvens, verum esse expertus fui, quod ad N. Heinsium scripsit I. G. Graevius: *procul dubio satis magnam messem aliis reliquisse* Munckerum et Berkelium, *si qui in hoc libello excutiendo voluerint elaborare,* quod de industria egisse videtur Kuhnius, qui notas suas in Antoninum memorat ad Aelianum V. H. L. XIV. c. 44. quas si Fortuna nobis non invidisset, procul dubio longe emendatius prodiisset hoc opusculum. Ubi enim aliis plerisque scriptoribus haud parum lucis adfert plurium MSS. Codd. auctoritas, aut veram lectionem eruendi facultatem subministrant variantes lectiones, hic praeter ingenii aciem et coniectandi artem, nihil subsidii supererat, propterea quod omnes illi, e quibus sua mutuatus est Antoninus, plane perierunt, atque adeo cum his conferri non potuit. Ut bene factum, quod aliunde mihi nonnullae, etsi quam vellem, maiores illae fuissent! accesserint copiae. Simul enim me novam Antonini Editionem moliri inaudiverant *Valckenarius* et *Ruhnkenius,* Viri in arte Critica principes, et Graecarum Littera-

rum Statores, quorum amicitia glorior, *Hemsterhusii*, magni nostri quondam Praeceptoris coniecturas aliquot una cum suis et *Is. Toussainctii* doctissimi olim Frisii iuvenis, cuius etiam paucas ad Apollodori oram allitas mecum communicavit Cl. *Petrus Bondamus*, novum Academiae Ultraiectinae decus, ad me miserunt, quas suis locis uti ipsorum nomine exhibui, sic pro hoc amicitiae documento in communem rei litterariae usum, immortales ago gratias. Sed etiam maior mihi cum *Petro Fonteinio*, Viro insigni eruditione conspicuo, a quo nisi doctior recedo numquam, intercessit familiaritas, quam ut hunc, si quid ad auctorem illustrandum haberet, non rogassem, unde natae etiam minime poenitendae sive adnotationes seu coniecturae suis locis repositae, quibus accessere meae, hic illic forsan prolixiores, quia sic haud aliter poteram in re fabulosa, propterea quod eiusdem argumenti scriptori, *Apollodoro* aliquam lucem affundere enitebar praeeunte cuius copiam mihi pro sua saepius experta facilitate, et singulari erga me benevolentia amicissimus *P. Burmannus* V. Cl. fecerat, MS. Codicis Collatione D'Orvilliana. Quid in his praestiterim, tui esto iudicii, benevole Lector! in quibus si quid arrideat, fruere: sin minus, modeste refelle, et vale.

Corrigenda.

In oratione Graeca:

Pag. 4. v. 8. scr. *γῦπα.* v. 3. a fin. scr. *στρίγγα.* — Pag. 6, 17. scr. *κατὰ.* — Pag. 15, 25. scr. *χλωρὶς . . νῆσσα.* — Pag. 20, 6. scr. *ἀπεκτίγγυον.*

In annotatione:

Pag. 109. v. 15. a fin. scr. *esset* pro *sit.* — Pag. 114. v. 7. scr. *ἐξαίφνης.* — Pag. 134. v. 2. a fin. *fiant* pro *fieri.* — Pag. 233. v. 11. cor. *βοησάμεναι.* — Pag. 297. v. 27. leg. *exuerant.* — Pag. 322. v. 11. exulare. — Pag. 325. v. 17. scr. *πολλάκις.* — Pag. 355. a. v. 8. l. *Βριτόμαρτις.*

ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΛΙΒΕΡΑΛΙΣ

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΝ

ΣΥΝΑΓΩΓΗ.



ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΛΙΒΕΡΑΛΙΣ ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

α΄. Κτήσυλλα εἰς πελειάδα *) μετὰ θάνατον.
β΄. Αἱ Μελεάγρου ἀδελφαὶ εἰς μελεαγρίδας.
γ΄. Ἱέραξ εἰς ἱέρακα.
δ΄. Κραγαλεὺς εἰς πέτρον.
ε΄. Αἰγυπιὸς καὶ Νεόφρων εἰς αἰγυπιούς· Βουλὶς εἰς πώϋγγα· Τιμάνδρη εἰς αἰγίθαλλον.
ς΄. Περίφας εἰς αἰετόν· ἡ γυνὴ αὐτοῦ εἰς φήνην.
ζ΄. Ἄνθος, Ἐρωδιός, Σχοινεύς, Ἄκανθος, Ἀκανθυλὶς εἰς ὄρνεα ὁμώνυμα· Αὐτόνοος εἰς ὄκνον· Ἱπποδάμεια εἰς κορυδόν· ὁ ἀκόλουθος Ἄνθου εἰς ἐρωδιὸν ἕτερον.
η΄. Λαμία ἢ Σύβαρις εἰς πηγὴν ὁμώνυμον Σύβαριν.
θ΄. Αἱ Πίερος **) θυγατέρες εἰς ὄρνιθας ὁμωνύμους ἠμαθίδας· ἔστι δ' αὐτῶν ὀνόματα τάδε· κολυμβὶς, ἴϋγξ, κεγχρὶς, κίσσα, χλωρὶς, ἀκαλανθὶς, νῆσσα, πιπὼ, δρακοντίς.
΄. Λευκίππη, Ἀρσίππη, Ἀλκαθόη, Μινύου θυγατέρες, εἰς νυκτερίδα, γλαῦκα, βύζαν.
ι΄. Πανδάρεος εἰς ἁλιαίετον· Ἀηδὼν καὶ Χελιδονὶς εἰς τὰ ὁμώνυμα ὄρνεα· ἡ μήτηρ τῆς Ἀηδόνος εἰς ἀλκυόνα· ἀδελφὸς Ἀηδόνος εἰς ἔποπα· Πολύτεχνος ὁ ἀνὴρ αὐτῆς εἰς πελεκᾶνα.
΄. Κύκνος Ἀπόλλωνος, καὶ Θυρίη ἡ μήτηρ αὐτοῦ, εἰς κύκνους.
. Ἀσπαλὶς εἰς ξόανον μετὰ θάνατον.
Μούνιχος εἰς τριόρχην, καὶ Λη(ι)λάντη ἡ γυνὴ αὐτοῦ εἰς πιπώ· τῶν παίδων αὐτοῦ Ἄλκανδρος εἰς ὀρχίλον· Μεγαλήτωρ εἰς ἰχνεύμονα· Φίλαιος εἰς κύνα· Ὑπερίππη εἰς αἴθυιαν.
Μεροπὶς εἰς γλαῦκα· Βύσσα εἰς ὁμώνυμον ὀρνιθάριον· Ἄγρων εἰς χαραδριόν· Εὔμηλος εἰς νυκτικόρακα.
Οἰνόη εἰς γέρανον.
Λεύκιππος ἐκ θηλείας εἰς ἄῤῥενα.

Codex Paris. πελιάδα. Correxit Bastius.

d. Paris. $\overset{\text{ρε}}{\text{πίερος}}$.

A 2

ιη'. Ἥροπος εἰς ὄρνιθα ὁμώνυμον.
ιθ'. Λάϊος, Κελεὸς, Κέρβερος, Αἰγωλιὸς εἰς ὁμωνύμους οἰωνούς.
κ'. Κλεῖνις εἰς ὑψαίετον *)· Λύκιος εἰς κόρακα· Ἀρτεμίχη εἰς πίφιγγα· Ὀρτύγιος εἰς αἰγίθαλλον· Ἅρπη καὶ Ἅρπασος εἰς ὁμωνύμους ὄρνιθας.
κα'. Πολυφόντη εἰς στύγα **)· Ὄρειος εἰς λαγών· Ἄγριος εἰς γυπά· ἡ θεράπαινα αὐτῶν εἰς ἴπνην.
κβ'. Τέραμβος εἰς κεράμβυκα.
κγ'. Βάττος εἰς πέτρον.
κδ'. Ἀσκαλαβὸς εἰς ζῶον ὁμώνυμον.
κε'. Μητιόχη καὶ Μενίππη εἰς ἀστέρας κομήτας.
κϛ'. Ὕλας εἰς ἠχώ.
κζ'. Ἰφιγένεια εἰς δαίμονα καλούμενον Ὀρσιλόχην.
κη'. Τυφὼν εἰς διάπυρον μύδρον· Ἀπόλλων εἰς ἱέρακα· Ἑρμῆς εἰς ἴβιν· Ἄρης εἰς λεπιδωτὸν ἰχθύν· Ἄρτεμις εἰς αἴλουρον ***)· Διόνυσος εἰς τράγον· Ἡρακλῆς εἰς ἔλλον· Ἥφαιστος εἰς βοῦν· Λητὼ εἰς μυγαλῆν.
κθ'. Γαλινθιὰς εἰς γαλῆν.
λ'. Βιβλὶς εἰς Ἁμαδρυάδα νύμφην ὁμώνυμον.
λα'. Μεσσάπιοι παῖδες εἰς δένδρα.
λβ'. Δρυόπη εἰς αἴγειρον.
λγ'. Ἀλκμήνη εἰς λίθον μετὰ θάνατον.
λδ'. Σμύρνα εἰς δένδρον ὁμώνυμον.
λε'. Βουκόλοι εἰς βατράχους.
λϛ'. Πανδάρεος εἰς πέτρον.
λζ'. Δωριεῖς οἱ μετὰ Διομήδους εἰς ὄρνιθας μετὰ θάνατον.
λη'. Λύκος εἰς πέτρον.
λθ'. Ἀρσινόη εἰς λίθον.
μ'. Βριτόμαρτις εἰς ξόανον Ἄφαιαν.
μα'. Ἀλώπηξ καὶ κύων εἰς λίθους.

---

*) In Codice Paris.: *Κλεινὶς εἰς ὑπαίετον*, quod correctum a Bastio.

**) Hoc nomen corruptum. F. *στριγγά*. Paulo post vitiose scribebatur *γύπα*.

***) Cod. Paris. *αἴλουρον* (σι). Mox vitiose *μυγαλήν*.

α'. ΚΤΗΣΥΛΛΑ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων γ'.

Κτήσυλλα ἐγένετο Κεία τὸ γένος ἐξ Ἰουλίδος,
Ἀλκιδάμαντος θυγάτηρ. Ταύτην ἰδὼν Ἑρμο-
χάρης Ἀθηναῖος χορεύουσαν Πυθίοις παρὰ τὸν
βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Καρθαίᾳ ἐπεθύμησεν
αὐτῆς· καὶ ἐπιγράψας μῆλον ἔῤῥιψεν ἐν τῷ ἱερῷ
τῆς Ἀρτέμιδος, ἡ δὲ ἀνείλετο καὶ ἀνέγνω· ἐγέ-
γραπτο δὲ ὅρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος, ἦ μὴν
γαμηθήσεσθαι Ἑρμοχάρει Ἀθηναίῳ. Ἡ μὲν οὖν
Κτήσυλλα ἀπέῤῥιψε τὸ μῆλον αἰδεσθεῖσα καὶ
χαλεπῶς ἤνεγκεν, ὥςπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόν-
ιος ἐξηπάτησεν. Ἑρμοχάρει δὲ αἰτησαμένῳ
ατήνεσε τὸν γάμον ὁ πατὴρ ὁ τῆς Κτησύλλης
αὶ ὤμοσε τὸν Ἀπόλλωνα τῆς δάφνης ἁψάμε-
ος. Ἐπεὶ δὲ διῆλθεν ὁ τῶν Πυθίων χρόνος,
λκιδάμας ἐκλαθόμενος τὸν ὅρκον, ὃν ὤμο-
ν, ἑτέρῳ συνῴκιζε τὴν θυγατέρα. Καὶ ἡ παῖς
υεν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ· χαλεπῶς δὲ
ων Ἑρμοχάρης ἐπὶ τῷ τούτου διαμαρτεῖν
δραμεν εἰς τὸ Ἀρτεμίσιον· καὶ ἡ παῖς αὐ-
ἰδοῦσα κατὰ θεῖον ἠράσθη· καὶ συνθεμένη
τῆς τροφοῦ, διαλαθοῦσα τὸν πατέρα, νύ-
ἀπέπλευσεν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ γάμος
χθη τῷ Ἑρμαχάρει. Τεκοῦσα δ' ἡ Κτή-
α καὶ χαλεπῶς ἐκ τοῦ τόκου διατεθεῖσα

ἐτελεύτησε κατὰ δαίμονα, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐψεύσατο τὸν ὅρκον. Καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες ἔφερον, ὅπως κηδεύσωσιν· ἐκ δὲ τῆς στρωμνῆς πελειὰς ἐξέπτη καὶ τὸ σῶμα τῆς Κτησύλλης ἀφανὲς ἐγένετο. Χρωμένῳ δ' Ἑρμοχάρει ὁ θεὸς ἀνεῖπεν ἱδρύσασθαι ἱερὸν παρὰ τοῖς Ἰουλιήταις, ἐπώνυμον Ἀφροδίτης Κτησύλλης· ἔχρησε δὲ καὶ τοῖς Κείοις. Οἱ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν Ἰουλιῆται μὲν Ἀφροδίτῃ, Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι Κτήσυλλαν Ἑκαέργην.

β'. ΜΕΛΕΑΓΡΙΔΕΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων γ'.

Οἰνεὺς ὁ Πορθέως τοῦ Ἄρεως ἐβασίλευσεν ἐν Καλυδῶνι. Καὶ ἐγένοντο αὐτῷ ἐξ Ἀλθαίας τῆς Θεστίου Μελέαγρος, Φηρεύς, Ἀγέλεως, Τοξεύς, Κλύμενος, Περίφας· θυγατέρες δὲ Γόργη, Εὐρυμήδη, Δηϊάνειρα, Μελανίππη. Ἐπεὶ δ' ἔθυεν ἀπαρχὰς ὑπὲρ τῆς χώρας, ἐκλανθάνεται τῆς Ἀρτέμιδος. Αὕτη κατὰ μῆνιν ἐφορμᾷ σῦν ἄγριον, ὃς κατέφθειρε τὴν γῆν καὶ πολλοὺς ἀπέκτεινεν. Ἔπειτα Μελέαγρος καὶ οἱ Θεστίου παῖδες συνήγειραν τοὺς ἀριστέας ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ τὸν σῦν· οἱ δὲ ἀφικόμενοι κτείνουσιν αὐτόν· ὁ δὲ Μελέαγρος διανείμας τὰ κρέα αὐτοῦ τοῖς ἀριστεῦσιν τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ δέρος ἐξαιρεῖ γέρας ἑαυτῷ. Ἄρτεμις δὲ, ἐπεὶ τὸν ἱερὸν σῦν ἔκτειναν, ἔτι μᾶλλον ἐχολώθη καὶ νεῖκος ἐνέβαλεν αὐτοῖς. Οἱ γὰρ παῖδες οἱ Θεστίου καὶ οἱ ἄλλοι Κουρῆτες ἅπτονται τοῦ δέρους, φάμενοι μετεῖναι τὰ ἡμίσεια τῶν γερῶν ἑαυτοῖς· Μελέαγρος ἀφαιρεῖται κατὰ βίαν καὶ κτείνει

τοὺς Θεστίου παῖδας. Ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως πόλεμος ἐγένετο Κουρῆσι καὶ Καλυδωνίοις· καὶ ὁ Μελέαγρος εἰς τὸν πόλεμον οὐκ ἐξῄει, μεμφόμενος, ὅτι αὐτῷ κατηράσατο ἡ μήτηρ διὰ τὸν τῶν ἀδελφῶν θάνατον. Ἤδη δὲ τῶν Κουρήτων μελλόντων αἱρεῖν τὴν πόλιν ἔπεισε τὸν Μελέαγρον ἡ γυνὴ Κλεοπάτρα τοῖς Καλυδωνίοις ἀμῦναι· ὁ δὲ ἀναστὰς ἐπὶ τὸν στρατὸν τῶν Κουρήτων καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκει, τῆς μητρὸς ἐμπρησάσης τὸν παρὰ τῶν μοιρῶν αὐτῇ δοθέντα δαλόν. Ἐπέκλωσαν γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτὸν ἔσεσθαι χρόνον, ἐφ᾽ ὅσον ἂν ὁ δάλος διαμένοι. Ἀπέθανον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι παῖδες Οἰνέως μαχόμενοι καὶ πένθος ἐπὶ Μελεάγρῳ μέγιστον ἐγένετο παρὰ Καλυδωνίοις. Αἱ δὲ ἀδελφαὶ αὐτοῦ παρὰ τὸ σῆμα ἐθρήνουν ἀδιαλείπτως, ἄχρις αὐτὰς Ἄρτεμις ἁψαμένη ῥάβδῳ μετεμόρφωσεν εἰς ὄρνιθας καὶ ἀπῴκισεν εἰς Λέρον τὴν νῆσον, ὀνομάσασα Μελεαγρίδας. Αἱ δὲ ἄχρι νῦν ἔτι καθ᾽ ὥραν ἔτους λέγονται πένθος ἐπὶ Μελεάγρῳ φέρειν. Δύο δὲ τῶν Ἀλθαίας θυγατέρων, Γόργην καὶ Δηϊάνειραν, φασὶ κατ᾽ εὐμένειαν Διονύσου μὴ μεταβαλεῖν, ὅτι τὴν χάριν αὐτῷ Ἄρτεμις διδοῖ.

γ'. ΙΕΡΑΞ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίᾳ.

Ἱέραξ ἐγένετο ἐν τῇ Μαριανδυνῶν γῇ δίκαιος ἀνὴρ καὶ ἐπιφανής. Οὗτος ἱερὰ Δήμητρος ἱδρύσατο καὶ πλείστους αὐτῆς καρποὺς ἔλαβεν. Ἐπεὶ δὲ Τεῦκροι κατὰ χρόνον τὸν ἱκνούμενον οὐκ ἀπεδίδοσαν ἱερὰ Ποσειδῶνι, ἀλλὰ ὑπ᾽ ὀλι-

γωρίας ἐξέλειπον, χαλεπήνας Ποσειδῶν τοὺς μὲν ἐκείνης καρποὺς ἔφθειρε· κῆτος δ' ἐξαίσιον ἐκ τῆς θαλάσσης ἐφώρμησεν αὐτοῖς. Οὐ δυνάμενοι δὲ πρὸς τὸ κῆτος καὶ τὸν λιμὸν ἀντέχειν ἀπέστελλον οἱ Τεῦκροι πρὸς τον Ἱέρακα καὶ ἐδέοντο πρὸς τὸν λιμὸν ἐπαμῦναι, κἀκεῖνος ἔπεμπε καὶ πυρὸν καὶ ἄλλην τροφήν. Ποσειδῶν δὲ μηνίσας, ἐπεὶ κατέλυεν αὐτοῦ τὰς τιμὰς, ἐποίησεν ὄρνιθα, ὃς ὀνομάζεται νῦν ἱέραξ· καὶ τὸ ἦθος ἤλλαξεν ἀφανίσας· μέγιστα γὰρ ὑπ' ἀνθρώπων φιληθέντα πλεῖστον ἐποίησεν ὑπὸ τῶν ὀρνέων μισηθῆναι, καὶ πολλοὺς ἀνθρώπους ἀποθανεῖν κωλύσαντα πλείστους ἐποίησεν αὐτὸν ὀρνίθων ἀποκτεῖναι.

δ'. ΚΡΑΓΑΛΕΥΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων ά. καὶ Ἀθανάδας Ἀμβρακικοῖς.

Κραγαλεὺς ὁ Δρύοπος ᾤκει γῆς τῆς Δρυοπίδος παρὰ τὰ λουτρὰ τὰ Ἡρακλέους, ἃ μυθολογοῦσιν Ἡρακλέα πλήξαντα τῇ κορύνῃ τὰς πλάκας τοῦ ὄρους ἀναβαλεῖν. Ὁ δὲ Κραγαλεὺς οὗτος ἐγεγόνει γηραιὸς ἤδη καὶ τοῖς ἐγχωρίοις ἐνομίζετο δίκαιος εἶναι καὶ φρόνιμος. Καὶ αὐτῷ νέμοντι βοῦς προςάγουσιν Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἡρακλῆς κριθησόμενοι περὶ Ἀμβρακίας τῆς ἐν Ἠπείρῳ· καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων ἑαυτῷ προςήκειν ἔλεγε τὴν πόλιν, ὅτι Μελανεὺς υἱὸς ἦν αὐτοῦ, βασιλεύσας μὲν Δρυόπων καὶ πολέμῳ λαβὼν τὴν πᾶσαν Ἤπειρον, γεννήσας δὲ παῖδας Εὔρυτον καὶ Ἀμβρακίαν, ἐφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται· καὶ αὐτὸς μέγιστα χαρίσασθαι

τοῦτο τῇ πόλει· Σισυφίδας μὲν γὰρ αὐτοῦ προστάξαντος ἀφικομένους κατορθῶσαι τὸν πόλεμον Ἀμβρακιώταις, τὸν γενόμενον αὐτοῖς πρὸς Ἠπειρώτας· Γόργον δὲ τὸν ἀδελφὸν Κυψέλου κατὰ τοὺς αὐτοῦ χρησμοὺς λαὸν ἔποικον ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν ἐκ Κορίνθου· Φαλαίκῳ δὲ τυραννοῦντι τῆς πόλεως αὐτοῦ κατὰ μαντείαν Ἀμβρακιώτας ἐπαναστῆσαι· καὶ παρὰ τοῦτο [πολλοὺς] ἀπολέσθαι τὸν Φάλαικον· τὸ δὲ ὅλον αὐτὸς ἐν τῇ πόλει παῦσαι πλειστάκις ἐμφύλιον πόλεμον καὶ ἔριδας καὶ στάσιν, ἐμποιῆσαι ἀντὶ τούτων δ' εὐνομίαν καὶ θέμιν καὶ δίκην· ὅθεν αὐτὸν ἔτι νῦν παρὰ τοῖς Ἀμβρακιώταις σωτῆρα Πύθιον ἐν ἑορταῖς καὶ εἰλαπίναις ᾄδεσθαι. Ἄρτεμις δὲ τὸ μὲν νεῖκος κατέπαυε τὸ πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα· παρ' ἑκόντος δ' ἠξίου τὴν Ἀμβρακίαν ἔχειν· ἐφίεσθαι γὰρ τῆς πόλεως κατὰ πρόφασιν τοιαύτην· ὅτε Φάλαικος ἐτυράννευε τῆς πόλεως, οὐδενὸς αὐτὸν δυναμένου κατὰ δέος ἀνελεῖν, αὐτὴ κυνηγετοῦντι τῷ Φαλαίκῳ προφῆναι σκύμνον λέοντος· ἀναλαβόντος δὲ εἰς τὰς χεῖρας ἐκδραμεῖν ἐκ τῆς ὕλης τὴν μητέρα καὶ προσπεσοῦσαν ἀναρρῆξαι τὰ στέρνα τοῦ Φαλαίκου· τοὺς δ' Ἀμβρακιώτας ἐκφυγόντας τὴν δουλείαν Ἄρτεμιν ἡγεμόνην ἱλάσασθαι· καὶ ποιησαμένους ἀγροτέρης εἴκασμα παραστήσασθαι χάλκεον αὐτῷ θῆρα· ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἀπεδείκνυεν Ἀμβρακίαν τε καὶ τὴν σύμπασαν Ἤπειρον οὖσαν ἑαυτοῦ· πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ Κελτοὺς καὶ Χάονας καὶ Θεσπρώτους καὶ σύμπαντας Ἠπειρώτας ὑπ' αὐτοῦ κρατηθῆναι, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς συν-

ἐλθόντες ἀφελέσθαι· χρόνῳ δ' ὕστερον λαὸν ἔποικον ἐλθεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοὺς πρόσθεν ἀναστήσαντας Ἀμβρακίαν συνοικίσαι. Κορίνθιοι δὲ πάντες εἰσὶν ἀφ' Ἡρακλέους· ἃ δὴ ἀκούσας ὁ Κραγαλεὺς ἔγνω τὴν πόλιν Ἡρακλέους εἶναι. Ἀπόλλων δὲ κατ' ὀργὴν ἁψάμενος αὐτοῦ τῇ χειρὶ πέτρον ἐποίησεν, ἵναπερ εἱστήκει· Ἀμβρακιῶται δὲ Ἀπόλλωνι μὲν σωτῆρι θύουσι, τὴν δὲ πόλιν Ἡρακλέους καὶ τῶν ἐκείνου παίδων νενομίκασι· Κραγαλεῖ δὲ μετὰ τὴν ἑορτὴν τὴν Ἡρακλέους ἔντομα θύουσιν ἄχρι νῦν.

ε'. ΑΙΓΥΠΙΟΣ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίας α'.

Ἀνθέος τοῦ Νομίονος ἐγένετο παῖς Αἰγυπιός· ᾤκει δὲ παρὰ τὴν ἐσχατιὰν τῆς Θεσσαλίας· καὶ αὐτὸν ἐφίλησαν θεοὶ ὁσιότητος ἕνεκα, καὶ ἄνθρωποι, ὅτι ἦν μεγαλόφρων καὶ δίκαιος. Οὗτος ἰδὼν Τιμάνδρην ἠράσθη· μαθὼν δ' ὅτι ἀνδρὸς ἦν χήρα, πείσας χρήμασιν, ἐμίγνυτο φοιτῶν εἰς τὰ ἐκείνης οἰκεῖα. Πρὸς δὲ τοῦτο Νεόφρων ὁ παῖς τῆς Τιμάνδρης χαλεπῶς εἶχε — τῷ Αἰγυπιῷ δ' ἦν ἡλικιώτης — κἀκείνῳ δόλον ἐβούλευε, δοὺς πλεῖστα δῶρα καὶ ἀναπείσας Βουλίδα τὴν Αἰγυπιοῦ μητέρα καὶ ἀγαγὼν εἰς τὰ οἰκεῖα εὐνάζεται σὺν αὐτῇ· προμαθὼν δὲ τὴν ὥραν, ἣν εἰώθει παρὰ Τιμάνδρην ὁ Αἰγυπιὸς φοιτᾶν, τὴν μὲν αὐτοῦ μητέρα καθ' ἥντινα πρόφασιν ἐκ τῆς οἰκίας μετέστησεν· ἀντὶ δ' ἐκείνης τὴν Αἰγυπιοῦ μητέρα παρήγαγεν εἰς τὸν οἶκον, ὡς ἐπανήξων πρὸς αὐτήν, καὶ ἀμ-

φοτέρους ἐξηπάτησεν. Αἰγυπιὸς δ' οὐδὲν ἐπιλεξάμενος ὧν εἰς αὐτὸν ἐμηχανᾶτο Νεόφρων, μίγνυται τῇ μητρί, δοκῶν εἶναι Τιμάνδρην· καὶ ἐπεὶ αὐτὸν ὕπνος ἔλαβεν, ἡ Βουλὶς ἔγνω τὸν παῖδα τὸν ἑαυτῆς, καὶ ἀναλαβοῦσα ξίφος ἐβούλευεν ἐκείνου μὲν τὰς ὄψεις ἀφελέσθαι, ἑαυτὴν δὲ κτεῖναι· βουλῇ δ' Ἀπόλλωνος ἀνίησι τὸν Αἰγυπιὸν ὁ ὕπνος· ὁ δὲ γνοὺς οἷον ἔργον ἐμηχανήσατο Νεόφρων ἐπ' αὐτῷ, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέψας, ηὔξατο σὺν ἑαυτῷ πάντα ἀφανισθῆναι. Ζεὺς δὲ μετέβαλεν εἰς ὄρνιθας. Καὶ ἐγένοντο Αἰγυπιὸς μὲν καὶ Νεόφρων αἰγυπιοὶ ὁμώνυμοι, χρόαν δὲ καὶ μέγεθος οὐχ ὅμοιοι, ἀλλὰ ἐλάττων ὄρνις αἰγυπιὸς ἐγένετο Νεόφρων· ἡ δὲ Βουλὶς ἐγένετο πῶϋγξ καὶ αὐτῇ τροφὴν ἔδωκεν ὁ Ζεύς, μηδὲν ἐκ γῆς φυόμενον, ἀλλὰ ἐσθίειν ὀφθαλμοὺς ἰχθύος ἢ ὄρνιθος ἢ ὄφεως, ὅτι ἔμελλεν Αἰγυπιοῦ τοῦ παιδὸς ἀφελέσθαι τὰς ὄψεις· Τιμάνδρην δὲ ἐποίησεν αἰγιθαλλόν, καὶ ἐφάνησαν ἐπὶ ταὐτὸν οὐδέποθ' οἱ ὄρνιθες οὗτοι.

ϛ'. ΠΕΡΙΦΑΣ.

Περίφας ἐγένετο ἐν τῇ Ἀττικῇ αὐτόχθων, πρόσθεν ἢ φανῆναι Κέκροπα τὸν γῆς. Οὗτος ἐβασίλευσε τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων καὶ ἐγένετο δίκαιος καὶ πλούσιος καὶ ὅσιος, καὶ ἱερὰ πλεῖστα ἐποίησεν Ἀπόλλωνι, δίκας τε πλείστας ἐδίκασε καὶ αὐτὸν ἐμέμψατ' ἄνθρωπος οὐδείς, ἀλλὰ ἑκόντων ᾑρεῖτο πάντων καὶ πρὸς ὑπερβολὴν αὐτοῦ τῶν ἔργων μετέβαλον οἱ ἄνθρωποι τὰς τιμὰς τοῦ Διὸς καὶ ἔγνωσαν αὐτὰς εἶναι Περίφαντος, καὶ ἱερὰ καὶ ναοὺς ἐποίησαν αὐ-

τοῦ καὶ Δία Σωτῆρα προςηγόρευσαν καὶ Ἐπόψιον καὶ Μειλίχιον. Ζεὺς δὲ νεμεσήσας ἐβούλετο μὲν σύμπασαν αὐτοῦ τὴν οἰκίαν κεραυνῷ συμφλέξαι· δεηθέντος δ' Ἀπόλλωνος μὴ αὐτὸν ἀπολέσθαι πανώλεθρον, ἐπεὶ περισσῶς αὐτὸν ἐτίμα, τοῦτο μὲν Ἀπόλλωνι δίδωσι· Ζεὺς δ' ἐλθὼν εἰς τὰ οἰκία τοῦ Περίφαντος καὶ καταλαβὼν ὁμιλοῦντα τῇ γυναικί, πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν· τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ, δεηθεῖσαν καὶ αὐτὴν ὄρνιθα ποιῆσαι σύννομον τῷ Περίφαντι, ἐποίησε φήνην· καὶ τῷ μὲν Περίφαντι δωρεῖται τιμὰς ἀντὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις ὁσιότητος· ποιεῖ γὰρ αὐτὸν ἐν πᾶσι τοῖς ὄρνισι βασιλέα καὶ διδοῖ φυλάσσειν τὸ ἱερὸν σκῆπτρον καὶ προςιέναι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ θρόνον· τῇ γυναικὶ δὲ τοῦ Περίφαντος, ἣν ἐποίησε φήνην, διδοῖ πρὸς ἅπασαν πρᾶξιν ἀνθρώποις αἰσίαν ἐπιφαίνεσθαι.

ζʹ. ΑΝΘΟΣ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίας αʹ.

Αὐτονόου τοῦ Μελανέως καὶ Ἱπποδαμείας ἐγένοντο υἱοὶ μὲν Ἐρωδιὸς καὶ Ἄνθος, Σχοινεύς, Ἄκανθος· θυγάτηρ δὲ Ἀκανθὶς, ᾗ κάλλιστον εἶδος ἔδωκαν οἱ θεοί. Τῷ δὲ Αὐτονόῳ τούτῳ ἐγένοντο ἵππων ἀγέλαι πλεῖσται καὶ ἔνεμον αὐτὰς Ἱπποδάμεια τούτου γυνὴ καὶ οἱ παῖδες αὐτῶν. Ἐπεὶ δὲ Αὐτονόῳ γῆν ἔχοντι πλείστην οὐδεὶς καρπὸς ἐφαίνετο κατ' ὀλιγωρίαν ἔργων, ἀλλ' ἔφερεν αὐτῷ σχοίνους ὁ χῶρος καὶ ἀκάνθας, ἀπ' αὐτῶν ὤνομασε τοὺς παῖδας Ἄκανθον καὶ Σχοινέα καὶ Ἀκανθίδα, καὶ τὸν

πρεσβύτατον Ἐρωδιὸν, ἐπεὶ αὐτὸν ἠρώησεν ὁ χῶρος. Οὗτος ὁ Ἐρωδιὸς πλεῖστον ἐφίλησε τὰς ἀγέλας τῶν ἵππων καὶ ἔτρεφεν αὐτὰς ἐν τῷ λειμῶνι. Ἐπεὶ δὲ Ἄνθος τοῦ Αὐτονόου παῖς ἐξήλασε τὰς ἵππους ἐκ τοῦ λειμῶνος, αὗται εἰργόμεναι τροφῆς ἐξεθύμηναν καὶ τὸν Ἄνθον ἐπιστᾶσαι κατεβίβρωσκον πλεῖστα ἐπιβοώμενον ἀμῦναι τοὺς θεούς. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ ὑπὸ ἄχους ἐκπλαγεὶς ὤκνησεν ἀπελάσαι τὰς ἵππους καὶ ὁ θεράπων τοῦ παιδός· ἡ δὲ μήτηρ διεμάχετο πρὸς τὰς ἵππους, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν οὐδὲν ἐδυνήθη πρὸς τὸν ὄλεθρον ἐπαμῦναι. Κἀκεῖνοι μὲν οὕτω τεθνεῶτα ...ν Ἄνθον ἔκλαιον· Ζεὺς δὲ καὶ Ἀπόλλων ...κτείραντες πάντας αὐτοὺς ἐποίησαν ὄρνιθας, ...ὐτόνοον μὲν [εἰς] τὸν ὄκνον, ὅτι αὐτοῦ ὁ ...τὴρ ὤκνησεν ἀπελάσαι τὰς ἵππους, τὴν δὲ ...τέρα κορυδὸν, ὅτι ἐκορύσσετο πρὸς τὰς ἵπ...υς, μαχομένη περὶ τοῦ παιδός· αὐτὸν δὲ ... Ἄνθον καὶ τὸν Ἐρωδιὸν καὶ Σχοινέα καὶ ...ανθον καὶ Ἀκανθυλλίδα γενομένους ὄρνιθας ... αὐτῷ ἐποίησαν ὀνόματι καλεῖσθαι, καθὰ ... πρὶν ἢ μεταβαλεῖν αὐτοὺς ὠνομάζοντο· ... δὲ θεράποντα τὸν ὀπηδὸν τοῦ Ἄνθου κατὰ ...τὰ τῷ ἀδελφῷ τοῦ παιδὸς ἐποίησαν ἐρωδιὸν, ... οὐχ ὅμοιον· ἥσσων γάρ ἐστιν ἱκανῶς τοῦ ...οῦ· καὶ οὐ γίνεται σύνεδρος οὗτος ὁ ἐρω... ἄνθῳ, καθάπερ οὐδ' ὁ ἄνθος τῷ ἐφίππῳ, ...μέγιστα κακὰ ἔπαθεν ὁ Ἄνθος ὑπὸ τῶν ...ν· καὶ ἔτι νῦν ὅταν ἀκούσῃ φωνοῦντος ..., φεύγει μιμούμενος ἅμα τὴν φωνήν.

η. ΛΑΜΙΑ ἢ ΣΥΒΑΡΙΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ'.

Παρὰ τὰ σφυρὰ τοῦ Παρνασσοῦ πρὸς νότον ὄρος ἐστὶν, ὃ καλεῖται Κιρφὶς, παρὰ τὴν Κρίσαν· καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν ἔτι νῦν σπήλαιον ὑπερμέγεθες, ἐν ᾧ θηρίον ᾤκει μέγα καὶ ὑπερφυὲς, καὶ αὐτὸ Λαμίαν, οἱ δὲ Σύβαριν ὠνόμαζον. Τοῦτο καθ' ἡμέραν ἑκάστην τὸ θηρίον ἐπιφοιτῶν ἀνήρπασεν ἐκ τῶν ἀγρῶν τὰ θρέμματα καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Ἤδη δὲ τῶν Δελφῶν βουλευομένων ὑπὲρ ἀναστάσεως καὶ χρηστηριαζομένων εἰς ἥντινα παρέσονται χώραν, ὁ θεὸς ἀπόλυσιν ἐσήμανε τῆς συμφορᾶς, εἰ μένοντες ἐθέλοιεν ἐκθεῖναι παρὰ τῷ σπηλαίῳ ἕνα κοῦρον τῶν πολιτῶν. Κἀκεῖνοι καθάπερ ὁ θεὸς εἶπεν ἐποίουν. Κληρουμένων δ' ἔλαχεν Ἀλκυονεὺς ὁ Διόμου καὶ Μεγανείρης παῖς, μονογενὴς ὢν τῷ πατρὶ καὶ καλὸς καὶ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. Καὶ οἱ μὲν ἱερεῖς τὸν Ἀλκυονέα στέψαντες ἀπήγαγον εἰς τὸ τῆς Συβάριδος σπήλαιον· Εὐρύβατος δὲ κατὰ δαίμονα ἐκ τῆς Κουρήτιδος ἀπιὼν ὁ Εὐφήμου παῖς, γένος μὲν ἔχων Ἀξίου τοῦ ποταμοῦ, νέος δ' ὢν καὶ γενναῖος, ἐνέτυχεν ἀγομένῳ τῷ παιδὶ, πληγεὶς ἔρωτι, καὶ πυθόμενος καθ' ἥντινα πρόφασιν ἔρχονται, δεινὸν ἐποιήσατο μὴ οὐκ ἀμῦναι πρὸς δύναμιν, ἀλλὰ περιϊδεῖν οἰκτρῶς ἀναιρεθέντα τὸν παῖδα. Περισπάσας οὖν ἀπὸ τοῦ Ἀλκυονέως τὰ στέμματα καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθέμενος ἐκέλευεν ἀπάγειν ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ παιδός. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν οἱ ἱερεῖς ἀπήγαγον, εἰςδραμὼν καὶ τὴν Σύβαριν

ἐκ τῆς κοίτης συναρπάσας παρήνεγκεν εἰς ἐμφανὲς καὶ κατὰ τῶν πετρῶν ἔῤῥιψεν· ἡ δὲ καταφερομένη προσέκρουσε τὴν κεφαλὴν παρὰ τὰ σφυρὰ τῆς Κρίσης. Καὶ αὐτὴ μὲν ἐκ τοῦ τραύματος ἀφανὴς ἐγένετο· ἐκ δὲ τῆς πέτρας ἐκείνης ἀνεφάνη πηγὴ, καὶ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι Σύβαριν· ἐκ δὲ ταύτης καὶ Λοκροὶ πόλιν ἐν Ἰταλίᾳ Σύβαριν ἔκτισαν.

ϑ'. ΗΜΑΘΙΔΕΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ'.

Ζεὺς Μνημοσύνῃ μιγεὶς ἐν Πιερίᾳ Μούσας ἐγέννησεν. Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἐβασίλευε Πίερος αὐτόχϑων Ἠμαϑίας· καὶ αὐτῷ ϑυγατέρες ἐγένοντο ἐννέα καὶ χορὸν ἐναντίον ἔστησαν αὗται Μούσαις καὶ ἀγὼν ἐγένετο μουσικῆς ἐν τῷ Ἑλικῶνι. Ὅτι μὲν οὖν αἱ ϑυγατέρες ᾄδοιεν τοῦ Πίερος, ἐπήχλυε πάντα καὶ οὐδὲν ὑπήκουε πρὸς τὴν χορείαν· ὑπὸ δὲ Μουσῶν ἵστατο μὲν οὐρανὸς καὶ ἄστρα καὶ ϑάλασσα καὶ ποταμοὶ, ὁ δ' Ἑλικὼν ηὔξετο κηλούμενος ὑφ' ἡδονῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, ἄχρις αὐτὸν βουλῇ Ποσειδῶνος ἔπαυσεν ὁ Πήγασος, τῇ ὁπλῇ τὴν κορυφὴν πατάξας. Ἐπεὶ δὲ νεῖκος ἤραντο ϑνηταὶ ϑεαῖς, μετέβαλον αὐτὰς αἱ Μοῦσαι καὶ ἐποίησαν ὄρνιϑας ἐννέα· καὶ ἔτι νῦν ὀνομάζονται παρ' ἀνϑρώποις κολυμβὰς, ἴϋγξ, κεγχρὶς, κίσσα, χλωρὸς, ἀκαλανϑὶς, νῆσσα, πιπὼ, δρακοντίς.

ι΄. ΜΙΝΥΑΔΕΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ΄. καὶ Κόριννα.

Μινύου τοῦ Ὀρχομενοῦ ἐγένοντο θυγατέρες Λευκίππη, Ἀρσίππη, Ἀλκαθόη· καὶ ἀπέβησαν ἐκτόπως φιλεργοί· πλεῖστα δὲ καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ἐμέμψαντο, ὅτι ἐκλιποῦσαι τὴν πόλιν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐβάκχευον, ἄχρι Διόνυσος εἰκασθεὶς κόρῃ παρῄνεσεν αὐταῖς μὴ ἐκλείπειν τελετὰς ἢ μυστήρια τοῦ θεοῦ. Αἱ δὲ οὐ προςεῖχον. Πρὸς δὴ ταῦτα χαλεπήνας ὁ Διόνυσος ἀντὶ κόρης ἐγένετο ταῦρος καὶ λέων καὶ πάρδαλις, καὶ ἐκ τῶν κελεόντων ἐῤῥύη νέκταρ αὐτῷ καὶ γάλα· πρὸς δὲ τὰ σημεῖα τὰς κόρας ἔλαβε δεῖμα· καὶ μετ' οὐ πολὺ κλήρους εἰς ἄγγος αἱ τρεῖς ἐμβαλοῦσαι ἀνέπηλαν· ἐπεὶ δ' ὁ κλῆρος ἐξέπεσε Λευκίππης, εὔξατο θῦμα τῷ θεῷ δώσειν. Καὶ Ἵππασον τὸν ἑαυτῆς παῖδα διέσπασε σὺν ταῖς ἀδελφαῖς· καταλιποῦσαι δὲ τὰ οἰκεῖα τοῦ πατρὸς ἐβάκχευον ἐν τοῖς ὄρεσιν καὶ ἐνέμοντο κισσὸν καὶ μίλακα καὶ δάφνην, ἄχρις αὐτὰς Ἑρμῆς ἀψάμενος τῇ ῥάβδῳ μετέβαλεν εἰς ὄρνιθας· καὶ αὐτῶν ἡ μὲν ἐγένετο νυκτερὶς, ἡ δὲ γλαῦξ, ἡ δὲ βύζα: ἔφυγον δὲ αἱ τρεῖς τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου.

ια΄. ΑΗΔΩΝ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίᾳ.

Πανδάρεως ᾤκει τῆς γῆς τῆς Ἐφεσίας, ἵν' ἐστὶ νῦν ὁ πρηὼν παρὰ τὴν πόλιν· ᾧ διδοῖ Δημήτηρ δῶρον, μηδέποτε βαρυνθῆναι τὴν γαστέρα ὑπὸ σιτίων, ὁπόσον ἂν πλῆθος εἰςενέγ-

κηται. Ἐγένετο δὲ τῷ Πανδάρεῳ θυγάτηρ Ἀηδών· ταύτην Πολύτεχνος ὁ τέκτων ἔγημεν, ὃς ᾤκει ἐν Κολοφῶνι τῆς Λυδίας, καὶ πλεῖστον χρόνον ἐτέρποντο συνοικοῦντες ἀλλήλοις. Ἐγένετο δ' αὐτοῖς παῖς μονογενὴς Ἴτυς. Ἄχρι μὲν οὖν θεοὺς ἐτίμων, εὐδαίμονες ἦσαν· ἐπεὶ δὲ λόγον ἀχρεῖον ἀπέῤῥιψαν, ὅτι πλέον ἀλλήλους Ἥρας καὶ Διὸς φιλοῦσιν, καὶ Ἥρα μεμψαμένη τὸν λόγον Ἔριν αὐτοῖς ἔπεμψεν, ἡ δὲ νεῖκος ἐνέβαλεν εἰς τὰ ἔργα. Καὶ Πολυτέχνῳ μὲν ὀλίγον ἦν ἔτι δίφρον ἁρμάτιον ἐκποιῆσαι, Ἀηδόνι δὲ τὸν ἱστὸν ἐξυφῆναι, καὶ συντίθενται ἐς ἀλλήλους, ὅπως, ᾧ ἂν τάχιον ἀνυσθῇ τὸ ἔργον, τούτῳ θεράπαινα παρὰ τοῦ ἑτέρου γένηται. Καὶ ἐπειδὴ θᾶσσον ἡ Ἀηδὼν τὸν ἱστὸν ἐξύφαινε — Ἥρα γὰρ αὐτῇ συνελάμβανεν — ὁ Πολύτεχνος ἀχθόμενος τῇ νίκῃ τῆς Ἀηδόνος ἀφίκετο πρὸς τὸν Πανδάρεων καὶ ὑπὸ τῆς Ἀηδόνος προσεποιήσατο πεμφθῆναι, ὅπως αὐτῇ Χελιδόνα τὴν ἀδελφὴν ἀπαγάγῃ· καὶ ὁ Πανδάρεως οὐδὲν ὑπονοήσας πονηρὸν δίδωσιν ἀπάγειν. Ὁ δὲ Πολύτεχνος παραλαβὼν τὴν κόρην ᾔσχυνεν ἐν τῇ λόχμῃ καὶ ἄλλοις ἠμφίεσεν αὐτὴν ἐσθήμασι κἀκ τῆς κεφαλῆς ἀπέκειρε τὴν κόμην καὶ ἠπείλησε θάνατον, εἰ ἐξερεῖ ποτε ταῦτα πρὸς τὴν Ἀηδόνα. Καὶ ὁ μὲν ἐλθὼν εἰς τὰ οἰκία παραδίδωσι τῇ Ἀηδόνι κατὰ τὰ συγκείμενα, ὡς θεράπαιναν, τὴν ἀδελφήν· ἡ δὲ αὐτὴν διέφθειρε πρὸς τὰ ἔργα, μέχρις ἡ Χελιδὼν ἔχουσα κάλπιν πλεῖστα παρὰ τὴν κρηνίδα ὠδύρετο, καὶ αὐτῆς ἐπηκροάσατο τὸν λόγον Ἀηδών. Ἐπεὶ δὲ ἀλλήλας ἔγνωσαν καὶ ἠσπά-

σαντο, ἐπεβούλευον τῷ Πολυτέχνῳ συμφοράν. Καὶ τὸν παῖδα κατακόψασαι τὰ κρέα ἐν λέβητι συνθεῖσαι, ταῦτα μὲν ἥψον· Ἀηδὼν δὲ φράσασα πρὸς ἑαυτῆς γείτονα, εἰπεῖν Πολυτέχνῳ δαίσασθαι τῶν κρεῶν, ἀφίκετο σὺν τῇ ἀδελφῇ πρὸς τὸν πατέρα Πανδάρεων καὶ ἐδήλωσεν, οἵᾳ ἐχρήσατο συμφορᾷ· Πολύτεχνος δὲ μαθών, ὅτι τοῦ παιδὸς ἐδαίσατο τὰ κρέα, μετεδίωξεν αὐτὰς ἄχρις πρὸς τὸν πατέρα καὶ αὐτὸν οἱ θεράποντες οἱ τοῦ Πανδάρεου συνέλαβον καὶ ἔδησαν ἀφύκτῳ δεσμῷ, ὅτι ἐνελωβᾶτο εἰς τὸν οἶκον τοῦ Πανδάρεου, καὶ τὸ σῶμα ἐναλείψαντες μέλιτι κατέβαλον εἰς τὰ ποίμνια. Καὶ Πολύτεχνον μὲν αἱ μυῖαι προςίζουσαι ἐλυμαίνοντο· Ἀηδὼν δὲ οἰκτείρασα πρὸς τὴν παλαιὰν φιλίαν ἀπεῖργεν ἐκ τοῦ Πολυτέχνου τὰς μυίας. Ἐπεὶ δὲ αὐτὴν κατεφράσθησαν οἱ γονεῖς τε καὶ ὁ ἀδελφός, μισήσαντες ἐνεχείρησαν ἀποκτεῖναι. Ζεὺς δὲ πρὸ τοῦ μεῖζον κακὸν ἐμπεσεῖν τῷ οἴκῳ τὸν Πανδάρεον οἰκτείρας ἐποίησε πάντας ὄρνιθας· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐξέπτησαν ἄχρι πρὸς τὴν θάλασσαν, οἱ δὲ εἰς τὸν ἀέρα. Πανδάρεος μὲν οὖν ἐγένετο ἁλιαίετος, ἡ δὲ μήτηρ τῆς Ἀηδόνος ἀλκυών· καὶ εὐθὺς ἐβούλοντο καταβαλεῖν ἑαυτοὺς εἰς τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ Ζεὺς ἐκώλυσεν. Οὗτοι τοῖς πλέουσιν οἱ ὄρνιθες αἴσιοι φαίνονται. Πολύτεχνος δὲ μεταβαλὼν ἐγένετο πελεκᾶν, ὅτι Ἥφαιστος αὐτῷ πέλεκυν ἔδωκεν τεκταίνοντι. Καί ἐστιν ἀγαθὸς οὗτος ὁ ὄρνις φανεὶς τέκτονι. Ὁ δὲ τῆς Ἀηδόνος ἀδελφὸς ἐγένετο ἔποψ, αἴσιος καὶ πλέουσι καὶ ἐπὶ γῆς φανείς· σὺν ἁλιαιέτῳ δὲ ἡ ἀλκυόνι μᾶλλον. Ἀη-

δὼν δὲ καὶ Χελιδονὶς, ἡ μὲν παρὰ ποταμοὺς καὶ λόχμας τὸν παῖδα τὸν Ἴτυν θρηνεῖ, Χελιδονὶς δ' ἐγένετο σύνοικος ἀνθρώποις Ἀρτέμιδος βουλῇ, διότι κατ' ἀνάγκας ἐκλιποῦσα τὴν παρθενίαν πλεῖστα τὴν Ἄρτεμιν ἐπεβοήσατο.

ιβ'. ΚΥΚΝΟΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων γ'. καὶ Ἀρεὺς ὁ Λάκων ἐν ᾄσματι Κύκνῳ.

Ἀπόλλωνος καὶ Θυρίης τῆς Ἀμφινόμου ταῖς ἐγένετο Κύκνος. Οὗτος ἦν εὐσχήμων την ὄψιν, τὸ δὲ ἦθος ἄχαρις καὶ ἄγροικος, πρὸς :υνηγέσια ἐκτόπως φιλότιμος. Ὤικει δ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν τὸ μέσον Πλευρῶνος καὶ Καλυδῶνος· ιένοντο δ' αὐτοῦ καὶ ἐρασταὶ πλεῖστοι διὰ τὸ ἀλλος. Ὁ δὲ Κύκνος καθ' ὑπεροψίαν προςίετο ὐτῶν οὐθένα· τάχιστα δὲ διαμισηθεὶς ἀπὸ ν τῶν ἄλλων ἐραστῶν καταλείπεται, Φύλιος μόνος αὐτῷ συνέμενεν. Ὁ δὲ καὶ τοῦτον μετρίως ἐξύβρισεν. Ἐφάνη γὰρ ἐν ἐκείνῳ χρόνῳ μέγα τι χρῆμα λέοντος ἐν Αἰτωλοῖς, αὐτούς τε καὶ τὰ θρέμματα διελυμαίνετο. ῦτον οὖν τῷ Φυλίῳ προςέταξεν ὁ Κύκνος υ σιδήρου κτεῖναι· κἀκεῖνος ὑπέσχετο καὶ ἷλε μηχανῇ τοιαύτῃ. Εἰδὼς ἥντινα ὥραν λεν ὁ λέων ἐπιφοιτήσειν ἐνέπλησε τὴν γαα πολλῶν σιτίων καὶ οἴνου· κἀπεὶ προςεσεν ὁ θὴρ, ἐξήμεσεν ὁ Φύλιος τὰ σιτία. ὁ λέων ὑπὸ λιμοῦ τροφῇ ταύτῃ χρησάμεκαρώθη ὑπὸ τοῦ οἴνου· ὁ δὲ Φύλιος πελὼν τὸν βραχίονα τῇ ἐσθῆτι, ᾗ ἐφόρει, ξε τὸ στόμα τοῦ λέοντος· ἀνελὼν δὲ αὐ-

τὸν καὶ ἀναθέμενος ἐπὶ τὸν ὦμον ἀπήνεγκε πρὸς τὸν Κύκνον· καὶ διεβοήθη παρὰ πολλοῖς ἐπὶ τῷ κατορθώματι τούτῳ. Ὁ δὲ Κύκνος ἕτερον ἆθλον ἐπέταττεν ἀτοπώτερον. Ἐγένοντο γὰρ ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γῦπες, ὑπερφυές τι καὶ μέγα χρῆμα, καὶ πολλοὺς ἀκεκτίννυον ἀνθρώπους· τούτους ἐκέλευε συλλαβεῖν ζῶντας καὶ ἀπενεγκεῖν ἔξω πάσης μηχανῆς. Ἀποροῦντι δὲ τῷ Φυλίῳ πρὸς τὸ ἐπίταγμα κατὰ θεὸν ἀετὸς ἡρπακὼς λαγωὸν ἡμιθνῆτα κατέβαλε, πρὶν ἀπενεγκεῖν εἰς τὰ οἰκεῖα. Ὁ δὲ Φύλιος ἀναῤῥήξας τὸ λαγωὸν καὶ τοῦ αἵματος ἑαυτὸν ἀναπλήσας ἐπὶ τῆς γῆς ἔκειτο. Οἱ μὲν οὖν ὄρνιθες ὡς ἐπὶ νεκρὸν ὥρμησαν· ὁ δὲ Φύλιος πιέσας τῶν σφυρῶν δύο καὶ κατασχὼν ἀπήνεγκεν πρὸς τὸν Κύκνον. Ὁ δὲ αὐτῷ τρίτον ἔτι χαλεπώτερον ἆθλον ἐπέταττεν· ἐκέλευε γὰρ ἀπαγαγεῖν ταῦρον ἐκ τῆς ἀγέλης ταῖς χερσὶ λαβόντα μέχρι πρὸς τὸν βωμὸν τὸν τοῦ Διός. Ὁ δὲ Φύλιος ἀμηχανῶν, ὅ τι χρήσεται πρὸς τὸ ἐπίταγμα, εὔξατο συλλαβέσθαι αὐτῷ τὸν Ἡρακλέα. Καὶ πρὸς τὴν εὐχὴν ταύτην ἐφάνησαν δύο ταῦροι περὶ μίαν οἰστρήσαντες βοῦν καὶ τοῖς κέρασι τύπτοντες ἀλλήλους κατέβαλον εἰς τὴν γῆν· ὁ δὲ Φύλιος, ἐπειδὴ παρείθησαν, τὸν ἕτερον ταῦρον ἀναψάμενος ἐκ τοῦ σκέλους ἀπήγαγεν ἄχρι πρὸς τὸν βωμόν, βουλήσει δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἀμελῆσαι τῶν ἐπιταγμάτων τοῦ παιδός. Τῷ δὲ Κύκνῳ παρέστη δεινὸν ἀτιμωθέντι παρὰ τὴν δόξαν· ἀθυμήσας δὲ κατέβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν Κωνώπην λεγομένην λίμνην καὶ ἠφανίσθη· πρὸς δὲ τὸν θάνατον αὐτοῦ

καὶ Θυρίη ἡ μήτηρ κατέβαλεν ἑαυτὴν εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ λίμνην· καὶ ἐγένοντο βουλῇ Ἀπόλλωνος ὄρνιθες ἀμφότεροι ἐν λίμνῃ. Ἀφανισθέντων δὲ καὶ ἡ λίμνη μετωνομάσθη καὶ ἐγένετο κυκνείη καὶ πολλοὶ ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ ἀροτοῦ ἐνταῦθα φαίνονται κύκνοι. Πλησίον δὲ κεῖται καὶ ὁ τοῦ Φυλίου σῆμα.

ιγ'. ΑΣΠΑΛΙΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων β'.

Διὸς καὶ νύμφης Ὀθρηΐδος ἐγένετο παῖς ελιτεύς· τοῦτον ἡ μήτηρ ἐξέθηκεν εἰς τὴν ην κατὰ δέος Ἥρας, ὅτι αὐτῇ Ζεὺς ἐμίχθη. δὲ παῖς Διὸς βουλῇ οὐκ ἠφανίσθη, ἀλλ' ηὔο τρεφόμενος ὑπὸ μελισσῶν. Ἐνέτυχε δὲ αὐποιμαίνων πρόβατα Φάγρος ὁ Ἀπόλλωνος Ὀθρηΐδος νύμφης, ἥτις ἔτεκε Μελιτέα τὸν τῇ ὕλῃ παῖδα· θαυμάσας δὲ πρὸς τὸν ὄγκον σώματος καὶ ἔτι πλέον πρὸς τὰς μελίσσας λετο καὶ ἀπήνεγκεν εἰς τὰ οἰκία καὶ ἔτρεἐν πολλῇ σπουδῇ, θέμενος αὐτῷ Μελιτέα α, διότι ὑπὸ μελισσῶν ἐτράφη· ὑπῆλθεν ν καὶ ὁ χρησμός, ἐν ᾧ ποτε θεὸς εἶπε σώὁμόγνιον ὄντα τὸν ὑπὸ τῶν μελισσῶν τρενον. Ὁ δὲ παῖς ἐπεὶ τάχιστα ἠνδρώθη, ἐγένετο γενναῖος καὶ πλείστων ἦρξε περιοίκαὶ πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ Φθίᾳ προσαγο; Μελίτην. Ἐν ταύτῃ τῇ Μελίτῃ τύραννος ο βίαιος καὶ ὑβριστής, ὃν οἱ μὲν ἐπιοὐδ' ὀνομάζουσι, ὑπὸ δὲ τῶν ξένων ρος ἐκαλεῖτο. Οὗτος εἴ τις διαβοηθείη ος ἐπὶ κάλλει τῶν ἐγχωρίων, ἀπῆγεν αὐ-

την καὶ ἐμίγνυτο πρὸ γάμου κατὰ βίαν. Τότε δ' οὖν εἴρητο πρὸς τοὺς θέραπας ἀπάγειν Ἀσπαλίδα τὴν θυγατέρα τὴν Ἀργαίου τῶν οὐκ ἀσήμων· ἡ δὲ παῖς, ὡς ἔκπυστος ὁ λόγος ἐγένετο, πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἀπάξοντας, ἀνήρτησεν ἑαυτήν. Τῆς δὲ πράξεως οὔπω διαβοηθείσης ἀδελφὸς ὁ τῆς Ἀσπαλίδος Ἀστυγίτης ὤμοσεν, ὅτι πρότερον τίσεται τὸν τύραννον ἢ τὸ σῶμα καθαιρήσει τὸ τῆς ἀδελφῆς. Ἐνδὺς δὲ τάχιστα τὴν στολὴν τῆς Ἀσπαλίδος καὶ κρύψας παρὰ τὴν εὐώνυμον πλευρὰν τὸ ξίφος, ἔλαθε πρὸς τὴν ὄψιν ἀντίπαις ὤν· παρελθὼν δὲ εἰς τὰ οἰκία γυμνὸν ὄντα καὶ ἀφύλακτον τὸν τύραννον κτείνει. Οἱ δὲ Μελιτεῖς τὸν μὲν Ἀστυγίτην ἐστεφάνουν καὶ μετὰ παιάνων προέπεμπον· τὸ δὲ σῶμα τοῦ τυράννου κατεπόντωσαν, εἰς ποταμὸν ἐμβαλόντες, ὃν ἔτι νῦν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου Τάρταρον καλοῦσι· τὸ δὲ σῶμα τὸ τῆς Ἀσπαλίδος ἐξερευνῶντες πάντα τρόπον, ὅπως κηδεύσωσιν ἐπισήμως, οὐκ ἠδυνήθησαν εὑρεῖν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἠφανίσθη κατὰ θεόν· ἀντὶ δὲ τοῦ σώματος ἐφάνη ξόανον παρὰ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἑστηκός. Ὀνομάζεται δὲ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις τοῦτο τὸ ξόανον Ἀσπαλὶς Ἀμειλήτη Ἑκαέργη, ᾧ καθ' ἕκαστον ἔτος αἱ παρθένοι χίμαρον ἄθορον ἐκρήμνων, ὅτι καὶ ἡ Ἀσπαλὶς παρθένος οὖσα ἑαυτὴν ἀπηγχόνισεν.

ιδ'. ΜΟΥΝΙΧΟΣ.

[Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων β'.]

Μούνιχος ὁ Δρύαντος ἐβασίλευσε Μολοσσῶν καὶ ἐγένετο μάντις ἀγαθὸς καὶ ἀνὴρ δί-

καιος· ἔσχε δὲ παῖδας ἐκ Δηλάντης Ἄλκανδρον, ἀμείνονα μάντιν ἑαυτοῦ, καὶ Μεγαλήτορα, καὶ Φίλαιον, καὶ θυγατέρα Ὑπερίππην· τούτους γενομένους πάντας ἀγαθοὺς καὶ δικαίους ἐφίλησαν οἱ θεοί. Ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν νυκτὸς ἐπελθόντες λησταὶ συνελάμβανον, οἱ δὲ ἐκ τῶν πύργων ἔβαλλον — οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοῖς σύμμαχοι — πῦρ ἐνέβαλλον οἱ κλῶπες εἰς τὰ οἰκία. Ζεὺς δ' οὐ περιεῖδεν αὐτοὺς ὁσιότητος ἕνεκα τελευτήσοντας οἰκτίστῳ θανάτῳ· μετέβαλε δὲ πάντας εἰς ὄρνιθας. Καὶ Ὑπερίππη μὲν, ἐπεὶ φυγοῦσα τὸ πῦρ εἰς ὕδωρ κατέδυ, γέγονεν αἴθυια· οἱ δὲ ἄλλοι ἐκ τοῦ πυρὸς ἀνέπτησαν, Μούνιχος μὲν τριόρχης γενόμενος, Ἄλκανδρος δὲ ὀρχίλος· Μεγαλήτωρ δὲ καὶ Φιλαῖος, τὸ πῦρ φεύγοντες διὰ τοῦ τοίχου παρὰ τὴν ἔδυσαν, ἐγένοντο μικροὶ δύο ὄρνιθες. Καὶ ... ν ὁ μὲν αὐτῶν ἰχνεύμων, Φιλαῖος δ' ὀνο... ἐται κύων· ἡ δὲ μήτηρ αὐτῶν ἐγένετο κνι... ίγος πιπώ· πρὸς ταύτην ἀετῷ πόλεμός ἐστι ...ἐρωδιῷ· κατάγνυσι γὰρ αὐτῶν τὰ ᾠὰ, κό...σα τὴν δρῦν διὰ τοὺς κνῖπας. Καὶ εἰσιν ...ν ἄλλοι σύννομοι ἐν ὕλῃ καὶ παρὰ κευ...ας· αἴθυια δὲ ἐγένετο πρὸς λίμνας τε καὶ ...σσῃ.

ιε'. ΜΕΡΟΠΙΣ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίας α'.

Εὐμήλου τοῦ Μέροπος ἐγένοντο παῖδες ...ρανοι καὶ ὑβρισταὶ, Βύσσα καὶ Μεροπὶς ...ρων· καὶ ᾤκουν Κῶν τὴν Μεροπίδα νῆ... Ἡ δὲ γῆ πλεῖστον αὐτοῖς ἐξέφερε καρπὸν,

ὅτι μόνην θεῶν ἐτίμων καὶ ἐπιμελῶς αὐτὴν εἰργάζοντο. Οὗτοι ἀνθρώπων οὐδενὶ συνῆλθον, οὔτε εἰς ἄστυ κατιόντες, οὔτε πρὸς εἰλαπίνας καὶ θεῶν ἑορτάς. Ἀλλ' εἰ μὲν Ἀθηνᾷ τις ἱερὰ ποιῶν ἐκάλεσε τὰς κόρας, ἀπέλεγεν ὁ ἀδελφὸς τὴν κλῆσιν· οὐ γὰρ ἀγαπᾶν ἔφη γλαυκὴν θεόν, ὅτι ταῖς αὐταῖς κόραις ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας· ἐχθαίρειν δὲ παράπαν γλαῦκα τὴν ὄρνιν· εἰ δὲ καλοῖεν παρὰ τὴν Ἄρτεμιν, νυκτίφοιτον ἔλεγε μισεῖν θεόν· εἰ δὲ πρὸς Ἑρμοῦ σπονδάς, κλέπτην ἔλεγεν οὐ τιμᾶν θεόν. Καὶ οἱ μὲν πλειστάκις ἐκερτόμουν. Ἑρμῆς δὲ καὶ Ἀθηνᾶ καὶ Ἄρτεμις χολούμενοι νυκτὸς ἐπέστησαν αὐτῶν τοῖς οἴκοις· Ἀθηνᾶ μὲν καὶ Ἄρτεμις ἐοικυῖαι κόραις, Ἑρμῆς δὲ ποιμένος ἔχων στολὴν καὶ τὸν Εὔμηλον καὶ τὸν Ἄγρωνα προσαγορεύσας παρεκάλει παρατυχεῖν εἰς δαῖτα· διδόναι γὰρ ἱερὰ μετὰ τῶν ἄλλων ποιμένων Ἑρμῇ. Βύσσαν δὲ καὶ Μεροπίδα πρὸς τὰς ὁμήλικας ἔπειθεν ἐκπέμπειν εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδος ἄλσος. Καὶ ταῦτα μὲν εἶπεν Ἑρμῆς. Μεροπὶς δ' ὡς ἤκουσεν, ἐξύβρισε πρὸς τὸ ὄνομα τῆς Ἀθηνᾶς· ἡ δὲ αὐτὴν ἐποίησεν ὀρνίθιον γλαῦκα· Βύσσα δὲ τῷ αὐτῷ ὀνόματι λέγεται καὶ ἔστι Λευκοθέας ὄρνις· Ἄγρων δ' ὡς ἐπύθετο, ἁρπάσας ὀβελὸν ἐξέδραμεν· Ἑρμῆς δ' αὐτὸν ἐποίησε χαραδριόν· Εὔμηλος δὲ τὸν Ἑρμῆν ἐνείκεσεν, ὅτι μετεμόρφωσεν αὐτοῦ τὸν υἱόν· ὁ δὲ κἀκεῖνον ἐποίησε νυκτικόρακα κακάγγελον.

ιϛ'. ΟΙΝΟΗ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίας β'.

Παρὰ τοῖς λεγομένοις ἀνδράσι Πυγμαίοις ἐγένετο παῖς ὄνομα Οἰνόη, τὸ μὲν εἶδος οὐ μεμπτὴ, ἄχαρις δὲ τὸ ἦθος καὶ ὑπερήφανος. Ταύτῃ φροντὶς οὐδεμία ἐγίνετο τῆς Ἀρτέμιδος οὔδε Ἥρας. Γαμηθεῖσα δὲ Νικοδάμαντι τῶν πολιτῶν ἑνὶ μετρίῳ καὶ ἐπιεικεῖ ἔτεκε παῖδα Μόψον. Καὶ αὐτῇ Πυγμαῖοι πάντες κατὰ φιλοφροσύνην πλεῖστα δῶρα πρὸς τὴν γένεσιν τοῦ παιδὸς ἀπήνεγκαν. Ἥρα δὲ μεμφθεῖσα τὴν Οἰνόην, ὅτι αὐτὴν οὐκ ἐτίμα, γέρανον αὐτὴν ἐποίησε καὶ τὸν αὐχένα μακρὸν εἵλκυσε καὶ ἀπέδειξεν ὑψιπετῆ ὄρνιθα· καὶ πόλεμον ἐνέβαλεν αὐτῇ τε καὶ τοῖς Πυγμαίοις. Οἰνόη δὲ διὰ τὸν πόθον τοῦ παιδὸς Μόψου περιεπέτετο τὰ οἰκία καὶ οὐκ ἐξελίμπανε· Πυγμαῖοι δὲ καθοπλισάμενοι πάντες ἐδίωκον αὐτήν. Καὶ ἐκ τούτου ἔτι καὶ νῦν Πυγμαίοις καὶ γεράνοις πόλεμος ἐνέστηκε.

ιζ'. ΛΕΥΚΙΠΠΟΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων β'.

Γαλάτεια ἡ Εὐρυτίου τοῦ Σπάρτωνος ἐγήματο ἐν Φαίστῳ τῆς Κρήτης Λάμπρῳ τῷ Πανδίονος, ἀνδρὶ τὰ μὲν εἰς γένος εὖ ἔχοντι, βίου ἐνδεεῖ. Οὗτος, ἐπειδὴ ἐγκύμων ἦν ἡ Γαλάτεια, ηὔξατο μὲν ἄῤῥενα γενέσθαι αὐτῷ παῖδα· προηγόρευσε δὲ τῇ γυναικὶ, ἐὰν γεννήσῃ κόρην, ἀποκτεῖναι. Καὶ οὗτος μὲν ἀπιὼν ἐποίμαινε τὰ πρόβατα, τῇ δὲ Γαλατείᾳ θυγάτηρ ἐγένετο. Καὶ κατοικτείρασα τὸ βρέφος καὶ τὴν ἐρημίαν

τοῦ οἴκου λογισαμένη, συλλαμβανόντων δ' ἔτι καὶ τῶν ὀνείρων καὶ τῶν μάντεων, οἳ προηγόρευον τὴν κόρην ὡς κόρον ἐκτρέφειν, ἐψεύσατο τὸν Λάμπρον ἄῤῥεν λέγουσα τεκεῖν, καὶ ἐξέτρεφεν ὡς παῖδα κοῦρον, ὀνομάσασα Λεύκιππον. Ἐπεὶ δὲ ηὔξετο ἡ κόρη καὶ ἐγένετο ἄφατόν τι κάλλος, δείσασα τὸν Λάμπρον ἡ Γαλάτεια, ὡς οὐκ ἐνῆν ἔτι λαθεῖν, κατέφυγεν εἰς τὸ τῆς Λητοῦς ἱερὸν καὶ πλεῖστα τὴν θεὸν ἐκέτευσεν, εἴπως αὐτῇ κόρος ἡ παῖς ἀντὶ τῆς θυγατρὸς δύναιτο γενέσθαι· καθάπερ ὅτε Καινὶς μὲν Ἄτρακος οὖσα θυγάτηρ βουλῇ Ποσειδῶνος ἐγένετο Καινεὺς ὁ Λαπίθης, Τειρεσίας δὲ γυνὴ μὲν ἐξ ἀνδρὸς, ὅτι τοὺς ἐν τῇ τριόδῳ μιγνυμένους ὄφεις ἐντυχὼν ἀπέκτεινεν, ἐκ δὲ γυναικὸς αὖτις ἀνὴρ ἐγένετο διὰ τὸ δράκοντα πολλάκις πατάξαι· καὶ Ὑπερμήστραν πιπρασκομένην ἐπὶ γυναικὶ μὲν αἴρασθαι τίμον, ἄνδρα δὲ γενομένην Αἴθωνι τροφὴν ἀποφέρειν τῷ πατρί· μεταβαλεῖν δὲ καὶ τὸν Κρῆτα Σιπροίτην, ὅτι κυνηγετῶν λουομένην ἴδε τὴν Ἄρτεμιν. Ἡ δὲ Λητὼ συνεχῶς ὀδυρομένην καὶ ἱκετεύουσαν ᾤκτειρε τὴν Γαλάτειαν καὶ μετέβαλε τὴν φύσιν τῆς παιδὸς εἰς κόρον. Ταύτης ἔτι μέμνηνται τῆς μεταβολῆς Φαίστιοι καὶ θύουσι Φυτίῃ Λητοῖ, ἥτις ἔφυσε μήδεα τῇ κόρῃ, καὶ **τὴν ἑορτὴν Ἐκδύσια καλοῦσιν, ἐπεὶ τὸν πέπλον ἡ παῖς ἐξέδυ. Νόμιμον δ' ἐστὶν ἐν τοῖς γάμοις πρότερον παρακλίνασθαι παρὰ τὸ ἄγαλμα τοῦ Λευκίππου.**

ιη'. ΗΕΡΟΠΟΣ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίας β'.

Εὔμηλος ὁ παῖς ὁ Εὐγνώτου κατῴκησεν ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτίαις καὶ αὐτῷ παῖς ἐγένετο Βότρης ὄνομα. Οὗτος ὁ Εὔμηλος ἐτίμα μεγαλομερῶς τὸν Ἀπόλλωνα. Καί ποτε θύοντος αὐτοῦ παρὼν ὁ παῖς Βότρης ἐδαίσατο τὸν ἐγκέφαλον τοῦ ἀρνὸς, πρὶν ἐπὶ τὸν βωμὸν καταθῦσαι· μαθὼν δὲ τὸ γεγονὸς Εὔμηλος προσέκρουσε κατ' ὀργὴν πρὸς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τὸν δαλὸν ἀφελὼν ἐκ τοῦ βωμοῦ· καὶ ὁ παῖς καταρυέντος τοῦ αἵματος καταπεσὼν ἤσπαιρεν. Ἡ δὲ μήτηρ ὡς ἴδεν καὶ ὁ πατὴρ καὶ οἱ θέραπες, μέγιστον ἐποιήσαντο πένθος. Ἀπόλλων δὲ οἰκτείρας, ἐπεὶ αὐτὸν Εὔμηλος ἐτίμα, ὄρνιθα ἐποίησε τὸν παῖδα ἤεροπον, ὃς ἔτι νῦν τίκτει μὲν ὑπὸ γῆς, αἰεὶ δὲ μελετᾷ πέτεσθαι.

ιθ'. ΦΩΡΕΣ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίας β'.

Ἐν Κρήτῃ λέγεται εἶναι ἱερὸν ἄντρον μελισσῶν, ἐν ᾧ μυθολογοῦσι τεκεῖν Ῥέαν τὸν Δία, καὶ ἔστιν ὅσιον οὐδένα παρελθεῖν οὔτε θεὸν, οὔτε θνητόν. Ἐν δὲ χρόνῳ ἀφωρισμένῳ ὁρᾶται καθ' ἕκαστον ἔτος πλεῖστον ἐκλάμπον ἐκ τοῦ σπηλαίου πῦρ· τοῦτο δὲ γίνεσθαι μυθολογοῦσιν, ὅτ' ἂν ἐκζέῃ τὸ τοῦ Διὸς ἐκ τῆς γενέσεως αἷμα. Κατέχουσι δὲ τὸ ἄντρον ἱεραὶ μέλιτται, τροφοὶ τοῦ Διός. Εἰς τοῦτο παρελθεῖν ἐθάῤῥησαν Λαῖος καὶ Κελεὸς καὶ Κέρβερος καὶ Αἰγωλιὸς, ὅπως πλεῖστον ἀρύσωνται μέλι· καὶ περιθέμενοι περὶ τὸ σῶμα πάντη

χαλκὸν ἀρύσαντο τοῦ μέλιτος τῶν μελισσῶν· καὶ τὰ τοῦ Διὸς ἴδον σπάργανα καὶ αὐτῶν ὁ χαλκὸς ἐῤῥάγη περὶ τὸ σῶμα. Ζεὺς δὲ βροντήσας ἀνέτεινε τὸν κεραυνόν· Μοῖραι δὲ καὶ Θέμις ἐκώλυσαν· οὐ γὰρ ἦν ὅσιον αὐτόθι θανεῖν οὐδένα. Καὶ ὁ Ζεὺς πάντας αὐτοὺς ἐποίησεν ὄρνιθας, καὶ ἔστιν ἐξ αὐτῶν τὸ γένος τῶν οἰωνῶν, λαΐοι καὶ κολοιοὶ καὶ κέρβεροι καὶ αἰγωλιοί· καί εἰσιν ἀγαθοὶ φανέντες καὶ ἐπιτελεῖς παρὰ τοὺς ἄλλους ὄρνιθας, ὅτι τοῦ Διός ἴδον τὸ αἷμα.

κ'. ΚΛΕΙΝΙΣ.

Ἱστορεῖ Βοῖος β'. καὶ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος Ἀπόλλωνι.

Τῆς λεγομένης Μεσοποταμίας περὶ Βαβυλῶνα πόλιν ᾤκησεν ἀνὴρ θεοφιλὴς καὶ πλούσιος, ὄνομα Κλεῖνις, ἔχων πολλοὺς βοῦς καὶ ὄνους καὶ πρόβατα. Τοῦτον ἐκτόπως ἐφίλησεν Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις, καὶ πλειστάκις ὁμοῦ τοῖς θεοῖς τούτοις ἀφίκετο πρὸς τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Ὑπερβορέοις, καὶ ἴδεν ἱερουργουμένας αὐτῷ τὰς θυσίας τῶν ὄνων. Παραγενόμενος δὲ εἰς Βαβυλῶνα καὶ αὐτὸς ἐβούλετο καθάπερ ἐν Ὑπερβορέοις ἱερεύειν τῷ θεῷ καὶ τὴν ἑκατόμβην τῶν ὄνων ἔστησεν παρὰ τὸν βωμόν· Ἀπόλλων δὲ παραγενόμενος ἠπείλησεν ἀποκτενεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ παύσαιτο τῆς θυσίας ταύτης, καὶ κατὰ τὸ σύνηθες αἶγας αὐτῷ καὶ πρόβατα καὶ βοῦς ἱερεύσαι· τὴν γὰρ τῶν ὄνων θυσίαν ἐν Ὑπερβορέοις ἀγομένην αὐτῷ καθ' ἡδονὴν εἶναι. Καὶ ὁ Κλεῖνις δείσας τὴν ἀπειλὴν

ἀπῆγεν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοὺς ὄνους καὶ τὸν λόγον, ὃν ἤκουσεν, ἐξέφερε πρὸς τοὺς παῖδας. Ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες Λύκιος καὶ Ὀρτύγιος καὶ Ἅρπασος καὶ θυγάτηρ Ἀρτεμίχη, παῖδες ἐκ μητρὸς Ἅρπης. Λύκιος μὲν οὖν καὶ Ἅρπασος ἀκούσαντες ἐκέλευον ἱερεύειν τοὺς ὄνους καὶ τέρπεσθαι τῇ ἑορτῇ· Ὀρτύγιος δὲ καὶ Ἀρτεμίχη πείθεσθαι τῷ Ἀπόλλωνι προςέτασσον· κἀπὶ τούτοις ὁ Κλεῖνις ἐπείθετο μᾶλλον. Ἅρπασος δὲ καὶ Λύκιος κατὰ βίαν ἐκλύσαντες τῶν δεσμῶν τοὺς ὄνους ἀπήλαυνον παρὰ τὸν βωμόν. Καὶ ὁ θεὸς ἐνέβαλε τοῖς ὄνοις λύσσαν· οἱ δὲ τούς τε παῖδας καὶ τοὺς θέραπας αὐτῶν καὶ τὸν Κλεῖνιν κατήσθιον. Οἱ δὲ ἀπολλύμενοι τοὺς θεοὺς ἐπεβοῶντο· καὶ Ἅρπην μὲν καὶ Ἅρπασον ὤκτειρε Ποσειδῶν καὶ ἐποίησεν αὐτοὺς ὄρνιθας ῷ αὐτῷ λεγομένους ὀνόματι· Λητὼ δὲ καὶ Ἄρτεμις ἔγνωσαν ἀνασῶσαι τὸν Κλεῖνιν καὶ τὴν Ἀρτεμίχην καὶ τὸν Ὀρτύγιον, ὅτι οὐκ αἴτιοι τῶν σεβημάτων ἦσαν· Ἀπόλλων δὲ Λητοῖ καὶ Ἀρ-[τέ]μιδι δίδωσι τὴν χάριν· καὶ πρόσθεν ἢ ἀπο-[θ]ανεῖν μεταβαλὼν ἐποίησε πάντας ὄρνιθας. Καὶ [ἐγ]ένετο Κλεῖνις μὲν ὑψιαίετος· οὗτός ἐστι δεύ-[τε]ρος ὀρνίθων μετὰ τὸν αἰετόν, διαγνῶναι δ' [οὐ] χαλεπός· ὁ μὲν γάρ ἐστι νεβροφόνος ἐρεμνὸς [τὰς αὐ]γάς τε καὶ ἄλκιμος· ὁ δ' ἀετὸς μελάντερος [κα]ὶ ἐλάσσων ἐκείνου. Λύκιος δὲ μεταβαλὼ[ν ἐγέ]νετο κόραξ τὸ χρῶμα λευκός· αὖτις δὲ βουλ[ῇ Ἀπ]όλλωνος ἐγένετο κυάνεος, ὅτι πρῶτος ἤγγειλ[ε Κο]ρωνίδα τὴν Φλεγύου θυγατέρα γαμηθεῖσα[ν ...] κυονεῖ. Ἀρτεμίχη δ' ἐγένετο πίφιγξ, θεοῖς τ[ε καὶ] ἀνθρώποις προςφιλὴς ὄρνις, Ὀρτύγιος δ[ὲ ...]

αἰγίθαλλος, ὅτι τὸν πατέρα Κλεῖνιν ἀνέπειθεν αἶγας ἀντὶ τῶν ὄνων ἱερεύειν Ἀπόλλωνι.

κα'. ΠΟΛΥΦΟΝΤΗ.

Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίας β'.

Τερείνης τῆς Στρυμόνος καὶ Ἄρεως ἐγένετο θυγάτηρ Θρᾷσσα. Ταύτην δ' ἔγημεν Ἱππόνους ὁ Τριβαλλοῦ παῖς καὶ αὐτοῖς ἐγένετο θυγάτηρ ὄνομα Πολυφόντη. Αὕτη τὰ μὲν ἔργα τῆς Ἀφροδίτης ἐξύβρισεν. Ἐλθοῦσα δ' εἰς τὸ ὄρος Ἀρτέμιδος ἐγένετο συμπαίκτρια καὶ συνήθης. Ἀφροδίτη δὲ, ὅτι αὐτῆς ἠτίμασε τὰ ἔργα, ἔρωτα ἐνέβαλεν ἄρκτου καὶ ἐξέμηνεν αὐτήν· ἡ δὲ κατὰ δαίμονα οἰστρήσασα ἐμίγνυτο τῇ ἄρκτῳ. Καὶ αὐτὴν ἡ Ἄρτεμις ἰδοῦσα ἐκτόπως ἐμίσησεν καὶ πάντα εἰς αὐτὴν ἔτρεψε τὰ θηρία. Πολυφόντη δὲ δείσασα, μὴ θῆρες αὐτὴν διεργάσωνται, φεύγουσα ἐξίκετο εἰς τὰ οἰκία τοῦ πατρὸς καὶ ἔτεκε δύο παῖδας, Ἄγριον καὶ Ὄρειον, μεγίστους καὶ δύναμιν ἔχοντας ἄπλετον. Οὗτοι ἐτίμων οὔτε θεὸν οὔτε ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐξύβριζον εἰς πάντας· καὶ εἴ τῳ ξένων ἐντύχοιεν, ἀπάγοντες εἰς τὰ οἰκία κατήσθιον. Ζεὺς δὲ μισήσας αὐτοὺς ἀπέστειλεν Ἑρμῆν, ὅπως ἣν ἐθέλει δίκην αὐτοῖς ἐπιβάλῃ· καὶ ὁ μὲν Ἑρμῆς ἐβούλευσεν ἀποκόψαι τοὺς πόδας αὐτῶν καὶ τὰς χεῖρας. Ἄρης δ', ἐπεὶ τὸ γένος εἰς αὐτὸν ἀνέφερε Πολυφόντη, τούτου μὲν ἐξείλετο τοῦ μόρου τοὺς παῖδας· ἤλλαξε δὲ μετὰ Ἑρμοῦ τὴν φύσιν αὐτῶν εἰς ὄρνιθας. Καὶ ἐγένετο Πολυφόντη μὲν στρὶγξ φθεγγομένη νυκτὸς, ἄτερ σίτου καὶ ποτοῦ,

τὴν κεφαλὴν ἴσχουσα κάτω, τοὺς δὲ πόδας ἄκρους ἄνω, πολέμου καὶ στάσεως ἀνθρώποις ἄγγελος· Ὄρειος δ' ἐγένετο λαγὼς, ὄρνις ἐπ' οὐδενὶ φαινόμενος ἀγαθῷ· Ἄγριος δὲ μετέβαλεν εἰς γῦπα, πάντων ὀρνίθων ἔχθιστον θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις· καὶ διὰ παντὸς ἵμερον αὐτῷ κρέως καὶ αἵματος ἐνέβαλον ἀνθρωπείου. Τὴν δὲ θεράπαιναν αὐτῶν ἐποίησαν ἴπνην· ἡ δὲ μεταβάλλουσα τὴν φύσιν ηὔξετο θεοῖς, μὴ κακὸς ὄρνις ἀνθρώποις γενέσθαι· καὶ αὐτῆς ὑπήκουσαν Ἑρμῆς καὶ Ἄρης, ἐπεὶ κατ' ἀνάγκας ἔδρασεν, ἃ προςέτασσον οἱ δεσπόται· καὶ ἔστιν ἀγαθὸς οὗτος ὁ ὄρνις ἐπὶ θήραν ἰόντι καὶ δαῖτα.

κβ. ΤΕΡΑΜΒΟΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἐν ά Ἑτεροιουμένων.

Τέραμβος Εὐσείρου τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Εἰδοθέας νύμφης Ὀθρηίδος ᾤκει ἐν τῇ γῇ τῇ Μηλιέων παρὰ τὴν ὑπώρειαν τῆς Ὄθρυος. Ἐγένετο δὲ αὐτῷ θρέμματα πλεῖστα καὶ αὐτὰ ἐποίμαινεν αὐτός. Νύμφαι δὲ συνελάμβανον αὐτῷ, διότι αὐτὰς ἐν τοῖς ὄρεσιν ᾄδων ἔτερπεν· λέγεται γὰρ μουσικώτατος τῶν τότε γενέσθαι καὶ ἐπὶ βουκολικοῖς ᾄσμασι διαβοηθῆναι καὶ σύριγγα ποιμενικὴν ἐν τοῖς ὄρεσι συνθεῖναι· καὶ λύρᾳ πρῶτος ἀνθρώπων κεχρῆσθαι, πλεῖστά τε καὶ κάλλιστα μέλη ποιῆσαι. Τούτων οὖν χάριν λέγουσιν ὀφθῆναι αὐτῷ ποτε νύμφας καὶ χορεῦσαι πρὸς τὰ κρούματα τοῦ Τεράμβου· Πᾶνα δὲ τοῦτο κατ' εὐμένειαν αὐτῷ παραγγεῖλαι καταλιπόντι τὴν Ὄθρυν ἐν τῷ πεδίῳ τὰ

πρόβατα ποιμαίνειν· ἐξαίσιον γάρ τι καὶ ἄπιστον χρῆμα χειμῶνος ἐπεῖναι μέλλειν. Ὁ δὲ Τέραμβος ὑπὸ μεγαλαυχίας ἐκ νεότητος οἷα θεοβλαβὴς ἀπελαύνειν μὲν ἐκ τῆς Ὄθρυος εἰς τὸ πεδίον οὐκ ἐγίγνωσκεν· ἀπέρριψε δὲ λόγον ἄχαρίν τε καὶ ἀνόητον εἰς τὰς νύμφας, ὅτι γένος μέν εἰσιν οὐκ ἀπὸ Διός, ἀλλ' ἔτεκεν αὐτὰς ἡ δεῖνα τοῦ Σπερχειοῦ, Ποσειδῶν δὲ πόθῳ μιᾶς αὐτῶν Διοπάτρης τὰς ἀδελφὰς ἐρρίζωσε καὶ ἐποίησεν αἰγείρους, ἄχρι αὐτὸς κορεσθεὶς τῆς εὐνῆς ἀνέλυσε καὶ πάλιν αὐταῖς ἀπέδωκε τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν. Τοιαῦτα μὲν ὁ Τέραμβος ἐκερτόμησεν εἰς τὰς νύμφας. Μετὰ δὲ χρόνον ὀλίγον ἐξαίφνης ἐγένετο κρυμὸς καὶ ἐπάγησαν αἱ χαράδραι καὶ πολλὴ κατέπεσε χιὼν καὶ τὰ ποίμνια τοῦ Τεράμβου σὺν αὐταῖς ἀτραποῖς καὶ δένδρεσιν ἠφανίσθη. Νύμφαι δὲ μετέβαλον κατ' ὀργὴν τὸν Τέραμβον, ὅτι αὐταῖς ἐλοιδόρησε καὶ ἐγένετο ὑλοφάγος κεράμβυξ· φαίνεται δὲ ἐπὶ τῶν ξύλων καὶ ἔστιν ἀγκύλος ἐκ τῶν ὀδόντων καὶ συνεχῶς τὰ γένεια κινεῖ, μέλας, παραμήκης, πτέρυγας στερεὰς ἔχων, ἐοικὼς τοῖς μεγάλοις κανθάροις. Οὗτος ξυλοφάγος βοῦς καλεῖται, παρὰ δὲ Θετταλοῖς κεράμβυξ. Τοῦτον οἱ παῖδες παίγνιον ἔχουσι καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνοντες φέρουσιν· ἡ δὲ ἔοικε σὺν τοῖς κέρασι λύρᾳ τῇ ἐκ τῆς χελώνης.

κγ'. ΒΑΤΤΟΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων α'. καὶ Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις καὶ Διδύμαρχος Μεταμορφώσεων γ'. καὶ Ἀντίγονος ἐν ταῖς Ἀλλοιώσεσι καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν Ἐπιγράμμασιν, ὥς φησι Πάμφιλος ἐν α'.

Ἄργου τοῦ Φρίξου καὶ Περιμήλης τῆς Ἀδμήτου θυγατρὸς ἐγένετο Μάγνης. Οὗτος ᾤκησεν ἐγγὺς Θεσσαλίας καὶ τὴν γῆν ταύτην ἀπ' αὐτοῦ Μαγνησίαν προσηγόρευσαν οἱ ἄνθρωποι. Ἐγένετο δ' αὐτῷ παῖς περίβλεπτος τὴν ὄψιν Ὑμέναιος. Ἐπεὶ δὲ Ἀπόλλωνα ἰδόντα ἔρως ἔλαβε τοῦ παιδὸς καὶ οὐκ ἐξελίμπανε τὰ οἰκία τοῦ Μάγνητος, Ἑρμῆς ἐπιβουλεύει τῇ ἀγέλῃ τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος. Αἱ δὲ ἐνέμοντο ἵναπερ ἦσαν αἱ Ἀδμήτου βόες. Καὶ πρῶτα μὲν ἐμβάλλει ταῖς κυσὶν, αἳ ἐφύλαττον αὐτὰς, λήθαργον καὶ κυνάγχην· αἱ δὲ ἐξελάθοντο τῶν βοῶν καὶ τὴν φυλακὴν ἀπώλεσαν· εἶτα δ' ἀπελαύνει πόρτιας δώδεκα καὶ ἑκατὸν βοῦς ἄζυγας καὶ ταῦρον, ὃς ταῖς βουσὶν ἐπέβαινεν. Ἐξῆπτε δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς πρὸς ἕκαστον ὕλην, ὡς ἂν τὰ ἴχνη τῶν βοῶν ἀφανίσῃ· καὶ ἦγεν αὐτὰς ἐλαύνων διά τε Πελασγῶν καὶ δι' Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος καὶ διὰ Λοκρίδος καὶ Βοιωτίας καὶ Μεγαρίδος· καὶ ἐντεῦθεν εἰς Πελοπόννησον διὰ Κορίνθου καὶ Λαρίσσης ἄχρι Τεγέας· καὶ ἐντεῦθεν παρὰ τὸ Λύκαιον ὄρος ἐπορεύετο καὶ παρὰ τὸ Μαινάλιον καὶ τὰς λεγομένας Βάττου σκοπιάς. Ὤικει δὲ ὁ Βάττος οὗτος ἐπ' ἄκρῳ τῷ σκοπέλῳ· καὶ ἐπεὶ τῆς φωνῆς ἤκουσε παρελαυνομένων τῶν μόσχων, προελθὼν ἐκ τῶν οἰκίων ἔγνω περὶ τῶν βοῶν, ὅτι κλοπιμαίας ἄγει, καὶ μισθὸν ᾔτησεν

ἵνα πρὸς μηδένα φράσῃ περὶ αὐτῶν. Ἑρμῆς δὲ δώσειν ἐπὶ τούτοις ὑπέσχετο· καὶ ὁ Βάττος ὤμοσε περὶ τῶν βοῶν πρὸς μηδένα κατερεῖν. Ἐπεὶ δὲ αὐτὰς Ἑρμῆς ἔκρυψεν ἐν τῷ πρηῶνι παρὰ τὸ Κορυφάσιον, εἰς τὸ σπήλαιον εἰςελάσας ἄντικρυς Ἰταλίας καὶ Σικελίας, αὖθις ἀφίκετο πρὸς τὸν Βάττον ἀλλάξας ἑαυτὸν καὶ πειρώμενος, εἰ αὐτῷ συμμένειν ἐπὶ τοῖς ὁρκίοις ἐθέλει· διδοὺς δὲ μισθὸν χλαῖναν ἐπυνθάνετο παρ' αὐτοῦ, μὴ κλοπιμαίας βοῦς ἔγνω παρελαθείσας. Ὁ δὲ Βάττος ἔλαβε τὴν χλαμύδα καὶ ἐμήνυσε περὶ τῶν βοῶν. Ἑρμῆς δὲ χαλεπήνας, ὅτι διχόμυθος ἦν, ἐῤῥάπισεν αὐτὸν τῇ ῥάβδῳ καὶ μετέβαλεν εἰς πέτρον. Καὶ αὐτὸν οὐκ ἐκλείπει κρύος οὐδὲ καῦμα· λέγεται δὲ καὶ ὁ τόπος παρ' ὁδευόντων ἄχρι νῦν σκοπιὰ Βάττου.

κδ'. ΑΣΚΑΛΑΒΟΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ'.

Δημήτηρ ὅτε πλανῆτις ἐπῄει γῆν ἅπασαν κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρός, ἀνεπαύσατο ἐν τῇ Ἀττικῇ. Καὶ αὐτὴν ὑπὸ πολλοῦ καύματος ὑποδέχεται Μίσμη καὶ διδοῖ ποτὸν ὕδωρ, ἐμβαλοῦσα γλήχωνα καὶ ἄλφιτον εἰς αὐτό. Καὶ ἡ Δημήτηρ ἐξέπιε κατὰ τὸ δίψος τὸ ποτὸν ἀθροῦν. Ὁ δὲ παῖς ὁ τῆς Μίσμης Ἀσκάλαβος ἰδὼν ἐποιήσατο γέλωτα καὶ αὖτις ἐκέλευεν ὀρέγειν αὐτῇ λέβητα βαθὺν ἢ πιθάκνην. Δημήτηρ δὲ κατ' ὀργὴν ὡς εἶχε τὸ ποτὸν αὐτῷ τὸ καταλειπόμενον προσέχεεν. Ὁ δὲ μεταλαβὼν ἐγένετο ποικίλος ἐκ τοῦ σώματος ἀσκάλαβος καὶ ὑπὸ θεῶν καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων μεμίσηται. Καὶ ἔστιν αὐτῷ

δίαιτα παρ' ὀχετόν· ὁ δ' ἀποκτείνας κεχαρισμένος γίνεται Δήμητρι.

κε΄. ΜΗΤΙΟΧΗ καὶ ΜΕΝΙΠΠΗ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ΄. καὶ Κόριννα Ἑτεροίων α΄.

Ὠρίωνος τοῦ Ὑριέως ἐν Βοιωτίᾳ θυγατέρες ἐγένοντο Μητιόχη καὶ Μενίππη. Αὗται, ὅτε Ὠρίωνα ἠφάνισεν ἐξ ἀνθρώπων Ἄρτεμις, ἐτρέφοντο παρὰ τῇ μητρί· καὶ Ἀθηνᾶ μὲν ἐδίδασκεν αὐτὰς ἱστοὺς ἐξυφαίνειν· Ἀφροδίτη δὲ αὐταῖς ἔδωκε κάλλος. Ἐπεὶ δὲ Ἀονίαν ὅλην ἔλαβε λοιμὸς καὶ πολλοὶ ἀπέθνησκον, θεωροὺς ἀπέστειλαν παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Γορτύνιον· καὶ αὐτοῖς εἶπεν ὁ θεὸς, ἱλάσσασθαι δύο τοὺς Ἐριουνίους θεούς· ἔφη δὲ καταπαύσειν αὐτοὺς τὴν μῆνιν, εἰ δύο δυσὶν ἑκοῦσαι παρθένοι θύματα γένοιντο. Πρὸς δὲ δὴ τὸ μαντεῖον οὐδεμία τῶν ἐν τῇ πόλει παρθένων ὑπήκουσεν, ἄχρι γυνὴ θῆσσα τὸν χρησμὸν ἐξήνεγκε πρὸς τὰς θυγατέρας τοῦ Ὠρίωνος. Αἱ δ' ὡς ἐπύθοντο παρὰ τὸν ἱστὸν, ἑκοῦσαι τὸν ὑπὲρ αὐτῶν θάνατον ἐδέξαντο, πρὶν ἢ τὴν ἐπιδήμιον ἐπιπεσοῦσαν αὐτὰς ἀφανίσαι νόσον· τρὶς δὲ βοησάμεναι χθονίους δαίμονας, ὅτι αὐτοῖς ἑκοῦσαι θύματα γίνονται, ἐπάταξαν ἑαυτὰς τῇ κερκίδι παρὰ τὴν κλεῖδα καὶ ἀνέῤῥηξαν τὴν σφαγήν. Καὶ αὗται μὲν ἀμφότεραι κατέπεσον ἐς τὴν γῆν· Φερσεφόνη δὲ καὶ Αἴδης οἰκτείραντες τὰ μὲν σώματα τῶν παρθένων ἠφάνισαν· ἀντὶ δ' ἐκείνων ἀστέρας ἀνήνεγκαν ἐκ τῆς γῆς· οἱ δὲ φανέντες ἀνηνέχθησαν εἰς οὐρανὸν καὶ αὐτοὺς ὠνόμασαν

ἄνθρωποι κομήτας. Ἱδρύσαντο δὲ πάντες Ἄονες ἐν Ὀρχομενῷ τῆς Βοιωτίας ἱερὸν ἐπίσημον τῶν παρθένων τούτων· καὶ αὐταῖς καθ' ἕκαστον ἔτος κόροι τε καὶ κόραι μειλίγματα φέρουσι. Προσαγορεύουσι δ' αὐτὰς ἄχρι νῦν Αἰολεῖς κορωνίδας παρθένους.

κϛ'. ΥΛΑΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ'.

Ἡρακλῆς ὅτε μετὰ τῶν Ἀργοναυτῶν ἔπλει, στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν ἀποδειχθεὶς συνεπήγετο μεθ' αὐτοῦ καὶ Ὕλαν, παῖδα μὲν Κήϋκος, νέον δὲ καὶ καλόν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ στενὸν ἐξίκοντο τοῦ Πόντου καὶ τὰ σφυρὰ παρέπλευσαν τῆς Ἀργανθώνης καὶ ἐγένετο χειμὼν καὶ σάλος, ἐνταῦθα καταβαλόντες ἀγκύρας ἀνέπαυσαν τὴν ναῦν. Καὶ Ἡρακλῆς παρεῖχε τοῖς ἥρωσι τὸ δεῖπνον. Ὁ δὲ παῖς Ὕλας ἔχων κρωσσὸν ἦλθε πρὸς τὸν Ἀσκάνιον ποταμόν, ὕδωρ ἀποίσων τοῖς ἀριστεῦσι· καὶ αὐτὸν ἰδοῦσαι νύμφαι, τοῦ ποταμοῦ τούτου θυγατέρες, ἠράσθησαν· ἀρνόμενον δὲ καταβάλλουσιν εἰς τὴν κρήνην. Καὶ ὁ μὲν Ὕλας ἀφανὴς ἐγένετο· Ἡρακλῆς δ', ἐπεὶ αὐτῷ οὐκ ἐνόστει, καταλιπὼν τοὺς ἥρωας ἐξερευνᾷ πανταχοῖ τὸν δρυμὸν καὶ ἐβόησε πολλάκις τὸν Ὕλαν. Νύμφαι δὲ δείσασαι τὸν Ἡρακλέα, μὴ αὐτὸν εὕροι κρυπτόμενον παρ' αὐταῖς, μετέβαλον τὸν Ὕλαν καὶ ἐποίησαν ἠχώ, καὶ πρὸς τὴν βοὴν πολλάκις ἀντεφώνησεν Ἡρακλεῖ. Καὶ ὁ μὲν ὡς οὐκ ἐδύνατο πλεῖστα ποιησάμενος ἐξευρεῖν τὸν Ὕλαν, παρεγένετο πρὸς τὴν ναῦν καὶ αὐτὸς μὲν ἔπλει μετὰ τῶν ἀριστέων, Πολύφημον

δὲ καταλείπει ἐν τῷ χωρίῳ, εἴ πως δύναιτο ζητῶν ἐξευρεῖν αὐτῷ τὸν Ὕλαν. Καὶ ὁ μὲν Πολύφημος ἔφθη τελευτήσας· Ὕλᾳ δὲ θύουσι ἄχρι νῦν παρὰ τὴν κρήνην οἱ ἐπιχώριοι καὶ αὐτὸν ἐξ ὀνόματος εἰς τρὶς ὁ ἱερεὺς φωνεῖ καὶ εἰς τρὶς ἀμείβεται πρὸς αὐτὸν ἠχώ.

κζʹ. ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δʹ.

Θησέως καὶ Ἑλένης τῆς Διὸς ἐγένετο θυγάτηρ Ἰφιγένεια καὶ αὐτὴν ἐξέτρεφεν ἡ τῆς Ἑλένης ἀδελφὴ Κλυταιμνήστρα· πρὸς δὲ τὸν Ἀγαμέμνονα εἶπεν αὐτὴ τεκεῖν· Ἑλένη γὰρ πυνθανομένη τῶν ἀδελφῶν ἔφη κόρη παρὰ Θησέως ἀπελθεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἡ στρατεία ἡ τῶν Ἀχαιῶν ὑπὸ ἀπλοίας ἐν Αὐλίδι κατείχετο, προεσήμαινον οἱ μάντεις, ὅτι ἔσοιτο πλοῦς, ἐὰν Ἀρτέμιδι θύσωσι τὴν Ἰφιγένειαν. Ἀγαμέμνων δὲ διδοῖ σφάγιον αὐτὴν αἰτούντων τῶν Ἀχαιῶν· πρὸς δὲ τὸν βωμὸν ἀγομένην οἱ μὲν ἀριστεῖς οὐ προςέβλεψαν, ἀλλὰ πάντες ἔτρεψαν ἄλλῃ τὰς ὄψεις. Ἄρτεμις δὲ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε μόσχον, αὐτὴν δὲ προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος ἀπήνεγκεν εἰς τὸν Εὔξεινον λεγόμενον πόντον παρὰ Θόαντα τὸν Βορυσθένους παῖδα· καὶ τὸ μὲν ἔθνος ἐκεῖνο τῶν νομάδων ἐκάλεσε Ταύρους, ἐπεὶ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε ταῦρον, αὐτὴν δὲ ταυροπόλον· κατὰ δὲ χρόνον ἱκνούμενον ἀπῴκισε τὴν Ἰφιγένειαν εἰς τὴν Λευκὴν λεγομένην παρὰ τὸν Ἀχιλλέα καὶ ἀλλάξασα ἐποίησεν αὐτὴν ἀγήρων καὶ ἀθάνατον δαίμονα καὶ ὠνόμασεν ἀντὶ

τῆς Ἰφιγενείας Ὀρσιλοχίαν· ἐγένετο δὲ Ἀχιλλεῖ σύνοικος.

κη'. ΤΥΦΩΝ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ'.

Τυφῶν ἐγένετο γῆς υἱὸς ἐξαίσιος δαίμων πρὸς ἰσχὺν, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν παρηλλαγμένος· ἐπεφύκεσαν γὰρ κεφαλαὶ πλεῖσται καὶ χεῖρες καὶ πτέρυγες, ἐκ δὲ τῶν μηρῶν μέγισται δρακόντων σπεῖραι· φωνὰς δὲ παντοίας ἠφίει καὶ αὐτὸν οὐδὲν ὑπέμενεν εἰς ἀλκήν. Οὗτος ἐπεθύμησε τοῦ Διὸς ἔχειν τὴν ἀρχὴν καὶ αὐτὸν ἐπερχόμενον αὐδεὶς ὑπέμεινε τῶν θεῶν, ἀλλὰ δείσαντες ἔφυγον πάντες εἰς τὴν Αἴγυπτον· Ἀθηνᾶ δὲ καὶ Ζεὺς ὑπελείφθησαν μόνοι. Τυφῶν δ' ἐκ ποδὸς ἐδίωκεν. Οἱ δὲ προμηθείᾳ διέφυγον ἀλλάξαντες εἰς ζῶα τὰς ὄψεις· καὶ Ἀπόλλων μὲν ἐγένετο ἱέραξ, Ἑρμῆς δὲ ἶβις, Ἄρης δὲ λεπιδωτὸς ἰχθὺς, Ἄρτεμις δὲ αἴλουρος· τράγῳ δὲ εἰκάζεται Διόνυσος, ἔλλῳ δὲ Ἡρακλῆς, βοῒ δ' Ἥφαιστος, μυγαλῇ δὲ Λητώ· καὶ ὡς ἕκαστος ἔτυχε τῶν ἄλλων θεῶν μετέβαλε τὴν ὄψιν. Ἐπεὶ δὲ Τυφῶνα Ζεὺς βάλλει κεραυνῷ· καιόμενος δὲ ὁ Τυφῶν ἔκρυψεν ἑαυτὸν καὶ ἠφάνισεν τὴν φλόγα τῇ θαλάσσῃ. Ζεὺς δ' οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ' ὃ μέγιστον ὄρος, ἐπιβάλλει Τυφῶνι τὴν Αἴτνην καὶ αὐτῷ φύλακα τὸν Ἥφαιστον ἐπὶ τῶν ἄκρων ἐφίστησιν· ὁ δ' ἐνερείσας τοὺς ἄκμονας αὐτοῦ τῷ τραχήλῳ διάπυρον ἐργάζεται μύδρον.

κθ'. ΓΑΛΙΝΘΙΑΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ'.

Προίτου θυγάτηρ ἐν Θήβαις ἐγένετο Γαλινθιάς. Αὕτη παρθένος ἦν συμπαίκτρια καὶ ἑταιρὶς Ἀλκμήνης τῆς Ἠλεκτρύωνος. Ἐπεὶ δὲ Ἀλκμήνην ὁ τόκος ἤπειγε τοῦ Ἡρακλέους, Μοῖραι καὶ Εἰλείθυια πρὸς χάριν τῆς Ἥρας κατεῖχον ἐν ταῖς ὠδῖσι τὴν Ἀλκμήνην. Καὶ αὗται μὲν ἐκαθέζοντο κρατοῦσαι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας· Γαλινθιὰς δὲ δείσασα, μὴ Ἀλκμήνην ἐκστήσωσι βαρυνομένην οἱ πόνοι, δραμοῦσα παρά τε τὰς Μοίρας καὶ τὴν Εἰλείθυιαν ἐξήγγειλεν, ὅτι Διὸς βουλῇ γέγονε τῇ Ἀλκμήνῃ παῖς κόρος· αἱ δὲ ἐκείνων τιμαὶ καταλέλυνται. Πρὸς δὴ τοῦτ' ἔκπληξις ἔλαβε τὰς μοίρας καὶ ἀνῆκαν εὐθὺς τὰς χεῖρας. Ἀλκμήνην δὲ κατέλιπον εὐθὺς αἱ ὠδῖνες· καὶ ἐγένετο Ἡρακλῆς. Αἱ δὴ Μοῖραι πένθος ἐποιήσαντο καὶ τῆς Γαλινθιάδος ἀφείλοντο τὴν κορείαν, ὅτι θνητὴ τοὺς θεοὺς ἐξηπάτησε, καὶ αὐτὴν ἐποίησαν δολερὰν γαλῆν καὶ δίαιταν ἔδωκαν ἐν τῷ μυχῷ καὶ ἄμορφον ἀπέδειξαν τὴν εὐνήν· θορίσκεται μὲν γὰρ διὰ τῶν ὤτων, τίκτει δ' ἀναφέρουσα τὸ κυούμενον ἐκ τοῦ τραχήλου. Ταύτην Ἑκάτη πρὸς τὴν μεταβολὴν τῆς ὄψεως ᾤκτειρε καὶ ἀπέδειξεν ἱερὰν αὐτῆς διάκονον· Ἡρακλῆς δ' ἐπεὶ ηὐξήθη, τὴν χάριν ἐμνημόνευσε καὶ αὐτῆς ἐποίησεν ἀφίδρυμα παρὰ τὸν οἶκον καὶ ἱερὰ προσήνεγκε. Ταῦτα νῦν ἔτι τὰ ἱερὰ Θηβαῖοι φυλάττουσι καὶ πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῇ θύουσι Γαλινθιάδι πρώτῃ.

λ'. ΒΙΒΛΙΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων β'.

Ἀπόλλωνος καὶ Ἀκακαλλίδος τῆς Μίνω θυγατρὸς ἐγένετο παῖς ἐν Κρήτῃ Μίλητος. Τοῦτον ἡ Ἀκακαλλὶς δείσασα Μίνω ἐξέβαλλεν εἰς τὴν ὕλην· καὶ αὐτὸν ἐπιφοιτῶντες λύκοι, βουλῇ Ἀπόλλωνος, ἐφύλαττον καὶ ὤρεγον παρὰ μέρος γάλα· ἔπειτα δὲ βουκόλοι περιτυχόντες ἀνείλοντο καὶ ἔτρεφον ἐν τοῖς οἰκείοις. Ἐπεὶ δὲ ὁ παῖς ηὔξετο καὶ ἐγένετο καλὸς καὶ δραστήριος καὶ ὁ Μίνως κατὰ πόθον ἐνεχείρει βιάζεσθαι, τότε νυκτὸς ὁ Μίλητος ἐμβὰς εἰς ἄκατον βουλῇ Σαρπήδονος εἰς Καρίαν ἀποδιδράσκει καὶ πόλιν ἐνταυθοῖ κτίσας Μίλητον ἔγημεν Εἰδοθέην τὴν Εὐρύτου θυγατέρα τοῦ βασιλέως τῶν Καρῶν. Καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ Καῦνος, ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ Καῦνος, καὶ Βιβλίς. Ταύτης ἐγένοντο πλεῖστοι μνηστῆρες ἐπιχώριοι καὶ κατὰ κλέος ἐκ τῶν πέριξ πόλεων. Ἡ δὲ τῶν μὲν λόγον ἐποιεῖτο βραχύν· αὐτὴν δὲ ἄφατος ἔρως ἐξέμηνε τοῦ Καύνου. Καὶ τὸ πάθος, ἄχρι μὲν ἐδύνατο κρύπτειν, ἐλελήθει τοὺς γονεῖς· ἐπεὶ δὲ καθ' ἡμέραν εἴχετο χαλεπωτέρῳ δαίμονι, νυκτὸς ἔγνω καταβαλεῖν ἐκ τῆς πέτρας ἑαυτήν. Καὶ ἡ μὲν εἰς τὸ πλησίον ὄρος παρελθοῦσα ῥίπτειν ἑαυτὴν ἐπεχείρησε· νύμφαι δὲ κατέσχον οἰκτείρασαι καὶ πολὺν ὕπνον ἐνέβαλον καὶ αὐτὴν ἤλλαξαν ἀπ' ἀνθρώπων εἰς δαίμονα καὶ ὠνόμασαν Ἁμαδρυάδα νύμφην Βιβλίδα καὶ ἐποιήσαντο σύνδίαιτον ἑταιρίδα. Καλεῖται δὲ καὶ τὸ ῥέον ἐκ

τῆς πέτρας ἐκείνης ἄχρι νῦν παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις δάκρυον Βιβλίδος.

λα'. ΜΕΣΣΑΠΙΟΙ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων β'.

Λυκάονος τοῦ αὐτόχθονος ἐγένοντο παῖδες Ἰάπυξ καὶ Δαύνιος καὶ Πευκέτιος. Οὗτοι λαὸν ἀθροίσαντες ἀφίκοντο τῆς Ἰταλίας παρὰ τὸν Ἀδρίαν· ἐξελάσαντες δὲ τοὺς ἐνταυθοῖ οἰκοῦντας Αὔσονας αὐτοὶ καθιδρύθησαν. Ἦν δὲ τὸ πλέον αὐτοῖς τῆς στρατιᾶς ἔποικον, Ἰλλυριοί, Μεσσάπιοι. Ἐπεὶ δὲ τὸν στρατὸν ἅμα καὶ τὴν γῆν ἐμέρισαν τριχῆ καὶ ὠνόμασαν ὡς ἑκάστοις ἡγεμόνος εἶχε, Δαυνίους καὶ Πευκετίους καὶ Μεσσαπίους· τὸ μὲν ἀπὸ Τάραντος ἄχρι πρὸς τὴν ἐσχατιὰν τῆς Ἰταλίας ἐγένετο Μεσσαπίων, ἐν ᾗ πόλις ᾤκηται Βρεντέσιον· τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐντὸς τοῦ Τάραντος ἐγένετο Πευκετίων· ἐνδοτέρω δὲ τούτου τῆς θαλάσσης ἐνέπλεον Δαύνιοι· τὸ δὲ σύμπαν ἔθνος ὠνόμασαν Ἰαπύγων. Καὶ ἐγένετο ταῦτα πολὺ πρὸ τῆς Ἡρακλέους στρατείας. Ἦν δὲ τοῖς τότε βίος ἀπὸ θρεμμάτων καὶ νομῆς. Μυθολογοῦσιν οὖν ἐν τῇ Μεσσαπίων γῇ παρὰ τὰς λεγομένας ἱερὰς πέτρας φανῆναι νύμφας Ἐπιμηλίδας χορευούσας· τοὺς δὲ παῖδας τῶν Μεσσαπίων καταλιπόντας τὰ ποίμνια καὶ θεωμένους εἰπεῖν, ὅτι βέλτιον αὐτοὶ χορεύουσιν. Οὗτος ὁ λόγος ἤλγυνε τὰς νύμφας καὶ τὸ νεῖκος ἐπὶ πλέον ἐγένετο περὶ τῆς χορείας. Οἱ δὲ παῖδες, ὅτι μὲν ἦν αὐτοῖς ἅμιλλα πρὸς δαίμονας, ἠγνόουν· ἐχόρευον δ' οἷα πρὸς ὁμήλικας θνητὰς καὶ ὁ τρόπος αὐτοῖς τῆς ὀρ-

χήσεως, ἅτε ποιμένων, ἄμουσος ἦν· ταῖς δὲ νύμφαις πᾶν ὅσον [ἢ πλεῖστον] ἐπέδωκεν εἰς κάλλος. Καὶ ἐπεκράτησαν χορεύουσαι τῶν παίδων καὶ ἔλεγον πρὸς αὐτοὺς τάδε· ὦ κοῦροι, τὸ νεῖκος ἤρασθε πρὸς Ἐπιμηλίδας νύμφας, οὐκοῦν, ὦ ἄφρονες, νικώμενοι δώσετε δίκην. Καὶ οἱ παῖδες, ἵναπερ ἑστήκεσαν παρὰ τὸ ἱερὸν τῶν νυμφῶν, ἐγένοντο δένδρη· καὶ ἔτι νῦν ἀκούεται φωνὴ νυκτὸς ἐκ τῆς ὕλης, οἷα θρηνούντων· ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται νυμφῶν τε καὶ παίδων.

λβ΄. ΔΡΥΟΠΗ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων α΄.

Δρύοψ ἐγένετο Σπερχειοῦ παῖς τοῦ ποταμοῦ καὶ Πολυδώρης μιᾶς τῶν Δαναοῦ θυγατέρων. Οὗτος ἐβασίλευσε ἐν τῇ Οἴτῃ καὶ θυγάτηρ αὐτῷ μονογενὴς ἐγένετο Δρυόπη καὶ ἐποίμαινεν αὐτὴ τὰ πρόβατα τοῦ πατρός· ἐπεὶ δὲ αὐτὴν ἠγάπησαν ὑπερφυῶς Ἁμαδρυάδες νύμφαι καὶ ἐποιήσαντο συμπαίκτριαν ἑαυτῶν, ἐδίδαξαν ὑμνεῖν θεοὺς καὶ χορεύειν. Ταύτην ἰδὼν Ἀπόλλων χορεύουσαν ἐπεθύμησε μιχθῆναι. Καὶ ἐγένετο πρῶτα μὲν κλεμμύς· ἐπεὶ δ' ἡ Δρυόπη γέλωτα μετὰ τῶν νυμφῶν καὶ παίγνιον ἐποιήσατο τὴν κλεμμὺν καὶ αὐτὴν ἐνέθετο εἰς τοὺς κόλπους, μεταβαλὼν ἀντὶ τῆς κλεμμύος ἐγένετο δράκων. Καὶ αὐτὴν κατέλειπον αἱ νύμφαι πτοηθεῖσαι· Ἀπόλλων δὲ Δρυόπῃ μίγνυται· ἡ δὲ ᾤχετο φεύγουσα περίφοβος εἰς τὰ οἰκία τοῦ πατρὸς καὶ οὐδὲν ἔφρασε πρὸς τοὺς γονεῖς. Ἐπεὶ δ' ἔγημεν αὐτὴν ὕστερον Ἀν-

δραίμων ὁ Ὀξύλου, γεννᾷ παῖδα ἐξ Ἀπόλλωνος Ἄμφισσον. Οὗτος ἐπεὶ τάχιστα ἠνδρώθη, ἀνὴρ ἐγένετο πάντων κρατῶν· καὶ ἔκτισε παρὰ τὴν Οἴτην πόλιν ὁμώνυμον τῷ ὄρει καὶ τῶν ἐκεῖ τόπων ἐβασίλευεν. Ἱδρύσατο δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν τῇ Δρυοπίδι. Καὶ εἰς τοῦτο παροῦσαν τὸ ἱερὸν Δρυόπην ἥρπασαν Ἁμαδρυάδες νύμφαι κατ' εὐμένειαν· καὶ αὐτὴν μὲν ἀπέκρυψαν εἰς τὴν ὕλην, ἀντὶ δ' ἐκείνης αἴγειρον ἀνέφηναν ἐκ τῆς γῆς καὶ παρὰ τὴν αἴγειρον ὕδωρ ἀνέῤῥηξαν· Δρυόπη δὲ μετέβαλε καὶ ἀντὶ θνητῆς ἐγένετο νύμφη. Ἄμφισσος δὲ ἀντὶ τῆς πρὸς τὴν μητέρα χάριτος ἱερὸν ἱδρύσατο νυμφῶν καὶ πρῶτος ἀγῶνα ἐπετέλεσε δρόμου, καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐπιχώριοι τὸν ἀγῶνα διαφυλάσσουσι τοῦτον· γυναικὶ δ' οὐχ ὅσιον παρατυχεῖν, ὅτι Δρυόπην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ νυμφῶν δύο παρθένοι τοῖς ἐπιχωρίοις ἐδήλωσαν, πρὸς ἃς ἐχαλέπηναν αἱ νύμφαι καὶ αὐτὰς ἀντὶ παρθένων ἐλάτας ἐποίησαν.

λγ'. ΑΛΚΜΗΝΗ.

Ἱστορεῖ Φερεκύδης.

Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμὸν Εὐρυσθεὺς ἐξελάσας αὐτοὺς τῆς πατρίδος αὐτὸς ἐβασίλευεν. Οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι καταφυγόντες πρὸς Δημοφῶντα τὸν Θησέως ᾤκησαν τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς· Εὐρυσθεὺς δὲ πέμψας ἄγγελον εἰς Ἀθήνας πόλεμον προέλεγε τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ μὴ τοὺς Ἡρακλείδας ἐξελάσωσιν. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τὸν πόλεμον οὐκ ἀπολέγονται, Εὐρυσθεὺς δ' ἐνέβαλεν εἰς τὴν

Ἀττικὴν καὶ παραταξάμενος αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει μαχόμενος· ἡ δὲ πληθὺς ἐτράπη τῶν Ἀργείων· Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἀποθανόντος Εὐρυσθέως κατοικίζονται πόλιν ἐν Θήβαις. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Ἀλκμήνη κατὰ γῆρας ἀποθνήσκει καὶ αὐτὴν ἐξεκόμισαν Ἡρακλεῖδαι· ᾤκουν δὲ παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας, ὅθιπερ καὶ Ἡρακλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ. Ζεὺς δὲ Ἑρμῆν πέμπει κελεύων Ἀλκμήνην ἐκκλέψαι καὶ ἀπενεγκεῖν εἰς μακάρων νήσους καὶ δοῦναι Ῥαδαμάνθυϊ γυναῖκα· Ἑρμῆς δὲ πεισθεὶς Ἀλκμήνην ἐκκλέπτει, λίθον δ' ἀντ' αὐτῆς ἐντίθησιν εἰς τὴν σορόν. Οἱ δ' Ἡρακλεῖδαι ἐπεὶ τὴν λάρνακα φέροντες ἐβαρύνοντο, κατατίθενται· καὶ ἀποκαλύψαντες εὗρον ἀντὶ τῆς Ἀλκμήνης λίθον καὶ αὐτὸν ἐξελόντες ἔστησαν ἐν τῷ ἄλσει, ὅθιπερ ἐστιν τὸ ἡρῷον τὸ τῆς Ἀλκμήνης ἐν Θήβαις.

λδ'. ΣΜΥΡΝΑ.

Θείαντος τοῦ Βήλου καὶ Ὠρειθυΐας μιᾶς τῶν νυμφῶν ἐγένετο θυγάτηρ ἐν τῷ ὄρει τῷ Λιβάνῳ Σμύρνα. Ταύτην διὰ κάλλος πλεῖστοι καὶ ἐκ πόλεων πλείστων ἐμνήστευον· ἡ δὲ πολλὰ ἐμηχανᾶτο πρὸς ἀπάτην τῶν γονέων καὶ ἀνάθεσιν τοῦ χρόνου· δεινὸς γὰρ αὐτὴν ἔρως ἐξέμηνεν ἐπὶ τῷ πατρί. Καὶ κατὰ μὲν ἀρχὰς δι' αἰδῶ κατέκρυπτε τὴν νόσον· ἐπεὶ δὲ τὸ πάθος αὐτὴν προῆγεν, ἐξεῖπε τὸν λόγον πρὸς Ἱππολύτην τὴν τροφόν· ἡ δὲ παραδώσειν αὐτῇ ἄκος τοῦ παραλόγου πάθους ὑποσχομένη λόγον πρὸς τὸν Θείαντα προςέφερεν, ὅτι αὐτῷ κόρη

μακαρίων ἀνθρώπων ποθεῖ παραγενέσθαι κρυφαῖος εἰς τὴν κοίτην. Ὁ δὲ Θείας — οὐ γὰρ ἐπέγνωσκεν οἷα ἐπ' αὐτῷ ἐμηχανᾶτο — κατήνεσε τὸν λόγον· καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ οἴκῳ σκοταῖος ἐπὶ τῆς στρωμνῆς ἐξεδέχετο τὴν κόρην· ἡ δὲ τροφὸς κατακρύψασα τῇ ἐσθῆτι τὴν Σμύρναν παρήγαγε. Καὶ πλείονα χρόνον ἐλελήθει πρασσόμενον ἄχαρι καὶ ἄθεσμον ἔργον. Καὶ ὡς ἐκύησε μὲν ἡ Σμύρνα, Θείαντα δὲ πόθος ἔλαβεν ἐκμαθεῖν, ἥτις ἦν ἡ κύουσα. Καὶ ὁ μὲν κατέκρυψε πῦρ εἰς τὸν οἶκον· Σμύρνα δ' ὡς ἐξίκετο πρὸς αὐτὸν, ἐπάϊστος ἐγένετο προενεχθέντος ἐξαπίνης τοῦ πυρός· καὶ τὸ βρέφος μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς γαστρός· αὕτη δ' ἀνασχοῦσα τὰς χεῖρας ηὔξατο μήτε παρὰ ζῶσι, μήτ' ἐν νεκροῖς φανῆναι. Καὶ αὐτὴν ὁ Ζεὺς μεταβαλὼν ἐποίησε δένδρον καὶ ἐκάλεσεν ὁμώνυμον αὐτῇ Σμύρναν· τοῦτο λέγεται κατ' ἔτος ἕκαστον δακρύειν τὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου καρπόν. Καὶ Θείας μὲν ὁ πατὴρ τῆς Σμύρνης δι' ἔργον ἀθέμιστον ἑαυτὸν ἀνεῖλε· τὸ δὲ βρέφος Διὸς βουλῇ τρεφόμενον ὠνόμασαν Ἄδωνιν καὶ αὐτὸν Ἀφροδίτη πλεῖστον ἠγάπησε διὰ τὸ κάλλος.

λέ. ΒΟΥΚΟΛΟΙ.

Ἱστορεῖ Μενεκράτης Ξάνθιος Λυκιακοῖς καὶ Νίκανδρος.

Λητὼ ἐπεὶ ἔτεκεν Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἐν Ἀστερίᾳ τῇ νήσῳ, ἀφίκετο εἰς Λυκίαν, ἐπιφερομένη τοὺς παῖδας ἐπὶ τὰ λουτρὰ τοῦ Ξάνθου· καὶ ἐπεὶ τάχιστα ἐγένετο ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἐνέτυχε πρῶτα Μελίτῃ κρήνῃ· καὶ προεθυμεῖτο

πρὶν ἐπὶ τὸν Ξάνθον ἐλθεῖν, ἐνταυθοῖ τοὺς παῖδας ἀπολοῦσαι. Ἐπεὶ δ' αὐτὴν ἐξήλασαν ἄνδρες βουκόλοι, ὅπως ἂν αὐτοῖς οἱ βόες ἐκ τῆς κρήνης πίωσιν, ἀπαλλάττεται καταλιποῦσα τὴν Μελίτην ἡ Λητώ· λύκοι δὲ συναντόμενοι καὶ σήναντες ὑφηγήσαντο τῆς ὁδοῦ καὶ ἀπήγαγον ἄχρι πρὸς τὸν ποταμὸν αὐτὴν τὸν Ξάνθον. Ἡ δὲ πιοῦσα τοῦ ὕδατος καὶ ἀπολούσασα τοὺς παῖδας τὸν μὲν Ξάνθον ἱερὸν ἀπέδειξεν Ἀπόλλωνος, τὴν δὲ γῆν Τρεμιλίδα λεγομένην Λυκίαν μετωνόμασεν ἀπὸ τῶν καθηγησαμένων λύκων. Ἐπὶ δὲ τὴν κρήνην αὖτις ἐξίκετο δίκην ἐπιβαλοῦσα τοῖς ἀπελάσασιν αὐτὴν βουκόλοις· καὶ οἱ μὲν ἀπελούοντο ἔτι παρὰ τὴν κρήνην τοὺς βοῦς· Λητὼ δὲ μεταβαλοῦσα πάντας ἐποίησε βατράχους· καὶ λίθῳ τραχεῖ τύπτουσα τὰ νῶτα καὶ τοὺς ὤμους κατέβαλε πάντας εἰς τὴν κρήνην καὶ βίον ἔδωκεν αὐτοῖς καθ' ὕδατος· οἱ δ' ἄχρι νῦν παρὰ ποταμοὺς βοῶσι καὶ λίμνας.

λϛʹ. ΠΑΝΔΑΡΕΟΣ.

Ἡνίκα Ῥέα φοβουμένη Κρόνον κατέκρυψεν ἐν τῷ κευθμῶνι τῆς Κρήτης τὸν Δία, τότε αὐτὸν ἐξέθρεψεν Αἲξ νύμφη μαστὸν ὀρέγουσα. Τὴν Αἶγα δὲ Ῥέας βουλῇ κύων χρύσεος ἐφύλαττεν. Ἐπεὶ δὲ Ζεὺς Τιτῆνας ἐξελάσας τὸν Κρόνον ἀφείλετο τῆς ἀρχῆς, ἐποίησε τὴν μὲν Αἶγα μεταβαλὼν ἀθάνατον· καὶ αὐτῆς ἔτι νῦν εἴδωλόν ἐστιν ἐν τοῖς ἄστροις· τὸν δὲ κύνα τὸν χρύσεον ἀπέδειξε φυλάττειν τὸ ἱερὸν ἐν Κρήτῃ. Τοῦτον Πανδάρεος ὁ Μέροπος κλέψας ᾤχετο φέρων εἰς Σίπυλον καὶ αὐτὸν παρεδέξατο φυ-

λάττειν παρὰ τοῦ Πανδαρέου Τάνταλος ὁ Διὸς καὶ Πλουτοῦς. Ἐπεὶ δὲ μετὰ χρόνον Πανδάρεος ἐλθὼν εἰς Σίπυλον ἀπῄτει τὸν κύνα, Τάνταλος ὤμοσε μὴ λαβεῖν. Ζεὺς δὲ Πανδάρεον μὲν ἀντὶ τῆς κλοπῆς ἐποίησεν, ὅθιπερ εἱστήκει, πέτρον· Τάνταλον δέ, ἐπεὶ τὸν ὅρκον ἐψεύσατο, κατέβαλε καὶ περὶ αὐτὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον.

λζ'. ΔΩΡΙΕΙΣ.

Διομήδης μετα τὴν ἅλωσιν Ἰλίου παραγενόμενος εἰς Ἄργος Αἰγιάλειαν μὲν ἐμέμψατο τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ χάριν ἔργων Ἀφροδίτης· αὐτὸς δὲ εἰς Καλυδῶνα τῆς Αἰτωλίας ἀφίκετο καὶ ἀνελὼν Ἄγριον καὶ τοὺς παῖδας Οἰνεῖ τῷ προπάτορι τὴν βασιλείαν ἀποδίδωσιν. Αὖτις δὲ πλέων εἰς Ἄργος ὑπὸ χειμῶνος εἰς τὸν Ἰόνιον ἐκφέρεται πόντον. Ἐπεὶ δὲ παραγενόμενον αὐτὸν ἔγνω Δαύνιος ὁ βασιλεὺς ὁ τῶν Δαυνίων, ἐδεήθη τὸν πόλεμον αὐτῷ συμπολεμῆσαι πρὸς Μεσσαπίους ἐπὶ μέρει γῆς καὶ γάμῳ θυγατρὸς τῆς ἑαυτοῦ. Καὶ Διομήδης ὑποδέχεται τὸν λόγον. Ἐπεὶ δὲ παραταξάμενος ἐτρέψατο τοὺς Μεσσαπίους καὶ ἔλαβε τὴν γῆν, ταύτην μὲν Δωριεῦσιν ἔνειμεν τοῖς σὺν αὐτῷ· δύο δὲ παῖδας ἐκ τῆς θυγατρὸς ἔσχε τῆς Δαυνίου, Διομήδη καὶ Ἀμφίνομον. Τελευτήσαντα δ' αὐτὸν κατὰ γῆρας ἐν Δαυνίοις ἐκτέρισαν οἱ Δωριεῖς ἐν τῇ νήσῳ καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν Διομήδειαν· αὐτοὶ δ' ἐγεώργουν ἣν ἐδάσαντο παρὰ τοῦ βασιλέως γῆν, καὶ αὐτοῖς ἐξέφερε πλεῖστον καρπὸν κατ' ἐμπειρίαν γεωργικῶν ἔργων. Δαυ-

νίου δ' ἀποθανόντος ἐπεβούλευσαν Ἰλλυριοὶ βάρβαροι κατὰ φθόνον αὐτῶν τῆς γῆς καὶ ἀνεῖλον ἐν τῇ νήσῳ πάντας ἔντομα θύοντας ἐπιφανέντες οἱ Ἰλλυριοὶ τοὺς Δωριεῖς· Διὸς δὲ βουλῇ τὰ σώματα μὲν ἠφανίσθη τῶν Ἑλλήνων· αἱ ψυχαὶ δὲ μετέβαλον εἰς ὄρνιθας. Καὶ ἔτι νῦν Ἑλληνικὴ μὲν ἐπὰν καθορμίσηται ναῦς, φοιτῶσι πρὸς αὐτοὺς οἱ ὄρνιθες· Ἰλλυρικὴν δὲ φεύγουσι ναῦν καὶ ἀφανίζονται πάντες ἐκ τῆς νήσου.

λη'. ΛΥΚΟΣ.

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων α'.

Αἰακῷ τῷ Διὸς καὶ Αἰγίνης τῆς Ἀσωποῦ παῖδες ἐγένοντο Τελαμὼν καὶ Πηλεύς, καὶ τρίτος Φῶκος ἐκ Ψαμάθης τῆς Νηρέως. Τοῦτον ἐφίλησε περισσῶς Αἰακός, ὅτι καλὸς κἀγαθὸς ἦν ἀνήρ. Πηλεὺς δὲ καὶ Τελαμὼν φθονήσαντες αὐτῷ κτείνουσι θανάτῳ κρυφαίῳ καὶ διὰ τοῦτ' ἐξελαθέντες ὑπ' Αἰακοῦ τὴν Αἴγιναν ἐξέλειπον. Ὤικησε δὲ Τελαμὼν μὲν Σαλαμῖνα τὴν νῆσον· Πηλεὺς δ' ἐξίκετο πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἴρου καὶ ἱκετεύσας καθαίρεται παρ' αὐτῷ τὸν φόνον· καὶ αὖτις Εὐρυτίωνα ἐν κυνηγεσίοις ἄκων ἐπὶ συὸς βολῇ κτείνει· καὶ φυγὼν ἔρχεται παρὰ Ἄκαστον, οὗ ὑπὸ τῆς γυναικὸς πρὸς ἀφροδίσιον ἔργον*** καταλείπεται μόνος ἐν τῷ Πηλίῳ· καὶ πλαζόμενος ἐντυγχάνει Χείρωνι τῷ Κενταύρῳ· ἱκετεύοντα δὲ αὐτὸν ὑποδέχεται ἐκεῖνος εἰς τὸ ἄντρον. Καὶ Πηλεὺς ἀγείρας πολλὰ πρόβατα καὶ βοῦς ἄγει πρὸς τὸν Ἶρον κατὰ ποινὴν τοῦ φόνου. Ταύτην οὐχ ὑποδέχεται τὴν

ποινὴν ὁ Ἶρος, ἀλλὰ Πηλεὺς ἀπαγαγὼν ἀφίησιν κατὰ χρησμὸν θεοῦ. Καὶ τὰ πρόβατα νομέων ἔρημα λύκος ἐπελθὼν κατέδει· καὶ ὁ λύκος οὗτος κατὰ δαίμονα μεταβαλὼν ἐγένετο πέτρος· καὶ ἄχρι πλείστου διέμενε μεταξὺ Λοκρίδος καὶ τῆς Φωκέων γῆς.

λθ'. ΑΡΚΕΟΦΩΝ.

Ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ β'.

Ἀρκεοφῶν ὁ Μιννυρίδου πόλεως μὲν ἦν Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ, γονέων δὲ οὐκ ἐπιφανῶν, ἦσαν γὰρ ἐκ Φοινίκης, χρήμασι δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ πλεῖστον ὑπερήνεγκεν. Οὗτος ἰδὼν τὴν θυγατέρα τὴν Νικοκρέοντος τοῦ Σαλαμινίων βασιλέως ἠράσθη. Γένος δ' ἦν τοῦ Νικοκρέοντος ἀπὸ Τεύκρου τοῦ ξυνελόντος Ἴλιον Ἀγαμέμνονι· παρ' ὃ καὶ μᾶλλον ὁ Ἀρκεοφῶν ἐφίετο τοῦ γάμου τῆς παιδός· καὶ ὑπέσχετο πλεῖστα παρὰ τοὺς ἄλλους μνηστῆρας ἀποίσειν ἕδνα. Νικοκρέων δ' οὐχ ὑποδέχεται τὸν γάμον κατ' αἰσχύνην γένους τοῦ Ἀρκεοφῶντος, ὅτι αὐτῷ πατέρες ἦσαν Φοίνικες. Ἀρκεοφῶντι δ' ἀποτυγχανομένῳ πρὸς τὸν γάμον πολὺ χαλεπώτερος ἦν ὁ ἔρως· καὶ νυκτὸς ἐπὶ τὰ οἰκία τῆς Ἀρσινόης ἐφοίτα καὶ διενυκτέρευσε μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν. Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ πρὸς τὸ ἔργον οὐδὲν ἐτυγχάνετο, πείθει τροφὸν ἑαυτοῦ καὶ πλεῖστα δῶρα πέμψας ἐπειράθη τῆς παιδὸς, εἴπως αὐτῷ δύναιτο κρύφα μιχθῆναι τῶν γονέων. Ἡ δὲ παῖς, ἐπεὶ τὸν λόγον ἡ τροφὸς αὐτῇ προςήνεγκε, κατεμήνυσε πρὸς τοὺς γονέας οἱ δὲ γλῶσσαν ἄκραν καὶ ῥίνα καὶ δακτύλους

ἀποτεμόντες τῆς τροφοῦ καὶ λωβησάμενοι ἀνοίκτρως ἐξήλασαν ἐκ τῶν οἰκίων. Καὶ πρὸς τὸ ἔργον ἐνεμέσησεν ἡ θεός. Ἀρκεοφῶν μὲν οὖν καθ' ὑπερβολὴν πάθους καὶ ὑποψίαν τὴν πρὸς τὸν γάμον ἑκὼν ἀποθνήσκει κατὰ τροφῆς ἔνδειαν· οἱ δὲ πολῖται τὸν θάνατον οἰκτείραντες ἐπένθησαν· ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ τὸ σῶμα προήνεγκαν εἰς ἐμφανὲς οἱ προςήκοντες. Καὶ οἱ μὲν ἔμελλον κηδεύσειν, Ἀρσινόη δὲ πρὸς ὕβριν ἐπεθύμησεν ἐκ τῶν οἴκων ἐκκύψασα τὸ σῶμα τὸ τοῦ Ἀρκεοφῶντος κατακαιόμενον ἰδεῖν. Καὶ ἡ μὲν ἐθεᾶτο, μισήσασα δὲ τὸ ἦθος Ἀφροδίτη μετέβαλεν αὐτὴν καὶ ἐποίησεν ἐξ ἀνθρώπου λίθον καὶ τοὺς πόδας ἐῤῥίζωσεν ἐπὶ τὴν γῆν.

μ΄. ΒΡΙΤΟΜΑΡΤΙΣ.

Κασσιεπείας τῆς Ἀραβίου καὶ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος ἐγένετο Κάρμη· ταύτῃ μιγεὶς Ζεὺς ἐγέννησε Βριτόμαρτιν. Αὕτη φυγοῦσα τὴν ὁμιλίαν τῶν ἀνθρώπων ἠγάπησεν ἀεὶ παρθένος εἶναι. Καὶ παρεγένετο πρῶτα μὲν ἐπ' Ἄργος ἐκ Φοινίκης παρὰ τὰς Ἐρασίνου θυγατέρας Βύζην καὶ Μελίτην καὶ Μαίραν καὶ Ἀγχιρόην· ἔπειτα δ' ἐκ τοῦ Ἄργους εἰς Κεφαλληνίαν ἀνέβη καὶ αὐτὴν ὠνόμασαν οἱ Κεφαλλῆνες Λαφρίαν· καὶ ἱερὸν ἤγαγον ὡς θεῷ. Ἔπειτα ἔρχεται εἰς Κρήτην, καὶ αὐτὴν ἰδὼν Μίνως καὶ ἐρασθεὶς ἐδίωκεν· ἡ δὲ κατέφυγε παρ' ἄνδρας ἁλιέας· οἱ δὲ αὐτὴν κατέδυσαν εἰς τὰ δίκτυα καὶ ὠνόμασαν ἐκ τούτου Κρῆτες Δίκτυνναν καὶ ἱερὰ προςήνεγκαν. Ἐκφυγοῦσα δὲ Μίνωα ἐξίκετο ἡ Βριτόμαρτις εἰς Αἴγιναν ἐν πλοίῳ σὺν ἀνδρὶ ἁλιεῖ

Ἀνδρομήδει. Καὶ ὁ μὲν αὐτῇ ἐνεχείρησεν ὀρεγόμενος μιχθῆναι· ἡ δὲ Βριτόμαρτις ἀποβᾶσα ἐκ τοῦ πλοίου κατέφυγεν εἰς ἄλσος, ὅθιπέρ ἐστι νῦν αὐτῆς τὸ ἱερόν, κἀνταῦθα ἐγένετο ἀφανὴς καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν Ἄφαιαν. Ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τόνδε τόπον, ἐν ᾧ ἀφανὴς ἐγένετο ἡ Βριτόμαρτις, ἀφιέρωσαν Αἰγινῆται καὶ ὠνόμασαν Ἀφάην καὶ ἱερὰ ἐπετέλεσαν ὡς θεῷ.

μα'. ΑΛΩΠΗΞ.

Κέφαλος ὁ Δηΐονος ἔγημεν ἐν Θορικῷ τῆς Ἀττικῆς Πρόκριν τὴν θυγατέρα τὴν Ἐρεχθέως. Ἦν δὲ ὁ Κέφαλος νέος καὶ καλὸς καὶ ἀνδρεῖος· ἐρασθεῖσα δὲ διὰ τὸ κάλλος ἥρπασεν αὐτὸν Ἠὼς καὶ ἐποιήσατο σύνοικον. Τότε δ' οὖν ὁ Κέφαλος ἐπειρᾶτο τῆς Πρόκριδος, εἰ συμμένειν ἀδιάφθορος αὐτῷ ἐθελήσαι. Καὶ αὐτὸς μὲν καθ' ἥντινα πρόφασιν ἐσκήψατο εἰς θήρας ἰέναι· Πρόκριδι δὲ εἰςαπέστελλεν ἄνδρα οἰκέτην ἀγνῶτα φέροντα χρυσὸν πολὺν καὶ αὐτὸν ἐδίδασκε λέγειν πρὸς τὴν Πρόκριν, ὅτι ἀνὴρ ξένος ἐρασθεὶς διδοῖ τοῦτο τὸ χρυσίον, εἰ αὐτῷ συγγένοιτο. Ἡ δὲ Πρόκρις τὸ μὲν πρῶτον ἀπολέγεται τὸν χρυσόν, ἐπεὶ δὲ διπλάσιον εἰςέπεμψε, ὁμολογεῖ καὶ προςδέχεται τὸν λόγον. Ὁ δὲ Κέφαλος ὅτε αὐτὴν ἔγνω παρελθοῦσαν εἰς τὸν οἶκον καὶ κατακλινεῖσαν ὡς παρὰ τὸν ξένον, δᾷδα καιομένην παρήνεγκε καὶ κατεφώρασεν αὐτήν. Πρόκρις δὲ καταλιποῦσα τὸν Κέφαλον ὑπ' αἰσχύνης ᾤχετο φεύγουσα παρὰ Μίνωα τὸν βασιλέα τῶν Κρητῶν. Καταλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἐχόμενον ὑπ' ἀτεκνίας ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν

τὸν τρόπον αὐτῷ, εἰ γένοιντο παῖδες. Ὁ γὰρ Μίνως οὐρέσκεν ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας, καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες ὅσαις ἐμίγνυτο. Πασιφάη δ' ἦν Ἡλίου θυγάτηρ ἀθάνατος. Ἥγ' οὖν Πρόκρις ἐπὶ τῇ γονῇ Μίνωος μηχανᾶται τοιόνδε· κύστιν αἰγὸς ἐνέβαλεν εἰς γυναικὸς φύσιν καὶ ὁ Μίνως τοὺς ὄφεις πρότερον ἐξέκρινεν εἰς τὴν κύστιν, ἔπειτα δὲ παρὰ τὴν Πασιφάην εἰσιὼν ἐμίγνυτο. Καὶ ἐπεὶ αὐτοῖς ἐγένοντο παῖδες, ὁ Μίνως διδοῖ τῇ Πρόκριδι τὸν ἄκοντα καὶ τὸν κύνα· τούτους δὲ οὐδὲν ἐξέφυγε θηρίον, ἀλλὰ πάντα ἐχειροῦντο. Καὶ ἡ Πρόκρις δεξαμένη ἀφίκετο εἰς Θορικὸν τῆς Ἀττικῆς, ὅπου ᾤκει ὁ Κέφαλος καὶ σὺν αὐτῷ ἐκυνηγέτει, ἐξαλλάξασα τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν κουρὰν τῆς κεφαλῆς εἰς ἄνδρα, καὶ οὐδεὶς αὐτὴν ἰδὼν ἐγνώρισε. Κέφαλος δὲ ἰδὼν, ὅτι αὐτῷ μὲν οὐδὲν ἐπετύγχανε τῶν πρὸς τὴν θήραν, ἅπαντα δὲ συνέφερε πρὸς τὴν Πρόκριν, ἐπεθύμησεν αὐτὸς τὸν ἄκοντα τοῦτον λαβεῖν. Καὶ προςυπέσχετο δώσειν, εἰ αὐτῇ τῆς ὥρας ἐθελήσαι τῆς ἑαυτοῦ χαρίσασθαι. Ὁ δὲ Κέφαλος παρέχεται τὸν λόγον, καὶ ὅτε κατεκλίνησαν, ἐξέφηνεν ἑαυτὴν ἡ Πρόκρις καὶ ὠνείδισε τὸν Κέφαλον, ᾗ αὐτὸς πολὺ αἴσχιον ἐξαμάρτοι. Καὶ τὸν μὲν κύνα καὶ τὸν ἄκοντα λαμβάνει Κέφαλος. Ἀμφιτρύων δὲ χρήζων τοῦ κυνὸς ἐξίκετο παρὰ τὸν Κέφαλον, εἴγε ἐθελήσειεν ἅμα αὐτῷ ἐπὶ τὴν ἀλώπεκα βῆναι σὺν τῷ κυνὶ καὶ ὑπέσχετο τῆς λείας Ἀμφιτρύων ἀποίσειν τῷ Κεφάλῳ τὴν μοῖραν, ἣν ἂν ἐκ τῶν Τηλεβόων λάβῃ. Ἐφάνη γὰρ ἐν χρόνῳ τούτῳ Καδμείοις

ἀλώπηξ, χρῆμά τι ἐξηλλαγμένον· αὕτη συνεχῶς ἐκ τοῦ Τευμησσοῦ κατιοῦσα πολλάκις τοὺς Καδμείους ἡρπάζετο· καὶ αὐτῇ προὐτίθεσαν παιδίον διὰ τριακοστῆς ἡμέρας· ἡ δὲ κατήσθιε λαμβάνουσα. Καὶ ἐπειδὴ Ἀμφιτρύωνος ἰόντος ἐδεήθη Καδμείων ἐπὶ Τηλεβόας αὐτῷ συστρατεῦσαι καὶ οἵδ' οὐκ ἔφασαν εἰ μὴ αὐτοῖς τὴν ἀλώπεκα συνεξέλοι, συντίθεται Ἀμφιτρύων ἐπὶ τούτοις πρὸς τοὺς Καδμείους. Καὶ ἐλθὼν πρὸς τὸν Κέφαλον ἔλεγε τὴν συνθήκην καὶ ἔπειθε βῆναι εἰς ἄσσον τῷ κυνί· ὁ δὲ Κέφαλος ἀποδέχεται καὶ ἐλθὼν κυνηγετεῖ τὴν ἀλώπεκα. Ἦν δὲ θεμιτὸν, οὔτε τὴν ἀλώπεκα καταληφθῆναι ὑπό τινος διώκοντος, οὐδὲ τὸν κύνα ἐκφυγεῖν διωκόμενον οὐδέν. Ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ πεδίῳ τῶν Θηβαίων, Ζεὺς ἰδὼν ἐποίησεν ἀμφοτέρους λίθους.

Τ Ε Λ Ο Σ.

ANTONINI LIBERALIS

TRANSFORMATIONUM

CONGERIES.

GUILIELMO XYLANDRO

AUGUSTANO

INTERPRETE.

Cap. I. *Ctesylla.* Ctesylla Julide Cei insulae urbe nata fuit, filia Alcidamantis. Hanc cum Hermochares Atheniensis choream agere vidisset Pythiis ad aram Apollinis Carthaeae, (urbs ea est insulae eiusdem) amore eius est correptus. Itaque in malum inscripsit iuramentum, quo per Dianam iuraret virgo, se Hermochari Atheniensi nupturam: id malum abiecit in fanum Dianae, sublatumque id Ctesylla legit: lectoque iuramento, prae pudore abiecit, neque aequiore tulit animo quam Cydippe ab Acontio decepta. Caeterum Hermochari petenti nuptias pactus est Alcidamas, laurumque tangens Apollinem iuravit. Exacto autem Pythiorum tempore, oblitus iuramenti, filiam alteri despondit. Cum autem Ctesylla rem sacram faceret in fano Dianae, repulsae impatiens Hermochares eodem irrupit: et eo conspecto, Ctesylla divino impulsu amorem eius concepit: reque cum nutrice composita, noctu clam patre Athenas navigavit, nuptiaeque cum Hermochare sunt perfectae. In partu autem Ctesylla adversa usa valetudine, decessit, dei voluntate, propter patris periurium. Cuius cadaver cum ad sepulturam efferretur, columba e sandapila evolavit, corpusque mortuae nusquam apparuit. Consulenti porro oraculum Hermochari, respondit deus, ut apud Julitas templum poneret,

sacrum Veneri Ctesyllae. Ceis etiam oraculum datum est: hique etiamnum Veneri sacrificant, Ctesyllam eam appellantes, alii Ctesyllam Hecaergam.

Cap. II. *Meleagrides.* Oeneus Porthei F. Martis N. regnavit Calydone. ex Althaea Thestii filia tulit filios, Meleagrum, Pherea, Agelaum, Toxeum, Clymenum, et Periphantem: filias Gorgem, Eurimedam, Deianiram, Melanippam. Is cum primitias frugum pro regione diis offerret, oblitus fuit Dianae. quae irata, aprum immisit, qui et terram vastavit, et multos interfecit. Iccirco Meleager et Thestii filii virtute praestantissimos e Graecia conduxerunt, apri eius occidendi gratia. qui cum convenissent, et aprum necassent, Meleager carnes eius distribuit, caput autem et pellem sibi eximia praemii loco servavit. Diana autem, ira ob caedem sacri apri aucta, rixam inter eos excitavit. Etenim Thestii filii ac reliqui Curetes pellem attrectavere, dimidium praemiorum ad se pertinere dicentes: sed Meleager vi ea ademit, ac filios Thestii occidit. Hac occasione bellum inter Curetes et Calydonios ortum est: ad quod Meleager non exiit, iratus ob diras quibus ipsum mater propter fratrum necem devoverat. Cum autem Curetes iam essent urbem capturi, uxor Cleopatra ei persuasit, ut Calydonios tueretur. Egressus autem contra Curetas, periit: cremata a matre face, quam ei Parcae dederant. nam hoc fatum Meleagro dederant, ut tamdiu viveret, quam diu fax ista durаret. Reliqui etiam Oenei filii in pugna mortem oppetierunt: maximusque apud Calydonios luctus Meleagri causa extitit. Sorores autem ad sepul-

crum eius absque ulla intermissione fleverunt, donec eas Diana virga tactas in aves mutavit, et in Lerum insulam deportavit, imposito Meleagridum nomine. atque eae etiamnum certo anni tempore dicuntur Meleagrum lugere. Duae autem de filiabus Althaeae, Gorgo et Deianira feruntur formam non mutasse, beneficio Bacchi, cui eam gratiam Diana fecerit.

Haec et praecedens narratio ex tertio libro Nicandri de mutationibus, seu alterationibus formarum desumtae sunt. Quae sequitur, Boei est, libro de Avium ortu, sive Ornithogonia.

Cap. III. *Hierax.* Fuit apud Mariandynos Hierax, vir iustus, et illustris. is templa Cereri posuit, plurimosque ex ea fructus percepit. At postquam Teucri tempore legitimo sacra Neptuno non persolverunt, sed ea prae negligentia omiserunt, indignatus Neptunus fruges eorum perdidit, ingentemque a mari cetum ipsis immisit. Teucri cum ceto simul et fami ferendo *) non essent, ad Hieracem miserunt, qui auxilium adversus famem ab eo poscerent. isque cum triticum, tum alia misit alimenta. Irritatus eo facto Neptunus, ob suos ab eo honores deminutos, in avem ipsum convertit, quae nunc Graecis Hierax, Accipiter Latinis dicitur. Mores quoque eius pristinos prorsus immutavit: eum enim qui hominibus fuerat charissimus, volucribus invisissimum reddidit: et qui ab interitu multos homines vindicaverat, fecit ut is plurimas necaret aves.

*) Verheykius *ferendae.*

Cap. IV. *Cragaleus.* Dryopis filius Cragaleus, in terra Dryopide habitabat, ad lavacra Herculis, quae ferunt Herculem clava percussis montis tabulis aperuisse. Erat is Cragaleus iam profecta aetate, habebaturque a popularibus iustus ac prudens. Ad eum boves pascentem accedunt Apollo, Diana, et Hercules, disceptaturi causam de Ambracia Epiri. Apollo eam urbem sibi vindicabat, quia pater esset Melanei, qui Dryopum rex fuisset, belloque totam Epirum cepisset: ac procreasset Eurytum et Ambraciam, a qua urbi Ambraciae nomen sit factum: sed et a se maxima in urbem profecta esse beneficia. Suo enim iussu Sisyphi posteros advenisse, et bellum quod Ambraciotis erat contra Epirotas, confecisse. Torgum quoque Cypseli fratrem, suis motum oraculis, coloniam a Corintho Ambraciam deduxisse. Tum Ambraciotas ipsius ductos oraculis, contra Phalaecum, qui tyrannidem eam in urbem arripuisset, insurrexisse: ex eaque occasione multos fuisse a Phalaeco interfectos. In summa se in ea urbe saepe bellum civile, rixas, et seditionem sedasse, et horum loco ius iusticiamque et leges introduxisse: atque ob id hodieque se ab Ambraciotis in festivitatibus et publicis conviviis servatorem Pythium cantari. Diana vero litigare cum Apolline desinens, petebat ut ultro sibi Ambraciam concederet, quam hac ducta occasione sibi deposceret. Quo tempore Phalaecus eam tyrannide premebat, metusque omnes ab eius caede detinebat, se venanti tyranno catulum leonis exhibuisse: quae cum is in manus sumsisset, leae-

Lis inter deos de Ambracia.

nam matrem e sylva erupisse, et in Phalaecum impetu dato, pectus eius dilaniasse. ideo Ambraciotas servitutis excusso iugo, Dianam principem placasse: venatricisque Dianae simulacro facto, feram ei apposuisse. At Hercules cum Ambraciam, tum universam Epirum ad se pertinere ostendebat. Nam Celtas, Chaonas, Thesprotos, et universos Epirotas bello, quod intulissent, a se subactos, quo tempore coniunctis viribus sibi boves Geryonis adimere essent aggressi. Aliquanto post colonos a Corintho venisse, qui pulsis Ambraciae civibus urbem denuo tenuerint. atqui omnes Corinthios esse ab Hercule ortos. His auditis Cragaleus urbem Herculi adiudicavit. Apollo autem iratus, manu eum corripuit, inque saxum mutavit, eo quo steterat loco. Ambraciotae autem sacrificant quidem Apollini servatori: urbem tamen Herculis esse, eiusque liberorum statuerunt. et post festum Herculis, in hunc usque diem Cragaleo exta immolant. *Narrat Nicander primo Alteratorum libro, et Athanadas in Ambracicis.*

Cap. V. *Aegypius.* Aegypius (ut est apud Boeum libro de Avium ortu primo) Anthei F. Nomionis N. in extremis Thessaliae habitavit finibus: charus fuit, et diis ob pietatem, et hominibus magnanimitatis iusticiaeque causa. Is cum vidisset Timandram, amore eius captus est: cumque viduam esse intellexisset, pecunia data impetravit, ut ipsi ad se domum ventitanti corporis sui potestatem faceret. Aegre id ferens Neophron Timandrae filius, Aegypii aequalis: insidiasque ei struens, multis donis Bulidem Aegypii matrem eo pellexit,

ut cum ea domum suam deducta rem haberet. Horam deinde mature cognoscens, qua ad Timandram erat Aegypius venturus, suam matrem quacunque occasione domo emisit, inque eius locum matrem Aegypii introduxit, se ad eam rediturum simulans: itaque ambobus imposuit. Aegypius nihil eorum quae Neophron machinatus fuerat supputans, cum matre corpus miscuit, quam esse Timandram putabat. Eum somno iam captum Bulis agnovit, arreptoque gladio, oculos filio eruere, et se ipsam necare statuit. Apollinis interim voluntate somno Aegypius solvitur: intellectisque Neophronis insidiis, in coelum sublatis oculis, optavit omnia secum aboleri. Jupiter porro eos in volucres mutavit, factique sunt Aegypius et Neophron aegypii (id est, vultures) cognomines, minor tamen corpore Neophron. Bulis in mergum abiit, eique Jupiter alimentum tale destinavit, ut nihil terra editum edat, sed tantum oculis piscium, avium, aut serpentum vescatur, quia filio Aegypio oculos erat ademtura. Timandra in parum (siquidem is est Graecorum aegithallus) est mutata: neque unquam eodem loco hae aves visae sunt.

Cap. VI. *Periphas.* Terrigena fuit in Attica Periphas, natus antequam terrae filius Cecrops existeret. Is regnum in priscos homines obtinuit, fuitque iustus, dives, ac pius: et templa plurima condidit Apollini, plurimasque diiudicavit controversias. neque eum ullus hominum culpavit, sed omnibus volentibus electus fuit: atque ob excellentiam factorum eius, honores Jovi debitos homines ad Periphantem transtulerunt, eique templa et

delubra posuerunt, Jovisque Servatoris, Inspectoris, et Benigni nomine coluerunt. Itaque Jupiter succensens, statuit totam eius domum fulmine comburere. Apolline autem deprecante extremam familiae eius perniciem, a quo nimirum ipse coleretur: Jupiter Apollini hoc dans, in domum Periphantis venit, eumque cum uxore versantem offendens, utraque manu pressum in aquilam commutavit: uxoremque eius orantem ut se quoque in avem Periphantis consuetudine utentem verteret, phanam, id est fulicam fecit. Periphanti porro ob pietatem qua inter homines praestiterat, hoc honoris tribuit, ut rex omnium avium esset, sacrique custos fulminis, et ad summum *) adiret solium. uxori autem Periphantis, ut avis ea ad omnes actiones hominibus secunda appareret. *Indidem.*

Cap. VII. *Anthus.* Autonous Melanei F. ex Hippodamia filios nactus est, Erodium, Anthum, Schoeneum, Acanthum: et filiam Acanthidem, quam forma pulcherrimam dii fecerunt. Habuit is Autonous equorum armenta plurima, eaque pascebantur ab Hippodamia uxore et filiis eius. Caeterum Autonoo plurimum agri possidenti nullus cum fructus perciperetur, ob culturae neglectum, sed iuncos ei solum, spinasque ferret: inde nomina filiis Acantho et Schoeneo, filiaeque Acanthidi imposuit maximumque natu Erodium appellavit, quod ipsum destituisset terra. Is Erodius armentorum equorum studiosissimus, ea pastum in pratum compulerat.

*) *suum* dedit Verheykius, sed Xylander in Erratis correxit *summum*.

unde cum ea Anthus expulisset, equae a pabulo exclusae in furorem versae sunt: nactaeque Anthum devorarunt, multa deos opem flagitantem. Et pater quidem Autonous prae dolore attonitus, equas abigere cunctatus est, itemque adolescentis famulus. mater vero cum equabus depugnans ob corporis imbecillitatem pestem filio depellere non potuit. Cum autem hoc modo extinctum Anthum deflerent, Jupiter et Apollo misericordia ducti, universos in aves mutaverunt: Autonoum in ocnum, quod pater ad ferendum filio auxilium segnis fuisset: matrem in corydum, quod se adversus equas armasset, pro filio propugnans: ipsum autem Anthum, erodium: Schoeneum, Acanthum, et Acanthyllida in aves pristinis suis nominibus insignes: famulum Anthi comitem itidem in erodium, sed pello longe minorem. atque hic erodius nuspiam antho adsidet, neque anthus ephippo, quod ab equis pessime fuisset tractatus. atque etiamnum anthus equi vocem audiens fugit, simul eam imitans. *Indidem.*

Cap. VIII. *Lamia, sive Sybaris.* In imo Parnassi versus meridiem mons est (ut quarto Alteratorum libro Nicander narrat) Cirphis, pone Crissam, inque eo etiamnum antrum praegrande, in quo fera degebat olim ingens et monstrosae magnitudinis adeo, quam alii Lamiam, alii Sybarin nominabant. Ea fera singulis diebus in agros grassabatur, pecus hominesque rapiens. Iamque Delphi de mutandis sedibus cogitabant, et oraculum consulebant de loco in quem migrarent. Tum Deus, malo eos isto liberatum iri pronunciavit, si manentes vellent ad antrum exponere puerum unum

de civium filiis. ipsi mandata peragebant. Sorte ad hoc ductus est Alcyoneus, Diomi et Meganirae F. quem unum pater genuerat, et vultu et indole praeditus eleganti. eum coronis redimitum, sacerdotes ad Sybaridis speluncam abduxerunt. At vero genii cuiusdam impulsu Eurybatus Euphemi F. ab Axio fluvio genus trahens, generoso animo iuvenis, a Curetide proficiscens, in Alcyoneum, cum is ad antrum duceretur, incidit: et amore eius correptus, scitatus causam viae, indignum facinus se facturum putavit, si puerum ita misere interfici sineret, neque ei pro viribus suis opitularetur. Itaque Alcyoneo detractas coronas, suo imposuit capiti, seque eius loco duci iussit. adductusque ad antrum a sacerdotibus, irrupit, Sybarinque e lecto vi abreptam in lucem protulit, ac de saxis praecipitem egit. ea capite ad imos Crissae processus alliso, eo e vulnere decessit. Caeterum isto e saxo fons erupit: qui ab incolis Sybaris dicitur. Inde etiam Locri urbem Sybarim condiderunt in Italia.

Cap. IX. *Emathides.* Jupiter (ut ibidem refertur) in Pieria congressus cum Mnemosyna, Musas genuit. Regnabat eo tempore in Emathia Pierus *) indigena, eique novem erant filiae, quae chorum suum Musis opposuerunt: certamenque Musicum est in Helicone commissum. Quando autem filiae Pieri canebant, omnia caligine obscurabantur, nihilque ad choream obtemperabat. At Musarum cantu sistebatur coelum, astra, mare, flumina: et

*) Hoc voluit Xylander, nisi fallor, in Erratis, loco vitiosi *Pierius*.

Helico voluptate delinitus, ad coelum usque crescebat: donec eum consilio Neptuni Pegasus inhibuit, verticem pede percutiens. Quoniam autem certamen iniverant mortales, cum deabus, Musae eas in aves transformarunt, numero novem: quae etiamnum inter homines nominantur, Colymbas, Jynx, Cenchris, Cissa, Chloris, Acalanthis, Nessa, Pipo, Dracontis.

Cap. X. *Minyades.* Minyas Orchomeni F. habuit filias, Leucippam, Arsippam, et Alcathoëm*). Hae operum nimio studio arserunt, plurimumque alias mulieres repraehenderunt, quod urbe relicta in montibus eae baccharentur. Tandem Bacchus puellae sumta forma, eas hortatus est, ne sacra et mysteria Dei desererent. cumque animum non adverterent, indigne ferens Bacchus, e puella in taurum, leonem, et pardalim est mutatus: fluxitque ei ex * nectar et lac. His prodigiis territae, paulo post sortes in urnam coniectas concusserunt: exiitque sors Leucippae. Ea vovit Deo sacrificium, suumque filium Hippasum adiuvantibus sororibus dilaniavit. Inde paterna domo deserta, in montibus bacchatae sunt, pastaeque hederam, smilacem, et laurum: donec eas Mercurius virga tactas, in volucres convertit, vespertilionem, ululam, et byzam. et hae tres fugiunt radios Solis. *Ibidem hoc narratur, et a Corinna.*

Cap. XI. *Aëdon, seu Luscinia.* Pandareus (ut est apud Boeum in Ornithogonia) in

---

*) *Alcathoën* vel *Alcathoam* scribere debuisset. Putares de compacto agere Graecorum scriptorum interpretes; adeo in hoc errore plerique conspirant. Munck.

agro Ephesio habitavit, quo loco nunc iuxta urbem est Prion. Huic Ceres id largita est beneficii, ut venter eius cibis nunquam gravaretur, quantumcunque ingessisset. Fuit Pandareo filia Aëdon: eam duxit Polytechnus faber, Colophone Lydiae habitans: plurimumque temporis suaviter una vixerunt, unico filio procreato, cui nomen Itys. Fuerunt autem felices, quandiu deos debito affecere honore. At postquam inani voce gloriati sunt, magis se invicem amare, quam Jupiter et Juno se mutuo diligant: Juno offensa eo dicto, Eridem ad eos misit, quae contentionem operum iniiceret ipsis. Paululum restabat Polytechno ad curulem sellam conficiendam, et Aëdoni ad pertexendam telam. itaque hanc sponsionem coëunt, ut uter ipsorum celerius suum opus absolvisset, ei alter famulam daret. Citius telam pertexuit Aëdon, Junone opus adiuvante. Cui invidens victoriam Polytechnus, ad socerum proficiscitur, simulans se ab uxore missum ad adducendam secum sororem Chelidonidem: et Pandareus nihil mali suspicatus, filiam Chelidonidem ei committit. Ei Polytechnus in sylva virginitatem eripit: tonsoque capite, aliis eam vestibus induit: mortemque minatus, si quid horum unquam Aëdoni indicasset, ita domum reversus, eam uxori loco ancillae, quam ex pacto convento debebat, tradit. Aliquandiu eam soror operis exigendis attrivit, donec Chelidonis cum urna ad fontem prolixe suam deplorans calamitatem, a sorore exaudita est. Postquam se mutuo agnoverunt, et consalutaverunt, malum illico Polytechno sunt machinatae. Filium eius in frusta conciderunt, carnes in ollam conie-

ctas coxerunt: cumque Aëdon vicino suo mandasset, ut Polytechnum eas iuberet edere, ipsa cum sorore ad patrem Pandareum pervenit, indicavitque in quas devenisset miserias. Polytechnus cognito, se filii sui carnes edisse, eas ad patrem usque insecutus est. At famuli Pandarei eum, quod tantum familiae Pandarei probrum intulisset, correptum insolubili vinculo constrinxere: corpusque melle inunctum, in pascuum proiecerunt. ubi cum muscae adsidentes eum divexarent, Aëdon ob pristinam miserata amicitiam, eas abigebat. Quod cum deprachendissent parentes et frater, odio concitati eam statuerunt interficere. Sed Jupiter Pandareum miseratus, antequam in domum eius graviora inciderent mala, eos omnes in aves convertit: quae partim ad mare usque provolarunt, partim in aërem subvolarunt. Pandareus mutatus est in haliaeetum, mater Aëdonis *) in alcyonem: statimque se in mare voluerunt deiicere, sed Jupiter id prohibuit. atque hae aves navigantibus sunt secundae. Polytechnus in pelecanem transiit, quod ei Vulcanus fabrificanti securim dedisset, atque ea avis fabris visa fausta est. Frater Aëdonis upupa extitit, quae avis terra marique est auspicata: idque magis, si coniungitur haliaeeto, aut alcyoni. Aëdon, quae est luscinia, circum fluvios et nemora filium Ityn deplorat. Chelidonis hirundo facta est, hominum contubernalis, Dianae consilio: quod invita virginitatem amittens, plurimum invocasset Dianam. *Nicander libro Alteratorum ter-*

*) Xylander in Erratis correxit *Aëdon.*

tio, et Areus Laco in carmine, cui Cygnus nomen est, id narrant quod sequitur.

Cap. XII. *Cygnus.* Apollini e Thyria Amphinomi filia natus est Cygnus, facie formosa, moribus inelegantibus et agrestibus, nimio studio venationibus deditus. habitabat ruri inter Pleuronem et Calydonem. Multos habuit ob pulcritudinem amatores: quorum cum prae superbia admitteret neminem: mox omnibus invisus, ab iisque est desertus, solo Phylio apud ipsum perseverante. quanquam hunc quoque non mediocribus affecit contumeliis. Extiterat sub id tempus apud Aetolos ingens leo, qui et in ipsos et in pecus grassabatur. hunc Cygnus iussit Phylium sine ferro interficere. idque is in se recepit, leonemque tali necavit astu. Cum sciret qua hora leo esset superventurus, ventrem implevit multo cibo ac vino. cumque bellua appropinquaret, ea evomit. quae leo famelicus devorans, vini vi est stupido sopore obrutus. et Phylius brachio, cui vestem suam circumvolverat, in os inserto leonem suffocavit: sublatumque in humeros, ad Cygnum attulit. nomenque apud homines illustre eo facinore sibi paravit. Sed Cygnus alium adhuc difficiliorem ei laborem iniunxit. Erant ea in regione vultures monstrosae magnitudinis, qui multos homines interficiebant. hos eum vivos capere, et ad se perducere quavis ratione iussit. Dubitante Phylio quomodo hoc mandatum conficeret, divinitus evenit, ut aquila raptum leporem, semianimemque eodem deiiceret, non perlatum ad nidum. Phylius direpto lepore, sanguine eius se implevit, et humi procubuit. itaque vultures ad eum

ut mortuum devolarunt: quorum ille duos pedibus arreptos tenuit, atque ad Cygnum pertulit. Tertium ei hic, prioribus adhuc magis arduum, imposuit laborem: taurum ab armento iubens manu abducere ad aram Jovis. Phylius cum perficiendae huius rei rationem nullam inveniret, Herculis auxilium imploravit. Voto facto, duo ei tauri apparuerunt, qui propter vaccam, quam uterque ardebat, pugnantes cornibus se mutuo in terram prosternebant. cumque elanguissent, Phylius alterum pede correptum ad aram usque attraxit. Voluntate autem Herculis * negligere mandata pueri. Accidit hoc gravissimum Cygno, quod se, quod minime opinatus erat fore, contemtum videret. itaque prae moerore animi seipsum abiecit in Conopam lacum, viderique inter homines desiit. Eodemque etiam se Thyria mater, filii mortem non ferens, praecipitavit: amboque in aves mutati sunt in lacu, Apollinis nutu. Ab iis quoque lacus Cygnea appellata est: ac tempore arationis multi ibi visuntur olores. Prope extat etiam Phylii monimentum.

Cap. XIII. *Aspalis.* Meliteus, Jove et nympha Othreide natus est. eum mater, Junonis metu, quod cum Jove concubuisset, in sylvam exposuit. Puer Jovis voluntate servatus, et ab apibus nutritus, adolevit. In eum oves pascens incidit Phagrus, frater eius uterinus, Apollinis F. miratusque molem corporis, magisque etiam apum facinus, secum eum domum transtulit, magnoque studio educavit: imposito Melitei nomine, quod esset ab apibus nutritus. Venit ei etiam oraculi in mentem, quo illum

Deus aliquando salutem fratri ab apibus nutrito allaturum monuerat. Puer simulatque virilem attigit aetatem, praeclare se gessit, plurimisque vicinorum praefuit: et in Phthia urbem Melitam condidit. Extitit ea in urbe tyrannus violentus atque contumeliosus, cuius adeo nomen incolae non edunt: peregrini Tartarum appellabant. is, si qua eius loci virgo ob formae pulcritudinem celebraretur, vi eam ante nuptias abductam vitiabat. Atque eo tum tempore ministros iusserat adducere sibi Aspalidem, Argaei non ignobilis viri filiam. quae rei fama divulgata, ante adventum eorum quibus abducendi sui negocium erat datum, seipsum suspendit. Facto adhuc latente frater puellae Astygites iurat, priusquam sororis corpus deponeret, se in tyrannum vindicaturum. illico vestem Aspalidis induit, gladioque ad sinistrum latus abdito, quod adolescens etiamnum esset, nemine sexum e vultu agnoscente, in domum tyranni pervenit, eumque nudum incustoditumque interficit. Melitenses Astygitem corona decorant, Paeanasque accinendo deducunt. cadaver tyranni in flumen demergunt, quod ab eo usque tempore hodieque Tartarum vocant. Corpus autem Aspalidis ad honestam sepulturam summo studio requirentes, nuspiam invenire potuerunt, quod id Deus de medio sustulisset. Loco autem corporis statua iuxta Dianae stans apparuit: idque simulacrum incolae Aspalidem vocant, Ameiletam, et Hecaergam: et quotannis virgines hoedum intactum in eius honorem, praecipitem dabant, quod et Aspalis virgo seipsam

suspendisset. *Narratio est Nicandri, libro Mutatorum secundo.*

Cap. XIV. *Munichus.* Molossorum rex fuit Munichus Dryantis F. vates egregius, idemque vir iustus. Is e Lelanta filios habuit, Alcandrum, qui vaticinio patri praestabat: Megaletorem, Philaeum, filiamque Hyperippam. Eos omnes ob probitatem dii dilexerunt. Quadam nocte eos latrones subito in agris circumvenerunt. cumque pugnae impares de turribus se defenderent, ignemque latrones domibus iniicerent: Jupiter habita eorum pietatis ratione, miserrima morte perire non est passus, sed in aves transmutavit. Et Hyperippa quidem, quoniam ignem fugiens, aquam subiit, facta est fulica. caeteri ex igne evolarunt. Munichus buteo, Alcander orchilus factus. Megaletor et Philaeus, quod ignem fugientes per parietem ad terram se demisissent, in exiguas aviculas abierunt: hic in eam quae canis dicitur, ille in ichneumonem: mater in piponem, quae culices muliones legit. Cum hac bellum est aquilae et erodio, quorum ova confringit, dum quercum caedit propter culices. Vivuntque una reliqui in sylvis et latebris, fulica ad lacus et mare obversante.

Cap. XV. *Meropis.* Liberos habuit Eumelus Meropis F. superbos et iniuriosos. Byssa, Meropis, et Agron ii erant: habitabantque Con insulam Meropidem. Iis terra plurimos edebat fructus: quia hanc solam deorum venerabantur, solumque diligenter colebant. His nulli erant cum hominibus congressus, neque vel in urbem intrabant, vel solennes epulas et festos diis dies obibant.

Nam sive puellae ad rem Minervae sacram faciendam invitarentur, frater recusabat, gratas caesiae deae sorores suas nigris praeditas oculis negans, sibique invisam omnino esse ululam avem aiens: sive ad Dianae sacrificium vocarentur, deam se odisse dicebat noctambulam: sive ad Mercurii libationes, furem deum a se non honorari dicebat. Cum nullum maledicendi finem facerent, irati Mercurius, Minerva et Diana, ad eorum aedes pervenerunt, hae virginum forma, ille pastoris habitum ferens, Eumelum et Agronem compellans ad convivium invitabat, quod ipse cum caeteris pastoribus Mercurio rem sacram fecisset: simulque hortabatur, ut Byssam et Meropidem in lucum Minervae et Dianae ad aequales mitterent. Cum his auditis Meropis nomen Minervae afficeret contumelia, in aviculam ululam ab ea mutatur. Byssa nomen suum retinuit, facta Leucotheae avis. Agron audita re, veru arrepto accurrit: eum Mercurius transformat in charadriam (sive is Latinis est rupex) Eumelum quoque, ob mutatum filium sibi convicium facientem, in corvum nocturnum seu cicumam convertit, avem malorum nunciam. *Ex Boei, de Avium ortu, libro primo.*

Cap. XVI. *Oenoë.* Apud Pygmaeos puella fuit Oenoë, forma non contemnenda, caeterum moribus invenustis et superbis: et quae nihil neque Dianam neque Junonem curaret. Nupta Nicodamanti, medioeri et probo civi, filium peperit Mopsum: ob cuius natales Pygmaei universi, benevolentiae ergo, plurimis eam donis affecerunt. Sed Juno Oenoae infensa, quae nullo honore ipsam

dignaretur, in gruem eam mutavit, collumque in longum protraxit, altivolantemque avem fecit: interque eam et Pygmaeos bellum excitavit. Oenoë autem desiderio filii Mopsi, absque intermissione domos circumvolitavit, quam Pygmaei omnes armis sumtis profligarunt. Atque ab eo tempore in hunc usque diem, inter Pygmaeos et grues bellum est.
Ex eiusdem auctoris et operis libro secundo. Quae sequitur narratio, Nicandri est, de libro Mutatorum altero.

Cap. XVII. *Leucippus.* Filia Eurytii Spartonis Galatea, Phaesti nupsit Lampro Pandionis F. viro natalibus non obscuris, sed inopi. Is cum uxor gravida esset, voto masculam sibi prolem expetens, edixit mulieri, si filiam peperisset, uti ne eam tolleret: simul ad oves pascendas digressus: Galatea filiam partu edidit. et miserta infantis, solitudinemque familiae reputans, insomniis adstipulantibus, et ariolis pro filio eam educare iubentibus, Lamprum decepit, filium se enixam professa: puellamque nomine Leucippi affectam, tanquam filius si esset, enutriit. Cum adolevisset puella, et ineffabili esset pulcritudine, metuens sibi a marito Galatea, cum res diutius tegi non posset, in fanum Latonae confugit: multisque a Dea precibus contendit, si filia in marem mutari posset: sicut Caenis Atracis filia, Neptuni voluntate in Caeneum Lapitham abiit: et Tiresias ob interfectos in trivio coëuntes angues, de viro mulier fuit factus: rursusque virilem sexum adeptus est, quia draconem saepenumero * Panactem autem et Hypermestram venditam pro muliere invenisse pre-

cium: cum autem in virum esset mutata, alimenta Aethoni patri attulisse. Cretensem quoque Siproetam mutatum, cum inter venandum lavantem vidisset Minervam *). Latona continenter lamentantem et deprecantem miserata est Galateam, puellamque in puerum mutavit. Huius mutationis etiamnum Phaestii meminerunt, Latonaeque Phytiae sacrificant, quod virilia puellae creaverit: festumque Ecdysia appellant, quod peplum puella exuerit. Lex quoque fert, ut in nuptiis prius accumbant ad Leucippi statuam.

Cap. XVIII. *Aëropus.* Habitavit Thebis (quae est Boeotiae urbs) Eumelus Eugnoti F. filiusque fuit ei, Botres nomine. Pater magno opere Apollinem colebat. Quodam tempore Botres, cum ei sacris operanti adesset, cerebrum comedit, priusquam hostia esset arae imposita. Id cum sensisset pater per iram titionem ab ara raptum, capiti pueri impegit: qui sanguine defluente collapsus palpitavit. Mater et pater atque famuli re conspecta, maximum sustulerunt luctum. Sed Apollo patris, a quo in honore haberetur, misertus, puerum in avem aëropum mutavit: quae cum etiamnum in terra pariat, semper tandem volatum molitur.

Cap. XIX. *Fures.* In Creta fertur esse antrum apibus sacrum, in quo fabulantur Jovem a Rhea editum partu: et vel deum, vel hominem quemquam praeterire, est religio. Certo autem cuiusque anni tempore plurimus cernitur ex antro

---

*) Peregrinabatur mens Xylandri, cum in versione sua *Minervam* pro *Diana* poneret. Munck.

effulgens ignis. fierique id fabulantur tum, cum sanguis de Jovis partu effervescit. Obtinent speluncam eam sacrae apes, Jovis nutrices. Hoc antrum intrare ausi sunt Laius, Celeus, et Cerberus, et Aegolius, quamplurimi mellis exhauriendi causa: et corporibus undique aere obtectis, mel apum hauserunt, Jovisque viderunt cunabula. Tum et aes circa eorum ruptum est corpora: et Jupiter intonuit, fulmenque intendit. sed eum Parcae ac Fas inhibuerunt, quod fas non esset eo loco quenquam mori. Ergo Jupiter eos omnes in avium naturam transtulit: ab iisque sunt genera avium, quae laii, coloeoi (id est graculi), cerberi, et aegolii vocantur. suntque boni auspicii: et prae aliis rebus quod praedicunt perficiunt, eo quod Jovis sanguinem viderunt. *Haec, et praecedens narratio, Boei est, ex eo quem proxime citavimus libro. Ibidem refertur, quod et Simmias Rhodius Apolline commemorat.*

Cap. XX. *Cleinis.* Apud Babylonem Mesopotamiae urbem habitavit Cleinis, vir diis charus, ac opulentus: boum, asinorum, oviumque dives. Hunc mirum in modum dilexerunt Apollo ac Diana: ac saepe cum istis diis venit ad templum Apollinis, quod est apud Hyperboreos, viditque ei asinos immolari. Reversus Babylonem, intendit ipse quoque Hyperborico ritu Apollini sacrificare: asinorumque magno numero victimas ad aram constituit. Supervenit Apollo, mortemque se ei illaturum minatus est, nisi hoc abstineret sacrificio: et pro more capras sibi, boves, ovesque offerret. ita enim se asinorum gaudere immolatione, si ea fiat

in Hyperboreis. His minis territus Cleinis, asinos ab altari abduxit: liberisque suis auditum sermonem exposuit. Erant ei ex Harpa uxore filii tres, Lycius, Ortygius, et Harpasus, ac filia Artemicha. Proinde Lycius et Harpasus perficere sacra ista, iisque se oblectare iubebant: Ortygius et Artemiche, quorum sententiae etiam Cleinis adstipulabatur, obediendum Deo pronunciabant. Sed Harpasus et Lycius vi solutis asinorum vinculis, eos ad aram compulerunt. Ibi Apollo in rabiem egit asinos, ita ut Cleinin et liberos famulosque mordicus perdere aggrederentur. Ii in extremo constituti periculo, Deorum fidem implorant. Atque Harpam quidem et Harpasum Neptunus miseratus, in aves non mutatis nominibus convertit. Latona autem et Diana statuerunt servare Cleinin, Artemicham, et Ortygium, quod piaculi istius insontes essent. Suis Apollo hanc gratiam dedit, ut hos, antequam morerentur, in aves commutaret. Cleinis factus est Hypsiaeetos, quod aquilam altivolantem significat, nomen avis post aquilam summae, non difficilis internosci: cum haec interfectrix hinnulorum sit fusco corpore, magna ac valida: aquila autem nigrior ac minor. Lycius in corvum album abiit: deinde tamen Apollinis nutu factus est caeruleus, cum primus de Coronide Phlegyae filia indicium detulisset, eam Alcyoneo esse nuptam. Artemiche piphinx facta est, avis Diis hominibusque grata. Ortygius aegithallus, quod patri persuasisset pro asinis capras Apollini immolare.

Cap. XXI. *Polyphonte. Ex eodem Boei libro etiam hoc depromptum est.* Thrassam Martis,

et Terinae *), quae Strymone nata fuit, filiam, Hipponus Triballi F. duxit. Ex eo coniugio nata est filia, nomine Polyphonte. Haec re Venerea ignominiose spreta, in montem se contulit, et consuetudine ludi ac studiorum Dianae sociam se praebuit. Venus contemtu suarum rerum incitata, insanum illi ursi amorem immisit: ita ut furore divino percita, cum illo corpus miscuerit. Diana illo conspecto facinore, Polyphonten immenso est prosecuta odio, omnesque in eam convertit feras. Itaque metuens ne ab his dilaniaretur, in patris domum se recepit: duosque filios peperit, Agrium et Oreium (Agrestem, et Montanum diceres) maximos, et ingenti praeditos robore. Hi et deorum et hominum contemtores erant: et si in peregrinum aliquem inciderent, eum domum suam abductum devorabant. Igitur iis infensus Jupiter, Mercurium mittit, ut suo arbitratu in eos animadverteret. Qui cum pedibus eos et manibus truncare cogitaret, Mars, quando ad ipsum Polyphonte genus suum referebat, ei istos supplicio exemit: et adiuvante Mercurio, eos, homines cum essent, in aves convertit. Polyphonte in Stygem mutata est, avem noctu canentem, cibi potusque exsortem, caput deorsum, pedes imos sursum habentem, belli et seditionis hominibus nunciam: Oreius in leporem, semper mali ominis avem: Agrius in vulturem, quae omnium avium est diis hominibusque invisissima: eique perpetuum sanguinis carnisque

*) *Terduae* apud Xyl. legitur: quod vitium typothetis tribuendum.

humanae indiderunt desiderium. Ancillam eorum fecerunt ipnam: eaque naturam mutans deos comprecata est, ne mala hominibus avis fieret. idque impetravit a Mercurio et Marte, cum coacta quod domini mandassent executa fuisset. Est avis bona euntibus ad venatum, aut convivium.

Cap. XXII. *Terambus.* Euseiro, Neptuni et Eidotheae nymphae Othreidis F. Terambus fuit filius, in Meliensium terra domicilium habens ad montis Othriis*) radices. Is pecus, quod ei obtigerat copiosissimum, ipse pascebat, adiuvantibus nymphis, quod eas in montibus canendo oblectabat. Fertur enim suae aetatis hominibus arte Musica antecelluisse, qui et bucolicis carminibus famam reperisset, et pastoralem ex arundinibus fistulam in montibus composuisset, lyraque primus hominum usus esset, et plurimas elegantissimasque cantilenas composuisset. Eam ob rem aiunt apparuisse aliquando ei nymphas, et ad ictus pollicis Terambici saltasse. Pana vero benevolentia adductum, monuisse hominem, ut Othry relicto, greges in campo pasceret: inusitatum enim et incredibile frigus instare. At Terambus, qui iam inde a puero iactantia ea fuisset, ut a Deo sana privatus ratione iudicari posset, greges ab Othry in planiciem depellere in animum nequaquam induxit: nymphas autem ingrato ac fatuo sermone est insectatus, non esse eas Jovis genus, sed Dina Sperchii natas dicens: et Neptunum desiderio unius de sororibus, Diopatrae nimirum impulsum, reli-

*) volebat Xylander *Othryos.*

quas radicibus terrae affixisse, inque alnos mutasse, dum eas concubitus satur dimiserit, pristinaeque naturae restituerit. Hoc fuit Terambi in nymphas convicium. Parvo post tempore subito gelu incidit, quo valles sunt adstrictae, copiosaque nix decidit, et oves Terambi una cum viis ac arboribus perierunt. Nymphae autem eum, iratae ob maledictum, mutaverunt in cerambicem, quae est avis lignivora, conspiciturque in lignis, curvis dentibus, malas semper movens, nigra, oblonga, solidis alis, adsimilis magnorum Cantharorum. vocatur bos lignivorus, et apud Thessalos cerambix. Hunc pueri pro ludo habent, caputque amputantes circumferunt: quod simul cum alis similitudinem gerit lyrae e testudine confectae. *Ex Nicandri libro de Immutatis I.*

Cap. XXIII. *Battus. Auctores eius quam subiicimus narrationis sunt, praeter eum quem iam nominavimus librum, Hesiodus in magnis Eoeis sive Orientalibus, Didymarchus libro Metamorphoseon tertio, Antigonus Alterationibus, et Apollonius Rhodius in Epigrammatis, ut Pamphilus libro primo ait.* Argus Phrixi F. et Perimele *) Admeto nata, filium habebat Magnetem nomine, qui vicinam Thessaliae regionem incoluit: eam, cui ab eo Magnesiae nomen homines fecerunt. Filius ei fuit Hymenaeus, excellenti forma. Hunc cum Apollo canentem audivisset, amoreque eius correptus a domo Magnetis non discederet: Mercurius armento boum Apollinis, quod iuxta

*) Sic correximus vitiosum *Permiele*.

boves Admeti pascebat, insidias tendit. Ac primum quidem canibus armenta ea custodientibus, veternum anginamque immittit: eae oblitae boum, custodiaeque sunt. Buculas ita Mercurius abigit, duodecim, et boves iugi ignaros centum, taurumque armenti virum. caudis singulorum aliquid sylvestris materiae appendit, ad delenda boum vestigia. agitque armentum per Pelasgos, Achaiam, Phthiotidem, Locridem, Boeotiam, Megarensem agrum, indeque in Peloponnesum per Corinthum et Larissam, Tegeam usque. inde secundum Lycaeum et Maenalum montes profectus cum iis est, et speculam Batti. Habitabat is Battus in summo scopuli. cumque iuvencorum qui praeteragebantur vocem exaudisset, domo egressus, sensit eos esse furtivos: pactusque est mercede silentium, de iis reticendi. eam Mercurius iurato se nemini de his quicquam relaturum Batto stipulatur. Mercurius cum eas in speluncam Prionis ad Coryphasium abdidisset compulsas, quae est e regione Siciliae et Italiae: ad Battum mutata forma revertitur, periculum facturus, an is iuramentum esset servaturus. data ergo mercedis loco chlaena, percontatur, anne furtivas boves praeteragi vidisset? Ibi Battus chlaena accepta indicium facit de bobus. Mercurius bilinguem eum esse indigne ferens, adacto baculo in saxum commutat, quod et frigori et aestui omni est obnoxium. Locus adhuc hodie ab iis qui transeunt, Batti appellatur specula.

Cap. XXIV. *Ascalaphus. De eiusdem Nicandri Operis quarto libro, etiam hoc desumsimus.* Quo tempore filiam quaerens Ceres universam obi-

vit terram, conquievit in Attica. eamque magno aestu languentem Misma excipit: potumque offert, in quo pulegium et farina aquae erant permixta. quem cum ob sitim Ceres confertim ebibisset, filius Mismae Ascalabus in risum se convertit. eique denuo lebetem profundum, aut dolium afferri iussit. Ceres irata, quod reliquum potionis erat, ei infudit. isque mutata natura in variegatam corpus bestiam ascalaphum abiit, diis hominibusque exosam. degit iuxta cloacas: et gratam Cereri rem praestat, qui eum interficit.

Cap. XXV. ***Metiocha et Menippa.*** *Indidem, et e Corinnae primo de Alteratis.* Orion Hyriei F. in Boeotia, filias habuit Metiocham et Menippam. Hae, quo tempore patrem Diana ex hominibus sustulit, apud matrem educabantur. Minerva porro texendi artem eas docuit, Venus pulchritudine donavit. Cum autem totam Aoniam invasisset pestis, multique exanimarentur: missi sunt qui Apollinis Gortynii oraculum consulerent. Iis praecepit Deus, ut duos Eriunios deos demulceant. ac iram deûm placatum iri, si duae virgines iis immolarentur. In civitate nulla virginum se ad satisfaciendum oraculo obtulit, donec ancilla id Orionis filiabus exposuit, ad telam sedentibus. Eae oraculo cognito, sponte sua pro omnibus mortem oppetere, priusquam popularis lues ipsas interficeret, delegerunt. Propterea cum manes ter invocassent, professae se ipsis ultro offerre victimae loco, radio claviculas percusserunt, ruptoque iugulo in terram corruerunt. At Proserpina et Pluto miserati, virginum corpora e medio abstulerunt,

et eorum loco stellas de terra excitarunt, quae cum apparuissent, in coelum evaserunt, eosque Cometas appellant. Caeterum apud Orchomenum Boeotiae urbem omnes Aones illustre his virginibus templum dedicarunt, iisque quotannis pueri et puellae sacra placandi causa offerunt dona: atque etiamnum ab Aeolensibus eae Coronides virgines nominantur.

Cap. XXVI. *Hylas. Ab eo ipso Nicandri libro.* Hercules cum Argonautis, a quibus erat dux creatus, navigans, una secum duxit Hylam Ceycis F. adolescentem pulchrum. Ut ad fauces Ponti pervenerunt, ut Arganthones procursus praetervecti sunt, tempestate et fluctibus coortis, anchoras iecere, navemque inhibuerunt. Praebuit tum heroibus Hercules coenam: puerque Hylas cum urna ad Ascanium amnem ivit, aquam iis allatum. Quem ut viderunt nymphae eius fluvii filiae, amore correptae, haurientem in fontem deiecerunt. Cum ad hunc modum e medio sublatus Hylas frustra exspectaretur, Hercules relictis heroibus undiquaque sylvam perlustrat, saepius invocato Hyla. Nymphae autem metuentes, ne apud se absconditum Hylam inveniret Hercules, puerum illum in Echonem commutarunt: itaque saepe clamanti Herculi, vocem reddidit. Hercules cum diu multumque quaesitum Hylam invenire nequiret, ad navim rediit, et cum heroibus abiit: Polyphemo ibi loci relicto, si qua is ei posset Hylam indagando reperire. Sed Polyphemus morte est praeventus. Incolae autem in hunc usque diem Hylae sacrificant iuxta fontem: eumque nominatim sacerdos ter vocat, cui Echo ter respondet.

Cap. XXVII. *Iphigenia. Ibidem et haec narratio habetur.* Thesei et Helenae, Jove natae, filia fuit Iphigenia, eamque soror Helenae Clytaemnestra *), Agamemnoni dicens, se eam peperisse. nam Helena fratribus auscultans, virginem se a Theseo discessisse aiebat. Cum exercitus Graecorum Aulide, navigationis opportunitate destituente, detinerentur: significarunt vates, navigationem expeditum iri, si Iphigenia Dianae immoletur. Dedit eam Agamemnon pro victima, rogatu Achivorum. Ad altare adductam principes non sunt intuiti, sed alio quivis oculos averterunt. Diana autem loco Iphigeniae iuvencum ad aram statuit, ipsa longissime a Graecia in Euxinum translata pontum, ad Thoantem Borysthenis F. nomenque ei genti fecit Tauros, quia loco Iphigeniae ad aram apparuisset taurus. ipsam autem * tempore venisset, transtulit Iphigeniam in Leucen ad Achillem: mutataque natura, eam senectae mortisque expertem divam fecit, nomine in Oreilochiam converso: fuitque uxor Achillis.

Cap. XXVIII. *Typhon. Ex eodem libro duas quoque insequentes narrationes petivimus.* Terrae filius fuit Typhon, genius immenso robore, monstrosa forma. nam et capita plurima ei nata sunt, et manus, et alae, et ex femoribus maxima serpentum volumina. omnis generis voces edebat: neque eius vires quisquam subsistebat. Is Typhon imperium Jovis affectavit: impetumque facientem nemo deorum substitit, sed omnes in Aegyptum

---

*) Munckerus et Verheykius addunt: *educavit.*

fugam fecerunt, solis Minerva et Jove relictis. Typhon e vestigio deos est secutus: verum illi calliditate usi, effugerunt, habitu in bestias mutato: Apollo in accipitrem, Mercurius in ibin, Mars in squamatum piscem, Diana in silurum, Bacchus in caprum, Hercules in hinnulum, Mulciber in bovem, Latona in murem araneum: alii, ut visum fuit, in alia. ubi Typhonem Jupiter fulmine perculit, ardens Typhon in mare se ipsum abdidit, flammamque extinxit. Jupiter autem non dimisit eum: sed montium maximum Aetnam ei iniecit, inque extremitatibus custodem ei Vulcanum apposuit: isque impositis in cervices Typhonis incudibus ferreas cudit massas.

Cap. XXIX. *Galinthias.* Thebis Proetus filiam habuit Galinthiadem, ludi et vitae sodalitate iunctam virginem Alcmenae, filiae Electrionis. Cum parturiret Alcmena Herculem, Parcae et Lucina in gratiam Junonis eam in doloribus detinuerunt, manibus suis constrictis sedentes. Ibi Galinthias verita ne ex doloribus moreretur Alcmena, ad Parcas et Lucinam accurrit, nuncians Jovis voluntate puerum ab Alcmena partu editum, actumque esse de ipsarum honoribus. Ad hoc obstupuerunt Parcae, statimque manus dimiserunt. Illico etiam Alcmena soluta doloribus, Herculem est enixa. Ad hoc Parcae luctum instituerunt: et Galinthiadi, quod mortalis deas decepisset, virginitatem ademerunt. inque fraudulentam mutaverunt felem, vitamque in penetralibus attribuerunt, foedumque coitum. nam per aures concipit, et e collo eructatum foetum edit. Hanc vultus mutationem mise-

rata Hecate, sacram sibi eam ministram constituit. Hercules quoque adultus, memor beneficii, iuxta aedem ei sacellum collocavit, remque sacram fecit. quae etiamnum observant Thebani: et ante ferias Herculis, primae Galinthiadi sacrificant.

Cap. XXX. *Biblis.* In Creta (ut est eiusdem Operis libro secundo traditum) Miletus ex Apollinis et Acacallidis (quae Minois erat filia) congressu est natus. eum mater Minois metu in sylvam exposuit: ubi eum lupi accedentes iussu Apollinis custodiverunt, ac per vices lactaverunt. Deinde bubulci supervenientes sustulerunt, ac domi suae enutriverunt. Puer ut adolevit, pulcer strenuusque evasit: Minosque desiderio impulsus eum violare intendit. ibi tum Miletus noctu conscenso lembo, consulente Sarpedone, in Cariam profugit: urbeque ibi Mileto condita, Eidotheam Euryti Carum regis filiam in matrimonium ducit: natique sunt ei gemini liberi, Caunus et Biblis, unde etiamnum sunt Caunus et Biblis Cariae urbes. Biblidem multi incolarum ambiverunt, et qui in circumiacentibus urbibus magni essent nominis. Quibus illa facile spretis, infando amore Caunum deperire cepit. qui morbus, quandiu eum ipsa occultare potuit, fefellit parentes. Cum vero in dies magis urgeret malus genius, noctu statuit se ipsam de saxo praecipitem dare: ac ad proximum digressa montem, adorta est sese praecipitare. Nymphae autem misertae eam detinuerunt: multoque incusso somno, de mortali immortalem redegerunt, Biblidem nympham Hamadryadem nominantes: inque suum sodalicium et contubernium adsciverunt. Li-

quor qui e saxo illo destillat, in hunc usque diem ab incolis appellatur lacruma Biblidis.

Cap. XXXI. *Messapii. Referam eodem ex libro aliud.* Lycaon, is qui non aliunde migrasse, sed eo ipso quem incoleret loco editus ferebatur (quos Graeci Autochthonas nominant) filios habuit, Japygem, Daunium, et Peucetium. Hi collecta hominum multitudine, ad Italiae Adriam venerunt: pulsisque Ausonibus, qui tum ibi habitabant, ipsi sedes posuerunt. Maior pars exercitus eorum constiterat ex advenis, Illyricis atque Messapiis. Itaque cum et exercitum et agrum in tres divisissent partes, eisque de nominibus ducum nomina fecissent Dauniorum, Peucetiorum, et Messapiorum: quod a Tarento erat regionis usque ad extrema Italiae, Messapiis obtigit, in qua conditum est Brundusium: quod autem iuxta * intra Tarentum, Peucetiis. interius his mare navigabant Daunii. Totam autem gentem vocarunt Japyges. Gesta haec sunt multo ante Herculis expeditionem tempore. Vivebatur ea aetate pecoribus et pascuis. Fabulantur ergo, in Messapiorum terra, ad locum cui Sacra saxa nomen, apparuisse nymphas Epimelidas, choros ducentes. pueros autem Messapiorum, relictis gregibus cum spectassent choreas, dixisse, ipsos melius callere rationem choros ducendi. Fuit is sermo Nymphis molestus, certatumque de praestantia choreas ducendi inter partes aliquandiu: cum quidem pueri sibi cum divis esse certamen ignorarent, et se cum aequalibus mortalibus feminis contendere opinarentur. Erat puerorum saltandi modus rusticus, utpote pa-

storum: at Nymphis omnia ad elegantiam subinde accreverunt. Victisque pueris, ita eos compellaverunt: Provocastis, pueri, Nymphas Epimelides: Ergo vaecordes, victi dabitis poenas. puerique eo quo constiterant loco, ad Nympharum fanum, in arbores sunt mutati: hodieque exauditur vox noctu ex sylva, veluti eiulantium. Loco nomen est Nympharum et puerorum.

Cap. XXXII. *Dryope. De libro primo eiusdem.* Dryops Sperchii fluvii F. ex Polydora, una Danai filiarum, regnum obtinuit in Oeta: unicamque habuit filiam Dryopen, quae patris greges pascebat. Sed cum eam summo opere amarent Hamadryades nymphae, suorumque locorum *) sociam adscivissent, docuissentque carminibus deos celebrare, et choros ducere: Apollo ea visa, concubitus cum ea ardor ipsum incessit. Itaque primum se in testudinem convertit: quam cum, ut rem ludicram, Dryope Nymphaeque tractarent, Dryope eam etiam in sinum conderet, de testudine Apollo in anguem transiit: itaque eam Nymphae territae deseruerunt, Apollo cum Dryopa rem habet. Ea autem metus plena in domum patris confugit, nihilque parentibus ea de re indicavit. Post cum eam Andraemon Oxyli F. duxisset, puerum ex Apolline conceptum parit, Amphissum. Hic cum virilem aetatem attigisset, omnibus praevaluit. urbemque ad Oetam condidit, monti isti cognominem, ibique regnavit. Posuit et Apollini in Dryopide

*) Scrib. *ludorum suorum.* Fraudem sine dubio Viro Doctissimo typothetae fecerunt. Munck. Multo minore mutatione corr. *suorumque locorum.*

regione templum: in quod cum se contulisset Dryope, Hamadryades benevolentia impulsae eam rapuerunt, et in sylva occultarunt, loco eius alno excitata, ac pone alnum fonte. At Dryope, naturae mutatione de mortali facta est nympha. Amphissus, pro meritis Nympharum in matrem, templum ipsis condidit, primusque cursus certamen confecit: quod incolae hoc quoque nostro tempore curant. Mulierem eo accedere nefas est, quod Dryopen a Nymphis sublatam duae virgines incolis indicarunt: quas indignatione motae Nymphae, in abietes mutarunt.

Cap. XXXIII. *Alcmena. Ex Pherecyde.* Herculis posteros, ipso e mortalibus sublato, patria expulit, ac sibi regnum sumsit Eurystheus. Illi ad Demophontem Thesei F. profugi, habitaverunt in tetrapoli Atticae. Eurystheus misso Athenas legato, bellum denunciat Atheniensibus, ni Heraclidas expellant: neque ii bellum detrectant. Ergo Eurystheus in Atticam copias adducit, commissoque praelio inter pugnandum occidit: fusaque est Argivorum multitudo. Hyllus, et alii Heraclidae cum ipso, post mortem Eurysthei, Thebas urbem incolunt. Interim et Alcmena annis confecta, obit. Quam cum efferrent Heraclidae, (ii ad Electras portas habitabant, ubi et Hercules, in foro) Jupiter Mercurium mittit, mandato ut Alcmenam suffuretur: eamque in beatas insulas allatam, Rhadamantho det uxorem. Paret iussis Mercurius: et loco Alcmenae, quam furtim abstulerat, lapidem feretro iniicit. Heraclidae cum sandapilam gestantes mole gravarentur, depositam aperiunt, et pro Alcmena lapidem inveniunt,

quem inde exemtum in luco constituerunt, ubi sacellum Alcmenae est Thebis.

Cap. XXXIV. *Smyrna.* Smyrna, filia fuit Theiantis, Beli F. et Orithyiae nymphae: nata in Libano Smyrna. Hanc ob pulcritudinem formae plurimi, et ex urbibus plurimis ambiverunt. Illa multis artibus usa est ad deludendam parentum voluntatem, et extrahendum tempus. etenim diro amore patrem deperibat: quem cum prae verecundia aliquandiu dissimulasset, victa tandem Hippolytae nutrici rem aperit. Haec pollicita remedium se malo inusitato inventuram, Theianti significat, puellam esse parentum fortunatorum filiam, quae in ipsius cubile clanculum venire cupiat. Theias (quippe insidiarum ignarus, sibi structarum) approbata re, domi suae in lectum se in tenebris composuit: nutrix Smyrnam veste occultatam ei adduxit. Ad aliquod tempus latuit hoc tam foedum et impium facinus, interimque Smyrna uterum ferre cepit. At Theiantem cupido incessit cognoscendi quaenam ea esset, quae ex ipso concepisset: itaque in domo ignem abdit. cumque ad eum venisset Smyrna, subito igne allato agnita, abortum fecit: sublatisque manibus optavit, ut neque vivis neque mortuis interesse sibi daretur. Jupiter eam in arborem convertit cognominem. Huius arboris fructum, quotannis ferunt lacrymas emittere. Theias, ob incestum sibi ipsi manus attulit. Puer Jovis nutu educatus est, eique Adonis nomen factum, ob formae elegantiam a Venere plurimum adamato.

Cap. XXXV. *Bubulci.* Latona, cum in Asteria insula Apollinem et Dianam peperisset, in

Lyciam venit, infantes ad lavacra Xanthi apportans. Cumque primum eam regionem attigisset, in Meliten fontem incidit: statuitque ibi abluere infantes, antequam ad Xanthum pertigisset. Sed pulsa inde a pastoribus, qui eo potum boves egissent, discessit. Lupi autem obviam facti, et adulantes deae, usque ad amnem Xanthum ductores se viae praebuerunt. Eius aquam cum bibisset Latona, infantesque abluisset, Xanthum Apollini consecrat: terrae autem, quae tum Trimilis appellabatur, Lyciae nomen fecit, a lupis, qui viam praeiverant. Rursum deinde ad fontem pervenit, supplicium de pastoribus sumtura, qui adhuc bobus lavandis ibi vacabant. Eos dea universos in ranas convertit: tergisque et humeris aspero lapide percussis, in fontem coniecit, victumque in aquis attribuit. iique etiamnum apud amnes et paludes vociferantur. *Narratio est Menecratis Xanthii in Lyciacis, et Nicandri.*

Cap. XXXVI. *Pandareos.* Jovem, quo tempore eum metu Saturni Rhea in specum Cretensem abdidit, praebita mamma Aex (capram vox sonat) nympha aluit: eamque Rheae iussu canis aureus custodivit. Jupiter postquam Titanibus pulsis Saturno regnum ademit, Aegem immortalitate donavit, et eius imago extat in astris: aureum autem canem templi Cretensis custodiae praefecit. Hunc suffuratus Pandareus Meropis F. in Sipylum abduxit, custodiendumque dedit Tantalo Jovis et Plutûs F. Cum autem aliquanto post tempore Pandareus in Sipylum venisset, canemque reposceret: Tantalus depositum eiuravit. Pandareum ergo Jupiter, propter furtum, in saxum, eo ipso quo sta-

bat loco mutavit: Tantalum, ob periurium, de Sipylo in caput praecipitem dedit.

Cap. XXXVII. *Dorienses.* Diomedes, a capta Troia cum venisset Argos, Aegialea uxore ob adulterium repraehensa, Calydonem Aetoliae urbem abit. ibi interfecto cum liberis Agrio, avo suo Oeneo regnum reddit. Rursum inde Argos navigans, tempestate in Jonium mare eiicitur. Eo allatum agnoscens Dauniorum rex Daunius, orat ut sibi bellum in Messapios gerenti, socium se praebeat: promissa in matrimonium filia, et ditionis parte. Accipit conditionem Diomedes. cumque praelio fusis Messapiis agrum esset consecutus, Doriensibus eum, quos secum habebat, dividit. ipse ex filia Daunii, filios duos procreat, Diomedem et Amphinomum. senectute consumptum, vitaque functum Diomedem apud Daunios, in insula tumulant Dorienses: et ab eo Diomedeam nominant. Proinde agros a rege ipsis datos colunt, et (quia essent rusticorum operum periti) plurimum ex iis fructuum percipiunt. Mortuo Daunio, Illyrii barbari Doriensibus, quibus terram istam inviderent, insidias struunt: inque insula sacris operantes universos subito adorti, trucidant. Eorum corpora Jovis nutu nuspiam visa sunt, animae in aves abierunt. Atque etiam hodie cum Graeca navis appellit, aves eae accedunt: Illyricam autem fugiunt, universaeque ex insula abeunt.

Cap. XXXVIII. *Lupus.* Aeaco, Jovis et Aeginae F. quae filia Asopi fuit, filii fuerunt Telamon et Peleus: et praeter hos Phocus, ex Psamathe Nerei filia. Hunc ob virtutem pater maio-

rem in modum dilexit: fratres autem invidia moti, clam eum necant: ideoque pulsi a patre, Aeginam relinquunt. Habitavit exinde Telamon Salaminam insulam. Peleus ad Eurytionem Iri F. se confert, eique supplex fit, et caedis causa expiatur. Hunc Peleus postmodo in venatione, aprum ferire dum intendit, imprudens interficit: profugusque ad Acastum pervenit. is eum (quod uxor Peleum, a quo frustra concubitum expetierat, ad maritum de solicitata sua pudicicia accusasset) in Pelio monte solum destituit. Peleus oberrans ad Cheironem venit centaurum: ab eoque supplex impetrat, ut in antrum recipiatur. Inde multis ovibus et bobus collectis, ad Irum pergit, eaque caedis nomine pro mulcta offert. Cum recusaret Irus: Peleus ea, oraculo monitus, custodis vacua dimittit. Ibi lupus ea invadit, atque devorat. isque lupus divino iussu in saxum mutatur, quod diutissime permansit inter Locridem et Phocidem. *Narrat hoc Nicander primo Alteratorum.*

Cap. XXXIX. *Arceophon. Arsinoë. Hermesianax Leontio II. refert:* Arceophontem Minnyridae F. Salamine Cypri urbe natum fuisse, parentibus obscuris, quippe Phoenicibus: sed pecunia et aliis rebus quibus beati putantur homines, plurimum alios excellentem. Eum visa Nicocreontis Salaminiorum regis filia, amore eius correptum, eo magis nuptias expetiise, quia Nicocreon a Teucro genus duceret, eo qui Agamemnoni in Ilio expugnando affuit: itaque nuptialium munerum pollicitatione alios omnes procos superasse. Caeterum Nicocreontem abnuisse ut qui Punicum Arceophontis genus sibi dedecori fore censeret. Huic matrimonio

negato, amore magis etiam fuisse molestum: noctuque ad Arsinoës eum domum itasse, et ibi cum aequalibus pernoctasse. Cum autem res non succederet, nutrici suae persuasisse, perque eam puellam multis donis missis ad parentibus ignoratum concubitum solicitasse, puellam ea de*) parentes reddidisse certiores. Eos summam linguam, nasum, et digitos nutrici praecidisse: foedeque et immisericorditer tractatam, domo eiecisse. Deo id facinus displicuisse. Arceophontem vero prae nimio dolore desperatis rebus inedia vitam abrupisse: cives mortem eius luxisse, miseratione motos. Tertia die a propinquis funus in publicum productum, et iusta apparasse. Arsinoën vero superba libidine incitatam, de domo spectasse ut corpus Arceophontis cremaretur. Venerem indignitate rei commotam, pedes eius solo defixisse, ipsamque in saxum convertisse.

Cap. XL. *Britomartis.* Carme, filia fuit Phoenicis, Agenoris F. et Cassiepiae, Arabii filiae. Cum hac Carma Jupiter congressus, Britomartim genuit: quae hominum fugiens consuetudinem, perpetuam virginitatem amplexa, primum ex Phoenicia Argos devenit ad Erasini filias, Byzem, Melitam, Moeram, et Anchiroam. Deinde Argis in Cephalleniam profecta, estque ab incolis nominata Laphria, sacrisque numinis instar honorata. Venit inde in Cretam: visamque Minos, cum amore eius captus esset, insecutus est. Ea ad piscatores confugit, ab iisque subter retia occultata est. unde Cretenses eam Dictynnam (nam dicty rete significat) nuncuparunt,

*) *re* addunt Munckerus et Verheyk.

et sacris sunt venerati. Evitato Minoë, Britomartis cum Andromede piscatore navigio Aeginam venit. Cumque piscator eam comprimere conaretur, relicto navigio, in lucum confugit, ubi nunc eius fanum est, ibique e medio est sublata: et nomen ei Aphaea posuerunt, in fano Dianae. Locum, ubi oculis hominum subtracta est, Aeginetae consecrarunt, Aphaamque dixerunt, et tanquam deo sacrificarunt.

Cap. XLI. *Vulpes.* Cephalus Deionis F. Procrin Erechthei filiam in Thorico Atticae duxit. Erat is Cephalus iuvenis forma atque fortitudine praeclarus. itaque pulcritudine illecta eum rapuit Aurora, sibique maritum adscivit. Tum igitur Cephalus Procrin tentavit, an matrimonii fidem servatura esset. Ficta occasione, venatum se ire simulat, ad Procrin autem mittit servum ignotum: qui multum auri ferens, hoc ei a peregrino viro quodam, ipsius amore capto, dari ait, si ei corporis sui velit potestatem facere. Principio Procris recusat: sed cum duplum mitteret, consentit. Cephalus ubi eam domum ingredi animadvertit, iamque ad se, quem alium putabat, accumbere: facem ardentem infert, facinusque eius arguit. Procris prae pudore Cephalum deserit, et ad Minoëm Cretae regem confugit. Quem cum offendisset nullam habere prolem, pollicita est, et ostendit ei modum, serpentes, et scorpios, et scolopendras, si nascerentur liberi. Minos enim non habebat: et moriebantur mulieres, quibus cum rem habebat. Pasiphaë autem, Solis filia, erat immortalis. Procris ergo ad Minois procreationem tale quippiam machinatur. vesicam caprae in membrum mulieris inserit, et Minos serpentes prius excreverat in vesicam: deinde

ad Pasiphaën ingressus, cum ea coiit. Postquam prolem adepti fuerunt, dat Minos Procridi iaculum et canem, quae nulla fera evitare poterat, sed omnes iis capiebantur. His sumtis, Procris Thoricum Atticae venit, ubi Cephalus habitabat, et ei in venatione adfuit mutato habitu in virilem, et tonso capillo, ita ut a nemine agnosceretur. Cephalus animadvertens se venando nihil consequi, omnia Procrin, iaculum istud accipiendi cupiditate est captus. Procris id ei promisit, conditione concubitus. Cumque Cephalus conditionem accepisset, Procris se prodidit: eique exprobravit, quod multo turpius atque ipsa peccasset. Atque canem quidem et iaculum Cephalus accepit. Amphitruo autem canis opera indigens, venit ad Cephalum: rogavitque ut secum ad venandum vulpem proficiscatur, promissa praedae parte, quam de Telebois esset capturus. Eo enim tempore Cadmeis apparuit vulpes, prodigiosum animal, quae identidem a Teumesso irruens, Cadmeorum pueros rapiebat: eique puer exponebatur trigesimo quoque die, quem illa ablatum devorabat. Cum ergo Amphitruo in Teleboas bellum movens auxilia Cadmeorum posceret, non alia conditione promiserunt, quam si eos in vulpe perdenda iuvaret. Id pactus cum Cadmeis Amphitruo, ad Cephalum profectus, pactum ei exponit: persuadetque ut cum cane secum eat. Assentitur Cephalus, profectusque vulpem venatur. In fatis erat, ut neque vulpis capi, neque canem evitare insequentem quicquam posset. Cum ergo iam vulpes canisque in planicie essent Thebana, Jupiter utrumque in lapidem mutavit.

Antonini Liberalis Metamorphoseon Finis.

ADNOTATIONES

AD

ANTONINI LIBERALIS

METAMORPHOSES.

Ἑτεροιουμένων] Casauboni verba ex Animadvv. ad Athenaeum lib. VII. cap. 12. facere non possum, quin huc transferam. Quia tamen, inquit, Europiaca Nicandri nusquam nominantur, et turpe est sine lege loqui, scribo ἐν τρίτῳ Ἑτεροιουμένων. Cum enim de Glauci mutatione sermo sit, optime argumento convenit libri index, *de iis qui mutati sunt* (quod probo). Poëma erat simile Ovidianae metamorphosi. Eius iterum meminit Athenaeus hoc libro. Et multos hodieque versus inde sumtos legere est apud Antonium Liberalem, et alios. Haec ille πολυΐστωρ. Etiam in indiculo auctorum, qui Animadversionibus subiungitur, *Antonius* audit. Nota Antonium a Casaubono dici, et versus Nicandri ab illo adduci. De versibus a Liberali adductis, quod ait, miror. Alterutrum necesse est, verum sit, aut alium, quam hic est, a viro magno visum librum, aut non respondisse ei memoriam. Quod ad nomen Antonii attinet, persuasissimum habeo, illud non a Casaubono, sed ab oscitante esse typotheta. Pariter vitiose lib. XIII. cap. 8. M. Antonius dicitur Imperator ille, qui ex philosophiae studio philosophi invenit cognomen. Diserte lib. IX. cap. 11. *Antoninum* Liberalem cum Xylandro, non *Antonium* appellat hunc scriptorem. Munck. [ad cap. 38.]. Idem, quod de *Antonii* et *Antonini* confusione notat Munckerus, in hac voce notandum. *Ἑτερούμενοι, Transformati*, et *Ἑταιροιούμενα, mutantia sese*, tamquam diversa Nicandri opera in eodem Athenaei indice leguntur. *Ἑταιροιούμενα* multa aliorum loca occupavit, ubivis fere a Viris D. iam emendatum, Harduin. ad Plin. T. I. pag. 63. etc. Voss. in Hist. Graec. lib. IV. cap. 14. qui a Munckero modo adducta plurimum praecepit. Hoelzlin. ad Apoll. Rhod. lib. I. v. 1236. Munck. ad Hygin. cap. 14. Rutgers. V. L. lib. II. cap. 18. Vix notatu dignum, nisi quis depravata lectione deceptus alium forsan inde sensum erueret, quemadmodum, notante Harduino d. l., Portus ad Suidae locum v. *Νίκανδρος* hinc *de meretricio more viventibus* somniavit, et Gyrald. T. II. pag. 152. corruptis Suidae et Athenaei locis deceptus per *Sodalitia* in-

terpretatus est. Sed genuinam, quam Antoninus, et Stephanus Byz. v. Ἀσπαλάθεια, dederunt lectionem, restituit Kusterus, vertitque: *de corporibus in alias formas mutatis.* Alii aliter. De Pinedo Graecam vocem servavit: Graecam etiam Ovidius, si quidem ab eo haec est epigraphe. In eadem re versantes secutus est, vel descripsit Antoninus, quos passim laudat (unde forsan Μεταμορφώσεων Συναγωγή) Didymarchi Μεταμορφώσεις, Antigonum ἐν ταῖς Ἀλλοιώσεσι, Corinnam ἐν Ἑτεροίοις, Nicandrum in Ἑτεροιουμένοις, et Boeum ἐν Ὀρνιθογονίᾳ. Alii eiusdem argumenti scriptores memorantur Viris D. ad Ovidii Metamorphoseon initium. Casauboni in Athenaeo pro ἐν τρίτῳ... Εὐρωπίας legentis Ἑτεροιουμένων coniecturam damnarunt etiam Vossius et Rutgersius d. d. l. l. Quorum ille: *Summo viro non obversabatur locus Stephani* v. Ἄθως, *ubi quintus* Εὐρωπείας Νικάνδρου *citatur*: Hic, *fuit autem*, inquit, *id Nicandri opus, quo videtur Europam descripsisse, et quae in ea memoratu digna occurrebant. Sic* Siciliam *eius et* Aetolica *et* Boeotica, *et id genus alia passim veteres scriptores laudant.* Neque etiam ratio procedit, cur illud Europiacum opus reiiciatur, quod nempe de Glauci mutatione sermo fiat, quandoquidem ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς, quae subiungit Athenaeus, eiusdem Glauci historiam persequitur, quod tamen in ἐν τοῖς Ἑτεροιουμένοις quis dicat mutandum? Certe Schol. Apoll. Rhod. lib. IV. v. 57. Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ Εὐρώπης, quod Rutgers. d. l. recte vidit numero non constare, quandoquidem de quibus ibi sermo est, in *quarto* eius operis libro reperiuntur. Verh.

Pag. 5, 1. *Κεία τὸ γένος ἐξ Ἰουλίδος*] Strab. pag. 486. mox Munckero cit. Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε· λείπεται δὲ δύο ἥτε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία. cet. Stephan. de Urb. v. Ἰουλὶς sua e Strabone hausit, ipso agnoscente Berkelio, unde mirari subit, cur nonnullorum Codd. fide fretus, omnium vulgatorum lectionem, ipso Strabone invito, spreverit. Ἰουλὶς, πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ, quod in Κῷ mutatum ivit. Atqui alia insula Κῶς, alia Κέως. Has quidem inter se nonnunquam confundi monet Broukhus. ad Propert. lib. I. 11. 12. Illam vero in Caria, hanc in Aegaeo mari sitam docet Micyll. ad Ovid. lib. VII. Met. v. 368. Clare idem Heroid. Ep. XX. v. 221. *Cingitur Aegeo, nomine Cea, mari.* Unde Κείων, pro Κόων apud Menandr. et Heraclid. περὶ πολ. recte ad Aelian. V. H. lib. III. cap. 37. vindicant Viri D. Eustath. ad Hom. Odyss. X. v. 369. Κεῖος ἀπὸ Κέω τῆς νήσου. Idem iisdem verbis

habet Suidas v. *Βακχυλίδης*. ubi male *Καρθίαν*. Plin. lib. IV. *N. H.* cap. 12. *Ceos*, quam *nostri quidam dixere Ceam*. Unde apud Phaedr. lib. IV. F. XXI. [v. 8.] perinde videtur, num *in Ceo* an *in insula Cea*, legas. Nam Simonidem, quo de ibi agitur, Julide Cei urbe natum, addit quoque Stephanus, et hinc *Ceae Camenae* et *naeniae Ceae* pro *Simonideae* apud Horatium [Od. II. 1, 37. IV. 9, 7.]. Provocat quidem Berk. ad eumd. *Steph.* v. *Κῶς, ἔοικεν οὖν τὸ πρωτότυπον Κέως*, sed ipsum distinxisse eo liquet, quod ut Simonidae patriam *Ceon* adiudicavit, ita Hippocrati suam *Con*, quam vocem, etsi meane an aliena sit emendatio, distinguere omisi in apparatu, Festo restituam: *In insula Aesculapio facta aedes fuit* cet. Lege, *In insula* CO *Aesculap.* cet. Dion Cass. T. I. pag. 638. Ἔτυχε γὰρ ἐκ τῆς ἐν Κῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ὕλης ξύλα ἐς ναυτικὸν κεκοφώς. Pausan. Lacon. cap. 23. πλέοντες ἐς Κῶν παρὰ τὸν Ἀσκληπιόν. Lactantii error facile cum Heinsio tollitur, lib. VII. cap. 13. 14. ad *Caeam urbem*, pro *Caeae*, ut ille, vel potius *Ceae*. Ovid. lib. VII. Met. v. 368. *Transit et antiquae Carthaeïa* (sic) *moenia Ceae*. Ceterum Epistola illa XX. Heroid. et XXI. modo haec sit Ovidii, cum Epist. X. lib. I. Aristaeneti collatae, eamdem rem ita complectuntur, ut ovum ovo non similius, et, nisi Cydippes et Acontii mentionem iniecisset, eamdem fabulam sub Ctesyllae et Hermocharis nominibus ab Antonino tradi dicas. VERH. Insulae *Ceae* cum insulis *Co* et *Chio* crebro confusae exempla dedit Bastius Epist. Crit. pag. 106. 107. ed. Wiedeb. Cfr. Intpp. ad Val. Max. II. 6.

Ibid. ἐξ Ἰουλίδος] Vide Strab. lib. X. pag. 551. Edit. Xyl. MUNCK.

Pag. 5, 3. χορεύουσαν Πυθίοις παρὰ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Καρθαίᾳ] Χορεύειν verbum sacrorum, proprie de Dionysiacis, Sophocl. Aiac. v. 711. unde Bacchus ipse χορεύειν et χορευτὴς Orpheo dicitur. Vid. Periz. ad Aelian. V. H. lib. III. cap. 40. et translate ἄστρων χοραγὸς Sophocl. Antig. v. 1103. Erat tamen et aliorum Deorum: Dianae, Callim. H. in Dian. v. 3. ubi vid. Spanh. Cereris, Virgil. lib. I. Georg. v. 346. Apollinis, Apoll. Rhod. lib. I. v. 536. et Virgil. lib. IV. Aeneid. v. 145. Hoc festum celebrantes hymnos canebant, Spanhem. ad Callim. d. l. v. 242. citharam pulsabant, id. ad H. in Apoll. v. 12. et in Del. v. 302. et saltabant choream in orbem agentes, ad H. in Dian. v. 3. unde Aristoph. in Plut. v. 761. ὀρχεῖσθαι, σκιρτᾶν et χορεύειν iungit, de quibus videndus inprimis Kusterus. Χορεύειν παρὰ (an περὶ?) τὸν βωμὸν idem est,

quod aliis στῆσαι vel στήσασθαι χορὸν ἀμφὶ vel περὶ βωμόν. Ita enim moris erat, ut loca indicata satis monstrabunt. Cuncta simul expressit Schol. Apoll. Rhod. d. l. Καθάπερ ἠΐθεοι ἐν Δελφοῖς, ἢ ἐν Δήλῳ, ἢ ἐν Ἰσμηνῷ περὶ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος χορὸν στήσαντες, πρὸς τὸ τῆς κιθάρας μέλος ἡρμοσμένως κροτοῦσι τοῖς ποσὶν etc. At cur non Julide, patria urbe, sed Carthaeae factum? Veteres non patria solum, sed aliorum etiam locorum festa celebrare, eoque choreas mittere solebant stato tempore. Vid. Spanh. ad Callim. H. in Del. v. 278.

Ἀλλά τοι ἀμφιετεῖς δεκατηφόροι αἰὲν ἀπαρχαὶ
Πέμπονται. πᾶσαι δὲ χοροὺς ἀνάγουσι πόλης. Verh.

De hoc Apollinis templo vid. Dissen. ad Pindari Isthm. I. 1, 7. T. II. pag. 525. ed. Goth. O. Bröndstedius in opere praeclaro: *Reisen und Untersuchungen in Griechenland* T. I. Additam. V. pag. 95. templum intelligendum esse dicit Apollinis-Aristaei, cuius rudera accurate describit pag. 14 sqq. 18 sqq. Ceterum Cod. Paris. πάρα (sic) τὸν βωμόν.

Pag. 5, 5. μῆλον ἔρριψεν] De mala proiiciendi usu, quod amatorium erat, Graecis μηλοβολεῖν vel μήλοις βάλλειν, multa notavit La Cerda ad Virgil. Ecl. III. v. 64. et Claud. Berald. ad Stat. lib. III. Sylv. v. 158. Eadem, quae Antoninus, narrat Ovid. in Epist. XXI. Heroid. v. 105. cet. Ubi Cydippe:

In templum redeo, gradibus sublime, Dianae:
Tutior hoc ecquis debuit esse locus?
Mittitur ante pedes malum, cum carmine tali. cet.

Verh.

Ibid. ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος] Bröndstedius l. c. pag. 95 sq. quoniam de Dianae sacro in insula Delo h. l. cogitari non potest, hanc nobis proponit coniecturam: „*Jeder unbefangene Leser muss Nikander's Worte, in ihrer Verbindung hier, von einer dem Apollonsaltar nahen, und mit ihm durch dieselben Feierlichkeiten verbundenen Oertlichkeit verstehen. Und wie könnte man glauben, dass der junge Athener (Hermochares) die Ausführung einer List, welche ihm durch ungestüme Liebe eingeflösst wurde, bis auf ein anderes, und an einem andern Orte zu feierndes Fest, aufgeschoben haben sollte. Es war also auch ein Artemision bei Karthäa. Dieses Gebäude kann sich aber nur auf dem runden Felsen, welcher sich dicht hinter den Ruinen des Apollonstempels erhebt, befunden haben. Dass dieser Felsen einst ein grosses Gebäude trug, ist schon oben (S. 14.) bemerkt wor-*

den.“ Utrumque sacrarium iunxisse τὸ χορηγεῖον, demonstrare studet vir doctissimus pag. 98 sqq.

Pag. 5, 6. ἀνέγνω· ἐγ. δὲ ὅρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος] Aristaen. d. l. Τὴν γραφὴν ἀνεγίνωσκεν ἔχουσαν ὧδε· Μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι. Ovid. v. 143. *Non ego iuravi: legi iurantia verba.* Verh.

Pag. 5, 7. ὅρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος] Vox κατὰ in Cod. Paris. obliterata, quam tamen iudice Bastio recte restituit Xylander. Quemadmodum enim serioris aetatis scriptoribus usitatissimum fuisse constat ὀμνύειν κατά τινος, item vocabulum ὅρκος cum eadem praepositione structum haud raro invenitur. De his vid. Schaefer. ad Longi Past. pag. 353. Bast. Epist. Crit. pag. 102. 103. ed. Wiedeb.

Ibid. ἦ μήν] Formula confirmandi usitatissima in iureiurando. Demosth. Κατὰ παίδων ὤμνυες ἦ μὴν ἀπολωλέναι Φίλιππον. Ita ἦ μὴν et ἦ μὰν pro ὄντως in Homero invenias. Hesychius: Ἦ εἶπεν, ἀληθῶς, ὄντως. Male habet, quod mox subdit doctissimus Grammaticus: Ἥιατο, ἐκάθητο. Lege: Εἵατο, ἐκάθηντο, vel certe ἥατο, unde καθήατο. Iliad. *Α.* v. 76. Munck. Formulam hanc illustrat Perizon. ad Aelian. *V. H.* lib. II. cap. 7. ubi praeter Antonini, plura congessit loca, et J. Alberti ad Epist. ad Hebr. cap. VI. v. 14. ubi Vir Cl. hunc locum vertit: *Scriptum autem est iusiurandum, quo per Dianam iuraret virgo, se omnino Hermochari nupturam.* Ἦ μὴν pro ὄντως, *certe, omnino*, quod addit, praecepit iam Munckerus, ut vides. Exempla ubivis obvia. Dudum illud observatum. Scalig. prim. Ἦ μὴν additur semper apud poëtas, cum Dii ὤμοσαν. *Iurant*, et omnino *in iureiurando.* Verh.

Pag. 5, 9. ἀπέῤῥιψε τ. μ. αἰδεσθεῖσα] Aristaen. d. l. ut pateat, ex eodem fonte omnia hausta: Τὸν ἐρωτικὸν λόγον ἀπέῤῥιψεν αἰδουμένη. Verh.

Pag. 5, 10. ὥςπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξεπάτησεν] Fabula de Acontio et Cydippe est notissima. Vide Ovidii Heroid. Epist. IX. Berkel. Rem ipsam narrat etiam Aristaenetus Epist. I. 10. Verba autem ὥςπερ ὅτε Κ. Ἀ. ἐξεπάτησεν Antoninum de suo addidisse haud male suspicatur Bröndstedius in *Reisen und Untersuchungen in Griechenland* T. I. pag. 52. not. 6. coll. pag. 96. not. 2. ubi de tota hac fabula hunc in modum disputat: „*Unter anderen dem Mythos gehörenden Sagen, die auf Keos entstanden, oder doch dieser Insel von Mythographen und Dichtern beigelegt werden, sind noch die Erzählungen von dem Unglück und der Verwandlung des jungen, von dem*

Apollo geliebten Kyparissos, und von dem Abenteuer A k o n t i o s m i t K y d i p p e. — *Akontios und Kydippe's Liebesgeschichte ist durchaus nur eine Nachbildung der Erzählung von Hermochares und Ktesylla* (*blos die Scene der Begebenheit ist von Keos nach Delos verlegt*); *denn dass* d i e s e *das Original sey, beweist die auf Keos einheimische Verehrung der Aphrodite - oder Artemis - Ktesylla* (*da hingegen griechische Mythen von einer vergötterten Kydippe nichts wissen*); *ja selbst der Umstand, dass* N i k a n d e r *diese unter seinen Verwandlungen* (Ἑτεροιούμενα) *aufführte.* O v i d *hatte beide Erzählungen vor sich.*" Vid. Ovid. Heroid. XX. coll. Metamorph. lib. VII. v. 368-370.

Pag. 5, 12. κατήνεσε τὸν γάμον] Pind. Pyth. Od. X. *Καταίνησάντε κοινὸν γάμον.* Noster cap. 34. *Κατήνεσε τὸν λόγον.* MUNCK. *καταινεῖν τινι γάμον, παῖδα* et similia in poëtarum libris maxime reperiuntur, unde, ut alia multa, scriptorem nostrum depromsisse credibile est. Laudat Bastius Eurip. Iphig. Aul. v. 695. Orest. v. 1090. ubi cfr. Porsonus. Pindari locus a Munckero allatus legitur Pyth. IV. v. 95. *καταίνησάν τε κοινὸν γάμον.*

Pag. 5, 16. ἑτέρῳ συνῴκιζε τὴν θυγατέρα] Ael. *V. H.* lib. VIII. cap. 9. *Ἄλλῳ συνῴκισε τὴν παῖδα.* Est enim patris filiam marito tradentis, in matrimonium elocantis, quod alias dicitur *γαμίζειν*, atque adeo plus, quam supra illud *κατήνεσε τὸν γάμον.* Et hinc indignatio Hermocharis, non quod Ctesylla *rem sacram faceret*, sed quod *ἔθυε γάμους*, quae plena est locutio hac in re usitata, h. e. *propter nuptias sacrificare*, *θύειν τὰ γαμήλια*, quod alii dicunt. Plura eiusmodi illustrat Ampl. Cuperus Obs. lib. III. cap. 13. VERH.

Ibid. Καὶ ἡ παῖς] Propter mox sequentia: *καὶ ἡ παῖς αὐτὸν ἰδοῦσα* cet. hic legere mavult Cl. Fonteinius *καὶ ἡ μὲν*, deleto *παῖς*. VERH.

Pag. 5, 17. χαλεπῶς δὲ φέρων Ἑρμοχάρης ἐπὶ τῷ τ. δ.] Ad *τούτου* intell. *τοῦ Ἀλκιδάμαντος.* His exprimi dicit Bastius: *illius petitioni non esse satisfactum ab hoc, illum non obtinuisse apud hunc, quod optaret.* Xylander: *repulsae impatiens Hermochares.* Illud *χαλεπῶς φέρειν* cum praepos. *ἐπί* iunctum illustrat Wyttenbachius Biblioth. Crit. Vol. III. P. 2. pag. 17. Ad eandem normam dixit Libanius Vol. IV. pag. 755. *χαλεπῶς φέρειν διά τι.* Sed rarissime in huiusmodi locutionibus hoc verbum nudum casum tertium adsciscit.

Pag. 5, 20. κατὰ θεῖον ἠράσθη] Fieri potest, ut errem; sed tamen puto scripsisse Liberalem: *κατὰ θεόν.*

cap. 12. κατὰ θεὸν ἀετὸς ἁρπαγὼς λαγωόν. cap. 13. κατὰ θεὸν ἠφανίσθη. Eodem sensu mox: κατὰ δαίμονα ἐτελεύτησε. cap. 21. κατὰ δαίμονα οἰστρήσασα. cap. 38. κατὰ δαίμονα μεταβαλών. Alioqui scripsisset potius: κατὰ τὸ θεῖον. Palaephatus Actaeone [cap. 3, 3.]: μὴ ὑβρίζωσιν εἰς τὸ θεῖον. Munck. Τὸ θεῖον etiam Tollius praefert in Aristaen. d. l. Ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προςπελάζει. Sed inter usitatas eiusmodi formulas, κατὰ τύχην, κατὰ δαίμονα, κατὰ θεόν, etiam κατὰ θεῖον probat Valckenarius, si quis, iustus arbiter, ad Herod. lib. III. pag. 275. Invenio, quo dubium tollitur, apud Aristoph. in Equit. v. 146. Ἀλλ' ὁδὶ προςέρχεται Ὥςπερ κατὰ θεῖον, εἰς ἀγοράν. Verh. Probat etiam Bastius. Nimirum librarii rariorem vocem θεῖον saepissime corruperunt alteram eandemque in his longe vulgatiorem θεὸν substituentes. Vid. Schaef. Melett. Critt. pag. 134.

Ibid. συνθεμένη διὰ τῆς τροφοῦ] *Pacta cum eo per nutricem.* Ita Xylandro melius Periz. ad Aelian. *V. H.* lib. X. cap. 16. ubi συνθεῖναι, quod infra cap. ult. συντίθεται πρὸς Καδμείους, unum cum altero dici, observat. Verh.

Pag. 5, 21. διαλαθοῦσα τὸν πατέρα, νύχιον ἀπ.] In Xylandri editione sic ea distinguuntur: διαλ. τὸν πατέρα νύχιον, ἀπέπλευσεν κ. τ. λ.

Pag. 5, 22. γάμος ἐπράχθη Ἑρμοχάρει.] Nisi de honestis heic nuptiis sermo esset, non inepte exponi hoc posset: συνῆλθεν αὐτῇ Ἑρμοχάρης. Pind. Pyth. Od. IX. [v. 118.]

Τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευτάν.

Hoc est, μιχθῆναι, ut recte explicat Scholiastes. Aristaen. lib. I. epist. 21. γάμον μήτε πολυπραγμόνει, μήτε προςδόκα. h. e. τὴν συνουσίαν. Non concedit Graecorum elegantiae illud Petronii [cap. 25.]: *Plaudentibus ergo universis, et postulantibus, nuptias fecerunt.* Ita *connubium* Hyginus Mythol. cap. 14. pro *concubitu* posuit. Si tanti putes, vide quae ad illum locum a nobis sunt observata. Munck.

Pag. 6, 2. Καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες ἔφερον] In tam terso nitidoque scriptore tautologia non est ferenda: nam inter κομίζειν et φέρειν manifestam significationis differentiam non conspicio: sine dubio, unica mutata litera, scribendum est: καὶ τὸ μὲν σῶμα κομήσαντες, ἔφερον, vel κοσμήσαντες: puto enim τὸ κομεῖν et κοσμεῖν hic eandem sortiri significationem. Solebant ex vetere ritu, omnigenis floribus diversoque cultu defunctorum corpora exornare. Innumera huius ritus exempla in medium possent adduci, sed notiora sunt, quam quod ex aliis repeti debeant. Berkel.

Lege aut κομίσαντες aut κοσμήσαντες. Est porro Ἰουλὶς civitas et fons in Ceo insula. Patria fuit virorum aliquot celebrium, puta Simonidae, Bacchylidae, Erasistrati, Aristonis Peripatetici. Gale. Ne tautologiam metuamus, τὸ κομίζειν heic idem esse, quod ἐνταφιάζειν putemus, hoc est, lotione, unctione, aliisque, quae veteres amabant, corpus praeparare ad sepulturam. Est certe, ut κομίζειν funebre sit verbum, Sophocl. Ai. Flagell. v. 1414. Κεἴτινα στρατοῦ θέλεις κομίζειν. Interpres: *Si quem de exercitu alium pro te curare voles*, funus puta Aiacis. Terent. Andr. Act. I. sc. 1. *Curabat una funus*. Eustath. Κομίζω καὶ κομῶ ἐπιμελείας ἀξιῶ. Συγκομίζειν pro θάπτειν accipiunt Graeci Magistri. Schol. Soph. Ai. Flag. v. 1068. Μὴ θέλε συγκομίζειν, ἤγουν θάπτειν, ἀπὸ συναγομένων καρπῶν εἰς ἀποθήκας. Sed ἀπροςδιόνυσα haec, nec per omnia vera. Satis iam animi gratia argutati sumus. Tu κομίζειν hoc loco, ut et apud Sophoclem, vere idem esse, quod βαστάζειν, dixeris. Sane apud Tragicum Poëtam est, *asportare corpus Aiacis in saltu inventum*. Sic v. 839. Πρῶτος ὥς με βαστάσῃ. et v. 937. τίς σε βαστάσει φίλων; Atque ita interpretandum illud Homeri Iliad. Γ. v. 378. κόμισαν δ' ἐρίηρες ἑταῖροι. Schol. ἦραν, ἐβάστασαν. Ergo tautologia heic est. Nihil minus, o bone, sed Graeca elegantia. Plane ut Liberalis noster, etiam Aelian. Var. Hist. lib. III. cap. 22. τοὺς πατρῴους θεοὺς βαστάσας ἔφερε. lib. VII. cap. 51. ἀπιὼν ᾤχετο. Lucian. Fugit. ἀπιὼν ᾠχόμην. A quo non longe abit, quod inferius cap. 32. legis: ᾤχετο φεύγουσα et cap. 23. ἦγεν ἐλαύνων. Plura exempla tibi suppeditabit Stolbergius ad Aj. Flagell. Sophocl. pag. 195. Pulchre Hellenismum vidit doctissimus Xylander; vertit enim: *cuius cadaver cum ad sepulturam efferretur*. Munck. De hac locutione pluribus egit Graev. Lectt. Hesiod. cap. 1. Tautologiam urget Berkelius, cui vapulant Xylander et Munckerus. Immerito. Familiaris haec Antonino est elegantia. Cap. 21. Φεύγουσα ἐξίκετο. Cap. 34. Ὤιχετο φέρων. Cap. 38. Φυγὼν ἔρχεται. Cap. 39. Ἐκφυγοῦσα ἐξίκετο. Sic Theocrit. Id. II. v. 152. Arrian. de Exp. *A. M.* lib. I. cap. 17, 10. Lucian. T. III. pag. 655. Φερόμενος βαστάζεται. Neque in κομήσαντες vel κοσμήσαντες cum Berkelio mutes. Est enim eadem fere, quae verbis κομεῖν et κοσμεῖν inest, τῷ κομίζειν notio lotionis et unctionis, quibus cadavera ad sepulturam parabantur, unde συγκομίζειν, quod in Act. Apost. cap. VIII. v. 2. occurrit, de cadavere curando, vel, ut Latini dicunt, *componendo* ante, quam exequiae fierent, adhi-

betur. Infra cap. 39. non tam dissimilis locus: Τὸ σῶμα προήνεγκαν εἰς ἐμφανὲς οἱ προςήκοντες, καὶ οἱ μὲν ἔμελλον κηδεύσειν. Verh. Jacobsius in Ephem. liter. Halens. a. 1806. No. 281. praefert κοσμήσαντες. Vulgatam κομίσαντες defendit etiam Hor. Vitringa ap. Bosium Observatt. Miscell. p. 243. 244. cui accessit nuper Bastius. Nihil verius, quandoquidem κομίζειν dicuntur, qui iustam mortuis impendunt curam. Unde apparet, verbo κομίζειν h. l. non inesse *ferendi* notionem neque cum Munckero, Vitringa atque Verheykio eadem ratione haec explicanda esse, qua dictum est οἴχομαι φέρων, ἔρχομαι φέρων et id genus alia.

Pag. 6, 3. ὅπως κηδεύσωσιν] Jacobsius Additam. Animadvv. in Athen. pag. 286. leni mutatione scribendum existimat κηδεύσουσιν, cuius coniecturae gratiam facimus viro praestantissimo. Infr. cap. 13. τὸ δὲ σῶμα τὸ τῆς Ἀσπαλίδος ἐξερευνῶντες πάντα τρόπον, ὅπως κηδεύσωσιν. Cap. 19. ὅπως πλεῖστον ἀρύσωνται μέλι. Vid. Harless. Miscell. Critt. I. pag. 583. Bekker. Specim. Philostrat. pag. 36. Reisigius ad Xenoph. Oecon. pag. 37, 9. Poppo ad eiusd. Cyrop. II. 1, 4. pag. 99. Nitzsch. ad. Plat. Jon. pag. 24.

Ibid. ἐκ τῆς στρωμνῆς] Xyl. *e sandapila*. *Lectum* rectius appellasset cum Persio Sat. III. vel *torum*, cum Ovid. lib. IX. Met. *Κλίνη* et *λέχος* dicitur alias Graecis, *lectica* Latinis. *Σορὸν* et λάρνακα cap. 33. cadaveri Alcmenae adsignat. Ea forma licet verissime fuerit Romanorum sandapila, verterim tamen *capulum* potius vel *arcam*, quam *sandapilam*. Rationes alias non requires, si cogites sandapilas illa tantum dici Latinis pheretra, quibus plebeiorum vel damnatorum cadavera efferebantur. Munck. Confirmat ipse Antoninus cap. 34. Ἐπὶ τῆς στρωμνῆς ἐξεδέχετο τὴν κόρην. Aelian. *V. H.* lib. XIII. cap. 1. *Στρωμνὴ* (*Ἀταλάντης*) αἱ δοραὶ τῶν τεθηραμένων, ubi Periz. Munckero adsentiens in hoc Antonini loco etiam *lectum funebrem* interpretatur. Verh.

Pag. 6, 4. πελειὰς ἐξέπτη] Obiter tangit hanc fabulam Ovidius lib. VII. Metam. [v. 368.]

Transit et antiquae Cartheïa moenia Ceae,
Qua pater Alcidamas placidam de corpore natae
Miraturus erat nasci potuisse columbam.

Berkel.

Pag. 6, 6. ὁ θεὸς ἀνεῖπεν] Mire in hoc verbo ludit librariorum oscitantia. Apollod. lib. II. cap. 8. §. 2. ὁ δὲ θεὸς ἀντεῖπε, ubi in aliis rectius, quamquam utrumque probat Aegius (etiam coll. d'Orvill.), ἀνεῖπε. Apud eumdem

lib. III. cap. 14. §. 8. ὁ δὲ θεὸς ἀπεῖπεν, quem errorem gravissimum vocat Faber, et omnino legendum censet ἀνεῖλεν, quod voluit et Galeus, verbum nempe hac in re proprium, et apud quosvis scriptores obvium, uti multis probavit J. G. Graevius ad Lucian. Soloec. pag. 116. Ex Antonino tamen Apollodoro recte ἀνεῖπεν restituit ad Gregor. pag. 235. Koenius, quem lugere Musae nondum desinunt. Similiter lib. I. cap. 8. §. 2. in Apollod. pro τὰς Μοίρας φασὶ δὲ εἰπεῖν, Faber legit φασὶ ἀνελεῖν, quia vox est oraculorum, quod necessarium non iudico, quia nihil de oraculo consulto praecedit, certe facilius mutari posset in ἀνειπεῖν. Nam simplici verbo ita utitur Antoninus, cap. 25. Θεωροὺς ἀπέστειλαν παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ αὐτοῖς εἶπεν ὁ θεός. Idem enim est, quod mox ἔχρησε δὲ τοῖς Κείοις, quo sensu hoc verbum adhibuit Euripid. Phoeniss. v. 412. ubi et pag. 724. conf. Cl. Valckenarium. Verh.

Pag. 6, 8. οἱ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν Ἰουλιῆται μὲν Ἀφροδίτῃ, Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι Κτήσυλλαν Ἑκαέργην] Totum locum damnat et refingit Perizonius, non invito Valckenario, ad Aelian. *V. H.* lib. IV. cap. 15. et ad Sanct. Min. lib. IV. cap. 8. *Οἱ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν, Ἰουλιῆται μὲν Ἀφροδίτην Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι Κτήσυλλαν Ἑκαέργην. Hi vero*, generatim Cei, sed qui mox dividuntur in Julietas et reliquos, *sacra faciunt* scil. Ctesyllae, *ad hoc usque tempus, Julietae quidem eam Ctesyllam Venerem appellantes, reliqui vero Ctesyllam Dianam.* Verh. Cod. Paris. vocem Ἀφροδίτῃ duabus virgulis habet inclusam. Ea ut in Ἀφροδίτην mutetur haud necessarium videtur Bastio: cui tamen oratio procedit magis expedita, si legatur transpositis verbis: οἱ δὲ θύουσι ἄχρι νῦν Ἀφροδίτῃ, Ἰουλιῆται μὲν Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες κ. λ. sed sententiam pergit manere eandem: *les habitans de l'île de Céos offrent encore des sacrifices à Vénus, ceux de Julis, en lui donnant l'épithète de Ctesylla, les autres en la nommant Ctesylla Hécaergé.* Expulit Julietarum nomen Xylander, ut qui vertit: *hique* (Cei) *etiamnum Veneri sacrificant, Ctesyllam eam appellantes, alii Ctesyllam Hecaergam.* Bastii interpretationem vituperat Bröndstedius l. c. pag. 96 sq. his usus argumentis: „*Nikander hat aber, dünkt mich, nicht sagen wollen, dass die Keïer noch jetzt der Aphrodite opfern, sondern dass die Keïer noch jetzt der Ktesylla opfern, einige (die Julienser), indem sie die Verehrung der Ktesylla mit dem Dienst der Aphrodite vereinigten, die*

übrigen Keïer aber, indem sie den Ktesylladienst mit dem der Artemis verbanden.

Von einem Kultus der A p h r o d i t e, *ausserhalb der Stadt Julis, finde ich auf Keos keine Spur; der Dienst der Artemis hingegen, als mit dem ihres göttlichen Bruders verbunden, war allenthalben auf Keos einheimisch, und über die ganze Insel verbreitet. Auch ist mir weder irgend eine Inschrift, noch bei Schriftstellern irgend eine Stelle bekannt (denn die gegenwärtige des Antoninus Liberalis kann nicht angeführt werden), wo Aphrodite'n der Beiname* Ἑκαέργη *gegeben wird. Dieser Beiname eignete sich nur für eine* b e w a f f n e t e *Gottheit, und ging aus der Sage von dem durch Hyperboreer nach Delos gebrachten Kultus, auf Artemis, so wie* Ἑκάεργος *auf Apollon über. — Nach dieser Ansicht interpungire und erkläre ich die Stelle also:* Χρωμένῳ δ' Ἑρμοχάρει ὁ Θεὸς ἀνεῖπεν ἱδρύσασθαι ἱερὸν παρὰ τοῖς Ἰουλιήταις, ἐπώνυμον Ἀφροδίτης Κτησύλλης· ἔχρησε δὲ καὶ τοῖς Κείοις *(was ihnen befohlen wurde, verschweigt Nikander oder Antoninus Liberalis sagt es wenigstens nicht bestimmt; aber es ergibt sich von selbst, dass der Befehl des Orakels kein anderer als der bei ähnlichen Fällen gewöhnliche seyn konnte:* d a s s m a n d i e K t e s y l l a v e r e h r e n s o l l t e)· οἱ δὲ (h. e. Κεῖοι) θύουσιν ἄχρι νῦν (*nämlich* αὐτῇ, *das heisst* τῇ Κτησύλλῃ), Ἰουλιῆται μὲν Ἀφροδίτῃ, Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι (*nämlich* θύουσι τῇ Κτησύλλῃ) Κτήσυλλαν Ἑκαέργην (ὀνομάζοντες)." De Ctesylla cfr. idem Bröndstedius pag. 40. Quod autem contendit, Venerem *Ἑκαέργην* dici non potuisse, quum hoc epitheton deabus nonnisi armatis a veteribus tributum sit, de eo iure dubites. Certe Pausanias lib. III. cap. 23. init. narrat, Cytheris cultam esse Venerem armis instructam. Vid. Creuz. Symb. et Myth. T. II. pag. 29. coll. pag. 775. ed. sec.

Pag. 6, 11. *Οἰνεὺς ὁ Πορθέως*] Quin ultimum nomen sit corruptum, nullus dubito. Portheus a Mythologis recensetur inter quinquaginta filios, quos ex diversis uxoribus Lycaon genuit. Oenei patrem omnes statuunt *Parthaonem* Agenoris filium. Apollodorus lib. I. [cap. 7. §. 11.] *Παρθάονος δὲ καὶ Εὐρύτης Ἱπποδάμαντος ἐγένοντο παῖδες, Οἰνεὺς, Ἄγριος, Ἀλκάθοος, Μέλας, Λευκωπεύς.* Hyginus Fab. CLXXII: *Oeneus Parthaonis filius, Aetoliae rex cet.* Sed mirifice in illo scriptore id nominis librarii corruperunt. Vide Fab. CLXXV. et CXXXIX. Certum est, apud nostrum emendandum esse *Οἰνεὺς ὁ Παρθάονος*, et multis in locis apud Hyginum. Berkel. Apollodorus lib. I. Parthaonem (vel Porthaonem) Oenei patrem

agnoscit. GALE. Frustra de menda hunc suspiciunt locum, tantum abest, ut corruptum esse certum sit. Auctorem habet Homerum Antoninus Il. Ξ. v. 115. MUNCK. Vid. Bachet de Meziriac Comment. in Ovid. Epist. T. I. pag. 279 sq.

Ibid. *Οἰνεύς*] Quae de hoc notarunt Schol. Hom. Il. A. v. 212. et Schol. Aristoph. Ran. v. 1269. quamquam paullo aliter, plura sunt, quam ut hic legi possint. Eamdem Meleagri historiam Achilli narrat Phoenix apud Hom. d. l. monente Heinsio ad Ovid. Ep. III. Heroid. v. 95. ubi ab Homero eam mutuatum esse Ovidium, observat. De sacrificio Dianae ab Oeneo neglecto, et inde profectis calamitatibus agit Lucian. de Sacrific. T. I. pag. 525. cet. VERH.

Ibid. *ὁ Πορθέως*] *Παρθάονα* vocat Apollod. lib. I. cap. VII. §. 7. et 11. cui favere videntur e Graecis Paus. Messen. cap. 35. Strab. lib. IV. 463. 466. e Latinis Ovid. lib. VIII. Met. v. 551. IX. 12. quique ad eum citantur, Stat. I. Theb. v. 670. II. v. 726. Val. Flacc. lib. III. v. 705. Hygin. cap. 14. cap. 129. cap. 175. et 239. Sed lectio sibi parum constat, et nusquam ratio redditur, cur invitis Vett. edd. et Mss. eam intruserint Viri D. Pausaniae enim d. l. et Eliac. II. cap. 20. ante legebatur *Πορθάων*, quod tacite reiecit Xylander, illudque reposuit. Similiter in Ms. Pal. Apollodori diserte *Πορθάων* extat, Munckero teste ad Hygin. cap. 172. unde forsan illud Galei, Leg. *Πόρθα ut infra et Palat.* quod an mendum sit aberrantis typi, quibus scatet ista editio, ignoro, pro *Πορθέα* vel *Πορθάονα*. Certe *Porthaon* etiam olim legebatur apud Hygin. cap. 14. et 172. monente Heinsio ad Ovid. lib. VIII. Met. v. 541. Cuius in exemplaribus *Porthaoniae* etiam scriptum fuisse Viro Ill. videtur, quemadmodum in Ms. Plauti Men. V. 1. 45. *Ego te simitu novi cum Porthaone* extare Viris d. observatum. Idem monet, neque dubitat, quin idem sit, qui aliis *Parthaon* dicitur, quique Antonino et Homero Il. Ξ. v. 115. *Portheus* audit. Unde *Porthaon*, quod ad *Portheus* proprius accedit, ubivis praefero. Et hanc lectionem confirmat Val. Flacci Ed. Iunt. et Cod. Coki. Solent Graeci potissimum in ultima vocabulorum terminatione variare. Sic *Ἀλκεύς* et *Ἀλκαῖος*, *Ἀστέριος* et *Ἀστερίων* apud Apollodorum. *Τυφών* eidem, *Τυφωνεύς* Homero, *Τυφώς* Pindaro. Idem, qui Nostro in seqq. *Πανδάρεος* et *Πανδάρεως*, Homero *Πανδάρης* vocatur. Eustath. in Dionys. v. 558. *Λέγεται δὲ καὶ Γηρυών, καὶ Γηρυόνης καὶ Γηρυονεύς*. Plura dedit Hemsterh. ad Aristoph. Plut. pag. 207. et Ruhnken. ad Rut. Lup. II. pag. 100. VERH.

Pag. 6, 13. *Φηρεύς*] *Θυρεύς* est Apollod. lib. I.

[cap. 8. §. 1.] Uter verum dicat, non definio. MUNCK. Aeolicum esse cum recte contenderit Berkelius, aliud quid egit, quam debuerat. Aeoles enim θῆρες dixisse pro φῆρες, ait: quod contrarium ex eodem, quem testem citat, Eustathio, ad Lact. lib. VII. F. XXIX. monet Munckerus. Nam T. I. pag. 101. *Αἰολικὴ δὲ λέξις κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ φῆρες ἀντὶ τοῦ θῆρες.* Adde: T. III. pag. 1817. *Φλίψεται ἀντὶ τοῦ θλίψεται· ἡ δὲ λέξις Αἰολική, ὡς τὸ φηρσί.* VERH.

Ibid. Ἀγέλεως] Hunc et Periphantem ex Oenei filiis, e filiabus vero Eurymeden et Menalippen omittit Apollodorus. VERH.

Pag. 6, 14. θυγατέρες δὲ Γόργη] Non comparet inter has Dia, quam Oenei filiam facit Hygin. Myth. cap. 155. *Pirithous ex Dia Oenei filia.* Sed locus corruptus est. Scripserim *Deionei filia.* Hanc enim Pindari Schol. ad Pyth. Od. II. [v. 85.] et Tzetz. Chil. IX. hist. 273. Ixionis faciunt uxorem; cuius filius, non Jovis, Ovidio est Pirithous, Met. lib. VIII. v. 566. XII. v. 210. Etiam Apollod. lib. I. [l. c.] pag. 26. Edit. Commel. MUNCK.

Pag. 6, 15. ἐπεὶ δὲ ἔθυεν ἀπαρχὰς... ἐκλανθάνεται] Hinc locus Apollodori lib. I. cap. 8. non sollicitandus: *Τὰς ἀπαρχὰς Οἰνεὺς θεοῖς θύων μόνης Ἀρτέμιδος ἐξελάθετο,* quod in ἐπελάθετο mutandum coniicit Galeus. Infra: *Αἱ δὲ κύνες ἐξελάθοντο τῶν βοῶν.* VERH.

Pag. 6, 17. ἐφορμᾷ σῦν ἄγριον] Cap. 3. *Κῆτος δ' ἐξαίσιον ἐφώρμησεν αὐτοῖς.* Hoc Atticum. Vid. Graev. ad Lucian. Soloecist. pag. 74. [Vol. III. pag. 565.] MUNCK. Graevius vero de verbo ἐξορμάω loquitur.

Pag. 6, 19. οἱ Θεστίου παῖδες συνήγειραν] Et hinc patet, cum Mss. et Zenobio, apud Apollod. d. l. *Ἐπὶ τοῦτον τοὺς ἀρίστους ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάντας* pro ἐκάλεσε, legendum esse, συνεκάλεσε. VERH.

Pag. 6, 22. ὁ δὲ Μελέαγρος διανείμας cet.] Minus a vero abhorret, quod tradit Apollodorus: Oenea pellem Apri promisisse ei, quicumque illum occideret (et hoc ab antiquissimis temporibus moris fuit, ut inter praemia victoribus per omne certandi genus, etiam *pelles* proponerentur. Vid. Wessel. et Valcken. ad Herod. lib. II. pag. 144.), sed Meleagrum, post quam prima omnium Atalanta ferae tergum sagitta percusserat, dein Amphiaraus eius oculum vulnerarat, belluae a se interfectae detractam pellem non sibi servasse, sed Atalantae dono dedisse, quod Thestii filii indigne factum putantes, quia praesentibus viris feminae praemia concederentur, eam vi Atalantae eripuissent, unde dissidium illud ac dein bellum ortum.

VERH. Add. Bachet. de Meziriac Comm. in Ovid. Epist. T. I. pag. 276. 277.

Ibid. *τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ δέρος*] Hom. Il. I. v. 544. de eadem historia:

Ἀμφὶ συὸς κεφαλῇ καὶ δέρματι λαχνήεντι.

Ubi Schol. *τὴν κεφαλὴν τῷ δέρματι προςεχομένην συνέκειτο δοθῆναι ἀριστεῖα τῷ πρώτως βαλόντι τὸν σῦν.* Adde Ovid. lib. VIII. Met. v. 427. Et haec Dianae in lucis, in templis vel atriis suspendere solitos fuisse, observat Vir D. cui haec debeo, in Miscell. Obss. T. I. pag. 107. VERH.

Pag. 6, 23. *τὴν κεφ. καὶ τὸ δέρος ἐξαιρεῖ γέρας ἑαυτῷ*] Sic mutavi vitiosum *ἐξαίρει*, quod Codex Paris. et omnes editiones exhibent. Etenim sola, nisi fallor, forma media verbi *ἐξαίρειν* notionem habet *sibi acquirendi, auferendi.* Librarii in his quam crebro peccaverint, dici vix potest. Vid. Heindorf. ad Plat. Theaet. pag. 352. Ast. ad eiusdem Polit. pag. 448. Intpp. ad eiusd. Sympos. pag. 176. C. HSt.

Pag. 6, 25. *τὸν ἱερὸν σῦν ἔκτειναν*] Vertit Xylander: *sacrum aprum*, revera vocis significationem non percipiens. Quae enim in apro crescentem segetem in herba conculcante, atque in pecudes pastoresque saeviente venerabilis est maiestas? Non incommode rescribi posset *τὸν ἄγριον σῦν ἔκτειναν*, qua voce etiam hoc tmemate utitur Liberalis: *αὕτη κατὰ μῆνιν ἐφορμᾷ σῦν ἄγριον.* Verum sine necessitate et antiquorum codicum fide veterum scriptorum verba immutare et pro libitu expungere mihi semper fuit religio. Vulgata lectio, cum sani coloris sit, non est sollicitanda, sed bene interpretanda. Quotquot inter mythicae theologiae doctores hanc fabulam descripsere, magnitudinem et robur huius apri commemorant. Apollod. lib. I. [cap. 8. §. 2.] *Μηνίσασα δὲ ἡ θεὸς, κάπρον ἐφῆκεν ἔξοχον μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ.* Hygini Epitomator Fab. CLXXIV: *Interim ira Dianae, quia Oeneus sacra annua ei non fecerat, aprum mira magnitudine, qui agrum Calydonium vastaret, misit.* Itaque *τὸ ἱερὸν* hoc loco *μέγα καὶ θαυμάσιον* denotat. Huiusmodi significatu occurrit apud Hesychium: *Ἱερὸν, ἔνυγρον, ἀγαθὸν, μέγα, ὅσιον, καὶ ναός.* Apud eundem mox sequitur: *Ἱερὸς, ἰχθύς· τὸν μέγαν καὶ ἄνετον λέγει, ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα.* BERKEL. *ἱερὸν σῦν* intelligo sacrum Dianae; Hesychio *ἄνετος*: vel magnum. GALE. Vertit Xyland.: *sacrum aprum*; nec reprehendo. Auctam enim Dianae iram putem, non quod magnum, sed quod sacrum aprum occidissent. Sacer aper erat, quatenus Dianae in supplicio de Calydoniis sumendo inserviebat. Ovid. lib. VIII. Met. v. 272.

Sus erat infestae vindex famulusque Dianae.

Lib IV. Met. v. 471.

Num sacer ille mea percussus cuspide serpens,
Cadmus ait, fuerat.

Et ille quidem sacer erat, quod Marte esset genitus. Hygin. Myth. cap. 178. Apollod. lib. III. Hunc Dercyllum vocatum scribit Micyllus ad Met. Ovid. lib. III. v. 32. ridicule. Deceperunt forte illum verba Scholiastae Euripidis ad Phoen. v. 7. *Δέρκυλλος Θηβαίου τινὸς Δράκοντος τοὔνομα, βασιλέως δὲ Θηβαίων, θυγατέρα τὴν Ἁρμονίαν φησίν· ὃν φονεύσας Κάδμος ἔγημεν Ἁρμονίαν.* Vides heic Dercyllum esse scriptorem, non anguem. Dracon quoque viri nomen. Consule Palaeph. cap. 6. MUNCK. Quae de τῷ ἱερὸν, non nisi per μέγαν καὶ θαυμαστὸν, intelligendo hic notat Berkelius, confutantur a Munckero ad Lact. lib. VIII. F. IV. / Ex eodem fonte hausta, quae tradit Apollodorus d. l. *Μηνίσασα δὲ ἡ θεὸς κάπρον ἐφῆκεν ἔξοχον μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ.* Vid. Schol. Eurip. Phoen. v. 1115. ibique Valckenarius. VERH.

Pag. 6, 28. τὰ ἡμίσεια τῶν γερῶν] Ad eam normam haec dicta sunt, qua genus et numerus substantivi in adiectivum transferri solent. Hoc satis notum. Vid Fisch. ad Weller. Gr. T. III. 1. p. 354 sq. Difficultatem aliquam habet ipsa forma ἡμίσεια. Apud Graecos usu receptas fuisse scimus formas ἡμίσεα, ἡμίση, de quibus videsis Intpp. ad Thom. Mag. pag. 421. Herodian. pag. 413. ed. meae ibique Pierson. Fischer. ad Weller. T. I. pag. 123. Lobeck. ad Phryn. pag. 246. Buttmann. Gramm. ampl. T. I. pag. 194. At ἡμίσεια praeter Antoninum qui usurpaverit, habemus neminem. Quare Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. pag. 280. τὰ ἡμίσεα et hoc loco corrigendum censet. Equidem Bastio lubenter accedo, cui forma ista in Nicandro non temere sollicitanda videtur. Certe in Arato v. 1068. legas θήλεια δὲ μῆλα καὶ αἶγες.

Pag. 7, 7. ἡ γυνὴ Κλεοπάτρα] Hanc quoque Apollod. lib. I. [cap. 8. §. 2.] Meleagri coniugem statuit: *Μελέαγρος ἔχων γυναῖκα Κλεοπάτραν* etc. Errat igitur is qui Hyginum in compendium redegit, Meleagri uxorem Alcyonem appellans, ita enim ille Fab. CLXXIV. *At sorores eius praeter Gorgen et Deianiram, flendo deorum voluntate in aves sunt transfiguratae; quae Meleagrides vocantur: at coniux eius Alcyone moerens in luctu decessit.* Quaenam fuerit Alcyone, alibi apud Pausaniam invenies. BERKEL. Haec φερωνύμως dicta etiam Alcyone: vide quae

notavimus ad Myth. Hygin. cap. 174. qui gratis heic erroris arguitur. Confer Hom. Iliad. I. v. 558. MUNCK.

Pag. 7, 9. ἀποθνήσκει] Galeus ἐθνήσκει. male. Mox, ut ubique fere amat composita, ἀπέθανον καὶ οἱ ἄλλοι. Apollodorus, qui, ubi de Meleagri interitu eadem, quae Antoninus, retulit, aliorum mortem illius secus narrantium opinionem recenset, *καὶ ὁ Μελέαγρος ἐξαίφνης ἀπέθανεν.* VERH.

Ibid. τῆς μητρὸς ἐμπρησάσης] Confundit diversas opiniones. Vid. Apollod. lib. I. [cap. 8. §. 1.] pag. 28. MUNCK. Vid. Heins. ad Ovid. Epist. III. Heroid. v. 97. VERH.

Pag. 7, 10. αὐτῇ δοθέντα] *Αὐτῇ* praefert Fonteinius. VERH. Vid. inf. ad 10, 26.

Pag. 7, 12. αὐτὸν ἔσεσθαι] h. e. *βιώσεσθαι. Esse* est vivere, *non esse*, mortuum esse. Sophocl. Ai. Flagel. v. 790. [778.]

Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ τῇ δέ θ' ἡμέρᾳ.

Quod si per hunc diem vivet.

Si tanti putes, inspice, quae ad illum locum notavit Stolberg. et nos ad Hygin. cap. 139. MUNCK.

Ibid. ἐφ' ὅσον ἂν ὁ δάλος διαμένοι] Sic cum Bastio confidenter scripsi. Cod. Paris. et Editt. διαμένει. Teucherus in altera editione reposuit διαμένῃ.

Pag. 7, 18. εἰς ὄρνιθας] Apollod. *Ἀλθαία καὶ Κλεοπάτρα ἑαυτὰς ἀνήρτησαν· αἱ δὲ θρηνοῦσαι τὸν νεκρὸν γυναῖκες ἀπωρνεώθησαν.* Vid. Lactant. lib. VIII. F. 4. et Ovid. lib. VIII. Met. a v. 260. Qui tamen paullo aliter. VERH.

Pag. 7, 20. καθ' ὥραν ἔτους] Triplici modo haec explicari solent. Dicitur enim ἔτους ὥρα in universum *anni tempus*. Deinde de *certo quodam anni tempore* usurpatum est, quo hoc vel illud eveniat: quod autem intelligi debeat, ex totius orationis ambitu facile plerumque poterit divinari. Denique praeter cetera significari voluerunt Graeci *tempus aestivum* h. e. flagrantissimam aestatem circa dies caniculares. Praeclare de his disputavit Wyttenbachius ad Eunap. T. II. pag. 59. 60. ed. Boissonadi, quem et ipsum conferas T. I. pag. 186. et ad Philostr. Her. pag. 186. Adde Pierson. ad Herodian. pag. 423. ed. meae. Bast. Epist. Crit. pag. 108. 109. ed. Wiedeb. In nostrum locum eam vocis notionem, quam posuimus secundam, quadrare apertum est.

Ibid. πένθος... φέρειν] Cap. 18. *μέγιστον ἐποιήσαντο πένθος.* De re ipsa vide Aelian. Animal. lib. IV. cap. 48. MUNCK. *πένθος φέρειν* nihil aliud est quam simplex *πενθεῖν.* Apposite contulit Bastius Phalar. Epist. 97.

τὴν ἀρετὴν τοῦ γονέως, ἐφ' ᾧ γε τὸ πένθος φέρεσθε. et similem dictionem πένθος ἄγειν apud Lucian. T. I. pag. 135. Strabon. lib. XVII. pag. 1171. C. denique ἀνίαν φέρειν ἐπί τινι ap. Suid. v. Ἰάλεμος. Fons est Theocritus Idyll. XXVI. v. 26.

Pag. 7, 21. Γόργην καὶ Δηϊάνειραν] Aelianus lib. IV. cap. 42. de Animalibus perhibet, omnes Meleagri sorores, nulla excepta, in aves mutatas fuisse. Berkel. Facit cum nostro Hygin. Myth. cap. 174. Munck.

Pag. 7, 23. τὴν χάριν ταύτην] Cap. 20. Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι δίδωσι τὴν χάριν. Idem est cap. 6. Τοῦτο μὲν Ἀπόλλωνι δίδωσι. Munck. Illud ταύτην a Munckero de coniectura additum temere ipsi orationi intulit Teucherus, nescius, articulo vim inesse pronominis. Infra cap. 20. Ἀπόλλων δὲ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι δίδωσι τὴν χάριν, *hanc gratiam.* Utrumque locum bene interpretatus est Xylander.

Pag. 7, 28. κατὰ χρόνον τὸν ἱκνούμενον] *Legitimo tempore*, ut recte vertit Xylander. Male scriptum cap. 27. χρόνον ἱκούμενον. Munck.

Pag. 8, 2. ἐκείνης καρπούς] Refer ad τὸ Δήμητρα· alioqui legendum ἐκείνων, ut legisse et Xylander videtur, dum vertit *fruges eorum.* Καρπὸν Δημήτριον appellat Apostol. Cent. I. 54. Zenob. Cent. II. 4. Ὕστερον εὑρεθεῖσι τῆς Δήμητρος καρποῖς ἐχρήσαντο. Munck. Illud ἐκείνης offendit. Leg. ἐκ γῆς. Mox cap. 5. μηδὲν ἐκ γῆς φυόμενον. Arrian. de Exp. A. lib. III. 2, 3. Τῶν ἐκ γῆς καρπῶν εἵνεκα. Pluribus exemplis non opus est. Verh. Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. pag. 520. lenissimam adhibuit medicinam scribendo ἐκείνῃ, ut Neptunus fruges perdidisse dicatur *in illa regione* provenientes. De hoc usu adv. ἐκείνῃ vid. Jacobs. ad Anthol. Palat. pag. 666. Et eundem sensum exprimere voluit Xylander, cum Graeca redderet: *indignatus Neptunus fruges* e o r u m *perdidit*, h. e. Teucrorum. Sed ἐκείνης ad Cererem quominus referamus, quid impedit?

Pag. 8, 7. κἀκεῖνος ἔπεμπέ cet.] Iuxta mecum vides τὸ τὲ heic prorsus esse otiosum. Forte scribendum κἀκεῖνος ἔπεμπε δὲ καὶ πυρὸν etc. Munck. Nihil mutandum monet Berkel. ex his, quae post genuina Stephani Fragm. leguntur: Καὶ τῶν ἐντεῦθεν παρηγμένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν, καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων. Conf. cl. Hoogev. de Partic. T. II. pag. 1139. ubi Hom. Il. Φ. v. 262.

— Τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
Χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ, φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα.

Verh. Bastius perversam opinionem suam, in priore Epist. criticae editione pag. 74. prolatam, particulam τε pleonasmum esse Ionibus proprium, quem in errorem a Gregorio Corinthio pag. 412. ed. Sch. se induci passus est, postmodo ita retractavit, ut eandem voculam cum Schaefero ad Dionys. Halic. de Comp. Verb. pag. 191. plane inducendam esse censeret, utpote natam ex ultima verbi praegressi syllaba. Itaque delevimus, suadente etiam censore in Ephem. liter. Jenens. a. 1807. No. 287. c. 476.

Pag. 8, 10. ἀφανίσας] h. e. cum figuram illi humanam ademisset, vel ex hominibus eum sustulisset. ἀλλάξαι ἀπ' ἀνθρώπων id dicit cap. 30. ἀφανίζειν ἐξ ἀνθρώπων cap. 25. Non ceperunt hunc locum interpretes. Editio Leidensis: *mores quoque eius immutavit et corrupit.* Munck. Quae hic de Hierace in accipitrem mutato refert Antoninus, eadem de Daedalione, sed aliam ob causam, narrat Ovid. lib. XI. Met. v. 340. ubi avis istius descriptionem verbis non ita diversis exhibet. Sequentia hunc in modum refingit Fonteinius: *Καὶ τὸ ἦθος ἤλλαξεν ἀφανίσας· πολλοὺς γὰρ ἀνθρώπους ἀποθανεῖν κωλύσαντα, πλείστους ἐποίησεν αὐτὸν ὀρνίθων ἀποκτεῖναι, καὶ μέγιστα ὑπ' ἀνθρώπων φιληθέντα πλεῖστον ὑπὸ τῶν ὀρνέων μισηθῆναι.* Verh.

Pag. 8, 15. ὁ Δρύοπος] Hiccine an idem sit, quem infra cap. 32. Sperchii et Polydorae filium, et Oetae regem facit, ignoro. Plures fuisse videntur. Conf. Cl. Staveren. ad Hyg. cap. 90. Tzetz. ad Lycophr. v. 480. ibi cit. Dryopis meminit Apollinis ac Diae filii. Inter Priami filios etiam Dryopem recenset Apollod. lib. III. cap. 11. §. 5. De Dryope Arcade, quem Dryopas Asinen transtulisse Aristoteles auctor est, agit Strabo lib. VIII. 373. Qui nostro cap. 32. describitur, idem est, quem Schol. Apollon. Rhod. lib. I. v. 1213. Penei fluvii et Polydorae filium facit. *Σπερχειὸς* et *Πηνειὸς* in Mss. confunduntur. Verh.

Ibid. ᾤκει γῆς] Ellipsis praepositionis ἐπί. Noster cap. 12. ᾤκει ἐπὶ τῶν ἀγρῶν. Ioan. Apocal. cap. XI. v. 10. *Κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς.* Munck. Respuit hic ellipsin Berkelius, et ubicumque gignendi casus occurrat, accusativum reponi iubet, quapropter Schoetgenio ad L. Bos Ell. Graec. pag. 327. vapulat. Verh. Berkelii conamine nihil unquam vidi ineptius. Neque melius res cessit Bastio, cuius observationem, ut refutem, ex Gallica Epist. crit. editione pag. 74. non possum quin totam huc transcribam, praesertim cum omissa sit a Wiedeburgio: „*La construction,* inquit, *du verbe οἰκεῖν avec le genitif n' est pas sans exemples.*

Elle revient encore deux fois dans notre auteur chap. 11. *Πανδάρεως ᾤκει τῆς γῆς Ἐφεσίας, et chap.* 20. *τῆς λεγομένης Μεσοποταμίας περὶ (i' aimerois mieux παρὰ) Βαβυλῶνα πόλιν ᾤκησεν ἀνὴρ θεοφιλής. Le genitif depend de ᾤκησεν et non de πόλιν.*" Atqui verbum οἰκεῖν secundum adsciscere posse casum nemo praeterquam dixerit. Vid. Jacobsius Additam Animadvv. in Athen. pag. 176. et V. D. in Ephem. liter Jen. a. 1807. No. 287. c. 477. Videlicet genitivus ille ad aliud vocabulum, ex quo secundum grammaticae leges pendeat, referri debet, sive id sit revera nomen substantivum, sive adverbium quoddam loci, sive pronomen, ita quidem, ut ratio quaedam totius atque singularum eius partium plerumque spectetur. Sic auctor libelli huius cap. 11. quem locum pessime decurtavit Bastius, *Πανδάρεως ᾤκει τῆς γῆς τῆς Ἐφεσίας, ἵν' ἐστὶ νῦν ὁ Πρηὼν παρὰ τὴν πόλιν*, h. e. *Pandareos wohnte*, *wo*, id est *auf welchem Punkte, in welcher Gegend des Ephesischen Gebietes jetzt der P. ist.* Perspicuum est verba *τῆς γῆς τῆς Ἐφ.* rectissime habere propter sequens *ἵνα*. Infra cap. 20. *τῆς λεγομένης Μεσοποταμίας περὶ Βαβυλῶνα πόλιν ᾤκησεν*, quae vernacula lingua interpretari possis: *er wohnte von Mesopotamien um Babylon.* Quibuscum conferas cap. 11. *ἐν Κολοφῶνι τῆς Λυδίας.* cap. 17. *ἐν Φαίστῳ τῆς Κρήτης.* cap. 37. *εἰς Καλυδῶνα τῆς Αἰτωλίας.* cap. 41. *ἐν Θορίκῳ τῆς Ἀττικῆς.* Herodot. lib. I. cap. 62. *καὶ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς ἴσχουσι Μαραθῶνα.* Diod. Sic. lib. IV. cap. 74. *Τάνταλος κατῴκει τῆς Ἀσίας περὶ τὴν νῦν ὀνομαζομένην Παφλαγονίαν.* Atque eundem in censum venit locus noster, cuius explicandi caussa haec scripta sunt. In transcursu Platoni vindicem vulgatam scripturam, ab interpretibus quibusdam aut prave intellectam aut temere correctam, Sympos. pag. 182. B. HSt. *τῆς δὲ Ἰωνίας καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ αἰσχρὸν νενόμισται, ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦσι.* In his quin iungenda sint verba *τῆς δὲ Ἰωνίας.... ὅσοι*, neminem spero dubitaturum esse.

Pag. 8, 19. *ἐγεγόνει γηραιός*] Hoc pro vulgato *γεραιός* ex Cod. Paris. et Ed. Xyl. recepi, utpote convenientius dialecto Ionicae.

Pag. 8, 24. *ὅτι Μελανεὺς υἱὸς ἦν αὐτοῦ*] Propter excellentiam sagittandi artis ab Apolline genitum fuisse, creditum tradit Paus. Mess. cap. 11. Verh.

Pag. 8, 27. *ἀφ' ἧς*] Ita reposui pro *ἐφ' ἧς*. Vid. not. ad cap. 8. cap. 30. *ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν* etc. Munck. Munckeri hic *ἀφ' ἧς* legentis notam abesse iussi,

quod ad Lact. lib. XIII. fab. 6 et 7. meliora edoctus mentem mutavit et vulgatam lectionem aliis exemplis comprobavit, quod acerbe satis in altera editione ubi contra Munckerum contenderit Berkelius, ipse tamen ad Steph. v. *Ἀμβρακία* legit *ἀφ' ἧς*. Vulgatam quoque tuetur cl. Burmann. de Jove Fulger. cap. VIII. Verh. In Cod. Paris. vocula *ἐφ'* puncto notata, ut librarius *ἀφ'* in mente habuisse videatur.

Pag. 8, 27. *Ἀμβρακίαν*] Vide tamen Stephanum in voce et in *Δεξαμεναί*. Gale. Urbis et regionis eiusdem nominis meminerunt plurimi, quos longo ordine recenset Palmer. Ant. Gr. lib. VII. cap. 7. qui multa de hac historia ex Antonino disci testatur. Hic quidem Anton. Ambraciam a Melanei filia dictam tradit, quo nomine ab illo dissentit Stephanus et Eustathius deducentes vel ab Ambrace Thesproti filio, vel ab Ambracia Augei filia, non vero Strabo, qui lib. VII. pag. 325. *Ἀμβρακίαν Τόλγου* (*Τόργου* cum Epit. et Anton. leg.) *τοῦ Κυψέλου κτίσμα* vocat, hoc est, ut Thucyd. et Paus. dicunt, *Κορινθίων ἔποικον*. Ambracia enim iam ante condita. Idem Strab. lib. X. pag. 452. *Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου* ... (quod ex *Γόργου* pro *Τόργου* corruptum censet cl. Ruhnkenius) *μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον, καὶ ἥτε Ἀμβρακία συνῳκίσθη* cet. quod de colonia eo tum deducta intelligendum, ut seqq. docet Antoninus: *Τόργον δὲ τὸν ἀδελφὸν Κυψέλου κατὰ τοὺς αὐτοῦ χρησμοὺς λαὸν ἔποικον ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν ἐκ Κορίνθου.* Sed Straboni si sit fides, quam auget Scymnus Chius v. 454. erravit Antoninus, Torgum faciens Cypseli fratrem, qui eius erat filius, quamquam etiam Cypseli filius et successor fuisse dicitur Periander, ut ex Aristotele ostendit Casaub. ad Strab. lib. VIII. pag. 378. De Cypselo conf. Staver. ad Fulgent. lib. I. cap. 27. Verh.

Pag. 8, 28. *μέγιστα χαρίσασθαι τοῦτο τῇ πόλει*] *Κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν* rectius legeres: *ταύτῃ τῇ πόλει*. cap. 13. *ἐν ταύτῃ τῇ Μελίτῃ*. Munck. Illud *τοῦτο*, omissum a Xylandro in interpretatione, offendit etiam Bastium, sive dictum sit pro *διὰ τοῦτο*, sive pro *κατὰ τοῦτο*, ut sequentibus iungatur hoc modo: *eum hac in re urbi maximopere profuisse*, *summa liberalitate erga urbem in ea re fuisse*: *scilicet* etc. Ut silentio praeteream Munckeri emendationem, festinantius a Teuchero adoptatam, Schaeferus ad Greg. Cor. pag. 30. genuinam lectionem fuisse suspicatur *ταῦτα*. Sane tum plana sunt omnia. Nihilominus vulgatam scripturam defendi posse existimo, ubi acceperis

τοῦτο pro adverbio, *idcirco*. Hoc sensu usitatiorem quidem fuisse scimus omnes pluralem numerum ταῦτα, de quo vid. Brunck. ad Aristoph. Nub. v. 319. Koen. ed. Greg. Cor. pag. 30. ed. Schaef. Sed nec illud auctoritate caret. Vid. Wakefield. Silv. Crit. P. IV. pag. 161. Coraës ad Heliod. pag. 46 sq. Quamquam huc non referam locum Herodoteum, quo abusus est Bastius, lib. II. cap. 68. γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἔφυσε οὐδὲ τὴν κάτω κινέει γνάθον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μοῦνον θηρίων τὴν ἄνω γνάθον προςάγει τῇ κάτω. ubi quivis videt τοῦτο non *idcirco* explicandum, sed postremam sententiam ita resolvendam esse, ut ad τοῦτο verbum aliquod ex totius orationis tenore repetatur, velut: ἀλλὰ καὶ τοῦτο μοῦνον θηρίων ποιεῖ, τὴν ἄνω γν. πρ. τ. κάτω. Quae loquendi ratio Graecis haud infrequens. Revertor ad Antoninum, in quo τοῦτο recte habere omnino negat censor in Ephem. liter. Jen. a. 1807. No. 287. c. 477. propterea quod ad χαρίσασθαι facile referri possit et orationis perspicuitatem valde turbet: quam equidem obscuritatem video nullam.

Pag. 9, 4. Γόργον] Strabo vocat Τόλγον lib. VII. Apud Marcianum Γόργος et Τόλγος. Gale. Plutarch. Conv. Sept. Sapp. 17. pag. 42. Vid. Boeckh. Corp. Inscriptt. Graecc. T. I. pag. 58. b. Schneider. ad Aristot. Polit. T. II. pag. 301. Wachsmuthius in *Hellen. Alterthumsk.* T. I. P. 1. pag. 275. not. 11. et Odofr. Muellerus de Dor. T. I. pag. 117. not. 5. T. II. pag. 155. not. 1. unice verum habent nomen Γόργος, atque Wyttenbachius ad Plutarch. Sept. Sapp. Conv. pag. 979. ed. Oxon. T. II. pag. 263. ed. Lips. Antoninum vel suo vel librariorum errore Τόργος fecisse putat. Equidem Γόργος sine omni haesitatione h. l. reposui, quoniam alterum Τόργος ne Graecum quidem sonat atque literae Γ e Τ quam facile inter se commutari possint, nemo non videt. Probavit haec mihi vir eximius, G. H. Schaeferus. Sed dissensum in huiusmodi rebus apud veteres scriptores si quis emendando ubique tollere velit, is graviter erraret.

Pag. 9, 6. Φαλαίκῳ] Hic an idem, qui Diodoro Siculo lib. XVI. pag. 540. et Pausan. in Phoc. cap. 2. ὁ τῶν Φωκέων στρατηγὸς vocatur, et ob pecuniae sacrae furtum imperium amisisse dicitur? Verh.

Pag. 9, 9. καὶ παρὰ τοῦτο πολλοὺς ἀπολέσθαι τὸν Φάλαικον] Hic locus mirum quantum torsit interpretes. Xylander: *ex eaque occasione multos fuisse a Phalaeco interfectos.* Vereor, ut recte. Etenim Apollo meritis suis erga urbem Ambraciam glorians praeter cetera me-

morat, se Ambraciotas excitasse adversus Phalaecum tyrannum, καὶ παρὰ τοῦτο etc. Iam vero Ambraciotarum seditio contra Phalaecum Apollinis oraculo commota nihil fere prodesse poterat, si Phalaeci iussu ea occasione multi cives interemti fuissent: imo Phalaeci ipsius interitus maximam attulisset salutem. Unde Bastius legi mavult καὶ παρὰ τοῦτο τοὺς πολλοὺς ἀπολέσαι τὸν Φάλαικον, ut dicat scriptor, a populo interfectum esse Phalaecum. Notissimum est οἱ πολλοὶ, ὁ πολὺς, aliquando etiam τὸ πολὺ nuncupari multitudinem, quae nobis est *der grosse Haufe*, *die Menge*, Gallis *la populace;* atque παρὰ τοῦτο hic quomodo accipiendum sit, docent Toupius ad Longin. pag. 368. Wakefield. Silv. Crit. P. IV. pag. 146. Iure autem addit vir ille doctus, hanc coniecturam ineptam esse, nisi in sequentibus pro *Phalaeco*, de quo ibi Diana loquitur, *Phayli* nomen substituatur. Audaciore conatu difficultatem tollere studuit J. G. Schneiderus in Biblioth. Philol. Gotting. Vol. III. P. 5. pag. 416. ludens: καὶ παρὰ τοῦτο πολλοὺς ἀπολέσθαι τῶν περὶ τὸν Φάλαικον, h. e. *atque in seditione multos a partibus Phalaeci interiisse.* Denique vix memoratu dignum, Bastium in Gallica Epist. crit. editione pag. 76 sq. aliam corrupta sanandi insuper proposuisse rationem, qua inseri vult particulam ἂν ante verbum ἀπολέσθαι (debebat certe ἀπολέσαι), ut haec prodeat sententia: *c'est après les oracles d'Apollon, que les Ambraciens se sont soulevés contre Phalaecus qui tyrannisait la ville, et qui, sans cela, aurait fait périr beaucoup d' habitans.* Interpretatur παρὰ τοῦτο *sans cela, si cela n'avoit pas lieu*, ablegans lectorem ad Reiskii Ind. in Demosth. pag. 557. Equidem longe aliter sentio. Nam cum vocabula aliquoties in Antonino reperiantur ex vicinis vitiose repetita, eadem labe hunc locum affectum esse mihi persuasum est. Videlicet πολλοὺς inde ortum videtur, quod librarius priores syllabas sequentis verbi ἀπολέσθαι perverse legit literisque mandavit. Plerumque huiusmodi peccata ipsi librarii duobus intercludere solebant punctis: sed negligentiores in his aliquando fuisse credibile ist. Eiicias igitur πολλοὺς et orationem habebis bene cohaerentem.

Pag. 9, 10. αὐτὸς — ποιῆσαι] Lego παῦσαι. Xyland. Optime corrigebat Xylander post suam editionem αὐτὸς ἐν τῇ πόλει παῦσαι πλειστάκις ἐμφύλιον πόλεμον. Sed hic pro αὐτὸς rescribendum esse αὐτὸν, sensus manifeste indicat. Berkel. Imo παῦσαι. Gale. Recte correxit Xyland. παῦσαι. Sed τὸ αὐτὸς in αὐτὸν haud mutem. Su-

perius: αὐτός χαρίσασθαι. et mox: αὐτῇ προφῆναι. cap. 27. εἶπεν αὐτῇ τεκεῖν. Pind. Olymp. Od. VII. [v. 113.] Εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾷν ἔνδον θαλάσσας. Caeterum εὐνομίας auctorem facit et Pindarus Apollinem, Pyth. Od. V. [v. 89.]

Ἀπόλεμον ἀγαγὼν
Ἐς πραπίδας εὐνομίην.

Munck. Jacobsio Ephem. liter. Halens. a. 1806. No. 281. placet κοιμίσαι. Sed παῦσαι, quod Xylandro in mentem venit, omnium verissimum est. Polyaen. Strateg. II. 1, 14. νύκτωρ δ' ἔπαυσε τὴν στάσιν. Plura colligere nihil attinet. Ceterum sequentia in ed. Xylandriana sic prave distincta: — καὶ ἔριδας, καὶ στάσιν ἐμποιῆσαι· ἀντὶ τούτων κ. τ. λ.

Ibid. αὐτὸς ... ἐμφύλιον πόλεμον] Αὐτὸν, quod voluerat Berkel., explosit Munck. ad Lact. lib. VII. F. XXIX. Πόλεμός τε καὶ ἐμφύλιος στάσις iunguntur in oraculo Sybaritis reddito apud Steph. de Urb. v. Σύβαρις. Verh.

Pag. 9, 18. ὅτε Φάλαικος ἐτυράννευε] Aelianus de Nat. Anim. lib. XII. cap. 40. et Ovidius Ibid. v. 504. Ambraciotarum tyrannum, qui a leaena dilaceratus sit, diserte nominant *Phaylum*, unde Burmannus ad Valesii Emendd. pag. 132. idem nomen h. l. reponendum esse putat. Praeterea Jacobsius Ephem. liter. Halens. l. c. in eo discrepare animadvertit Antoninum ab aliis scriptoribus, quod Apollo et Artemis sua in Ambraciam merita in eodem Phalaeco tyranno peregisse dicantur, quae res teste historia in duo cadat. Hinc eidem Jacobsio probabile fit, librarium, cuius animo e versibus praegressis Φάλαικος obversatus sit, propter similitudinem genuinum Φαῦλος corrupisse. At recte, si quid video, monet Bastius, quae Nicander et Athanadas, quos hoc in capite sequitur fabularum enarrator, de Phalaeco quodam mandaverant, ab aliis fortasse tributa fuisse Phaylo.

Pag. 9, 19. οὐδενὸς αὐτὸν δυναμένου κ. δ. ἀνελεῖν] Quod Bastius Ep. crit. pag. 77. ed. pr. opinatur, δύνασθαι h. l. idem valere quod θέλειν, dudum id a viris doctis explosum est, quamvis ille adsentientes sibi habeat Koenium ad Greg. Cor. pag. 136. ed. Schaef. Valckenarium Opusc. philol. T. II. pag. 306. 307. ed. Lips. aliosque. Scilicet ut ἐθέλειν, id quod multi Grammaticorum veterum contendunt, a nullo Graeco scriptore pro δύνασθαι in sententiis maxime, quibus negatio continetur, usurpatum est, nisi nolendi notio simul in ea posita sit conditione, in qua collocatus quis ideo facere non vult, quia non potest, item in iis locis, in quibus contraria obtinet ratio, recte explicandis consideratius etiam versemur oportet. Cfr. exempla ab Intpp. ad

Soph. Phil. v. 730. ad Bion. I. 96. ab Astio ad Plat. Polit. pag. 423. in medium prolata. Errat Heynius ad Hom. Il. XXI. v. 366.

Pag. 9, 23. *προςπεσοῦσαν*] Male in Xylandriana legitur editione *προςπέσουαν*. Quod fortasse typothetarum est error. Berkel.

Pag. 9, 25. *Ἄρτεμιν ἡγεμόνην*] Hesych. *Ἡγεμόνη, Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη*. Munck. Dianam Principem. Ducem vel Praesidem, Spanhem. ad Callim. Hym. in Dian. v. 227. ubi multa de cultu Deae huius eo nomine celebratae. Verh. Add. Creuzerus Symb. et Myth. T. IV. pag. 75. ed. sec.

Pag. 9, 26. *ἀγροτέρης εἴκασμα*] Hanc et ab Atheniensibus cultam esse discimus ex Schol. Arist. Equit. [v. 657.] *ἰδίως δὲ τιμῶσιν Ἀθηναῖοι τὴν ἀγροτέραν Ἄρτεμιν*. Cum Scholiaste illo facit Aelian. Var. Hist. lib. II. cap. 25. *Ἀγροτέρα* autem est *θηρευτικὴ καὶ ἀγρευτικὴ*, ut exponit Schol. Pind. ad Pyth. Od. IX [v. 6.]. Adde Pausan. in Atticis [cap. 19, 7.] pag. 34. Munck. Plura huc facientia congessit Staver. ad Albric. cap. 7. Vid. Meurs. de Popul. Att. v. *ΑΓΡΑ*, et Ruhnken. ad Tim. Lex. pag. 158. [pag. 168. ed. Koch.] Verh.

Pag. 9, 29. *Ἤπειρον οὖσαν*] Pro *εἶναι*, ut cap. 41. *ὡς ἔγνω αὐτὴν παρελθοῦσαν*, positum pluribus aliorum exemplis probat Periz. ad Aelian. V. H. lib. III. cap. 17. pag. 234. et Dissert. IV. cap. 27. Verh.

Ibid. *πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ*] Cod. Paris. quod exhibet *αὐτο* (sic), in *αὐτὸν* lenius mutari posse ait Bastius, quoniam *πολεμεῖν* cum quarto casu iunctum in vulgatis fere numeretur. Equidem vulgatam scripturam intactam reliqui. Atque hoc omnino inter utrumque interesse statuit Fischerus ad Weller. T. III. P. 1. pag. 403. ut *πολεμεῖν* adiuncto tertio casu significet *bellum gerere*, *pugnare cum aliquo*, cum quarto casu *bello aliquem petere et infestare*, *oppugnare*, de eo, qui bellum alicui infert. Quibuscum conferam haud dissimilia in lingua vernacula: *mit Jemandem kriegen* sive *Krieg führen* atque *Jemanden bekriegen*. Quod discrimen a Graecis num constanter sit observatum, certo definire nunc nequeo. Plura dabunt Hemsterhus. ad Xenoph. Ephes. pag. 197. ed. Locell. Schweighaeuser. ad Appian. Vol. III. pag. 128. Wesseling. ad Diod. Sicul. T. I. pag. 160. 305. Fischer. ad Palaeph. pag. 74. 75.

Pag. 9, 30. *Κελτοὺς καὶ Χάονας*] Aliquid portenti latere sub voce *Κελτοὺς*, nemo non videt. Nullus geographorum Celtas in Epiro Chaonibus et Thesprotis vici-

nos statuit. Pro *Κελτοὺς*, si locum ex coniectura liceat emendare, legerem *Κελαίθους*. Est enim hoc nomine gens Thesprotica, Thessaliae vicina, cuius Stephanus noster ex Rhiano meminit. *Κέλαιθοι, ἔθνος Θεσπρωτικὸν, προςεχὲς τῇ Θετταλίᾳ. Ῥιανὸς δ΄. λέγονται καὶ Κελεθεῖς.* Ita hunc locum Ant. Liberalis in commentariis ad Stephanum emendaveram, antequam hasce Metamorphoses ad prelum revocandi animus nobis incesserat. Berkel. Assentior viro docto, qui nuper edidit Antoninum; legi enim *Κελαίθους* oportere docet ex Stephano. Scimus tamen et *Κελτοὺς* his populis immixtos. Gale. In nupera editione corrigi vides *Κελαίθους*. Nisi meliora docere quis habet, probandam eam coniecturam existimo. Munck. *Κελαίθους* legenti Berkelio adsentitur Galeus, quamquam addit, *scimus tamen et Κελτοὺς his populis immixtos*. Sed hoc negat omnino Berkel. et si verum est, emendatione non eget locus. Malo huic peritior Hemsterhusii manus medebitur, legendum coniicientis *Σελλοὺς*, quod an alibi latius confirmarit, ignoro, nisi quod ad Schol. Aristoph. Pl. v. 1003. etiam Sellos mutatis sedibus, tandem et ipsam Epirum tenuisse ostendat. Nec dubium. Strab. lib. VII. pag. 328. *Ἑλλοὺς*, uti Pindaro, vel *Σελλοὺς*, uti Homero vocantur, in Epiro collocat, ibique et pag. 324. eos Thesprotis et Chaonibus iungit. Vid. Steph. Byz. v. *Δωδώνη*, ubi eadem fere reperies, et v. *Σελλοί*. Adde Didym. ad Hom. Il. *Π*. v. 234. *Σελλοὶ, ἔθνος Ἠπειρωτικὸν τῆς Θεσπρωτίας.* Verh.

Pag. 9, 32. *ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς* cet.] Cl. J. Gronov. ad Arrian. de Exp. Alex. II. 16. legit *ὅτι*. *Γηρυόνης* frequens apud Graecos, unde et Geryones in recto, ubicunque occurrit, etiam apud Latinos legere malunt Viri D. quos ad Anthol. T. I. pag. 325. ordine recenset Burm. V. Cl. Ubique tamen non mutem, quia alii alios auctores secuti diversam terminationem reperire potuerunt. *Γηρυονεὺς* enim apud Hesiodum Theog. v. 287. Schol. Pind. [ad Nem. Od. IV. v. 82.] pag. 362. Ed. Steph. aliosque aeque dicitur, unde Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 558. *Λέγεται δὲ καὶ Γηρυὼν, καὶ Γηρυόνης, καὶ Γηρυονεύς.* De utraque hac terminatione constat, tertiam ipse dabit Dionysius d. l. *Γηρυόνος μετὰ πότμον ἀγήνορος.* Vid. Munck. ad Hygin. pag. 16. Verh.

Ibid. *συνελθόντες ἀφελέσθαι*] Fortassis hic locus ita est constituendus: *ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς συνέλθον* (sic) *τὸ ἀφελέσθαι.* Videtur *τὸ* in *τες* a librariis mutatum et vicinae voci adiectum esse. Berkel. Aut deest vox aliqua, aut legendum *συνῆλθον*. Gale. Possit videri

legendum: συνῆλθον τοῦ ἀφελέσθαι. Zachar. cap. VII. v. 11. καὶ τὰ ὦτα ἐβάρυναν τοῦ μὴ εἰςακούειν. Jobi cap. I. v. 16. et aliquot seqq. Σωθεὶς ἐγὼ μόνος ἦλθον τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι. Subauditur ἕνεκα, quod addit Palaephatus Praef. τοῦ θαυμάζειν ἕνεκα τοὺς ἀνθρώπους. Dispiciant acutiores. * Dicere etiam possumus συνελθόντες positum esse pro συνελθόντες ἦσαν, vel συνῆλθον. Vid. Tzetz. ad Hesiod. pag. 20. Ed. Heins. et Schol. Hom. ad Iliad. Θ. v. 307. quorum hic Aeolicum, ille Atticum id schema facit. Sic οἱ ὁ Neem. cap. VI. v. 2. καὶ αὐτοὶ λογιζόμενοι ποιῆσαί μοι πονηρίαν. h. e. λογιζόμενοι ἦσαν. Esdr. cap. IX. v. 4. κἀγὼ καθήμενος ἠρεμάζων ἕως τῆς ἑσπερινῆς. h. e. καθήμενος ἦν. 1 Petr. cap. III. v. 1. ὁμοίως αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. h. e. ὑποτασσόμεναι ἔστωσαν. Possis etiam dicere, ὅτε ἀφελέσθαι dictum esse pro ὅτε ἀφείλοντο, quemadmodum ὅτε ἀλᾶσθαι αὐτὸν, *cum ipse erraret,* in Pericle dixit Plutarchus [imo de Alcmaeone haec dixit Thucydides lib. II. cap. 102.]. * Munck. Locus hic varie tentatus. In priore ed. voluerat Berkelius συνέλθον τὸ ἀφελέσθαι, in altera paullo melius συνῆλθον τὸ ἀφελέσθαι. Sed Munck. ad Lact. lib. VII. fab. XXIX. unde praecedentia supplevi, rogat, quis Graecorum hunc in modum scripserit: συνέρχεται ὁ λαὸς τὸ ἀκούειν. Palmer. Ant. Gr. lib. II. cap. 7. legit συνῆλθον ἀφελέσθαι. Galeus idem censet, nisi vox aliqua desit. Συνελθόντες ἦσαν unice probat d'Orvill. ad Charit. pag. 347. ubi συγκαλέσας eodem modo positum, quod confirmat loco Herod. lib. VIII. cap. 83. Hemsterhusius tamen ὁ πάνυ, quem latere haec non poterant, aliud verbum, quod ob similitudinem τοῦ συνελθόντες librarii industriam effugerit, deesse videns legit: συνελθόντες ἤθελον ἀφελέσθαι. Quod dubio caret. Et tale quid Xylandrum fuisse suspicatum, interpretatio indicat. Non ita dissimilis est Longi locus in Pastor. pag. 44. Ἤλθομεν εἰς τούτους τοὺς ἀγροὺς θηράσαι θέλοντες. Verh. Bernardus ad Synes. de Febr. pag. 267. legendum coniicit, συνέλθον (Jonica forma pro συνῆλθον) θέλοντες ἀφελέσθαι. Horum nihil verum videtur. Optime de hoc loco meritus est Teucherus in edit. min. Praef. pag. IV sq. „Defendi posse putamus lectionem vulgatam, si dicamus ὅτε structum esse cum Infinitivo, ut sit pro ὅτε ἀφείλοντο, et συνελθόντες in obliqua oratione dictum esse loco συνελθόντας, sicut in eodem capite αὐτὸς χαρίζεσθαι pro αὐτὸν χαρίζεσθαι, αὐτὸς παῦσαι, αὐτὴ προφῆναι etc." Verissime; et iure hanc explicationem a Munckero inter alia conamina primum propositam amplexi sunt Bastius et censor

in Ephem. liter. Jen. a. 1807. No. 287. c. 478. nisi quod *συνελθόντας* is praefert. Particulas *ὡς* et *ὅτε* saepius cum Infinitivo constructas legimus in oratione obliqua, *ὡς* e. g. apud Herod. lib. IV. cap. 9. 10. 11. atque ipsum *ὅτε* apud Phil. Heroic. pag. 699. ed. Olear. *ὅτε δὴ τὸν Ἀχιλλέα πυρὰν νῆσαι.* pag. 724. *ὅτε δὴ ξένον τοῦ Μενέλεω γενέσθαι αὐτόν.* pag. 727. *ὅτε δὴ ᾆσαι ἄμφω ἐν χαλκίδι.* Plura dabunt Abreschius Dilucidd. Thucydd. pag. 272. Coraës ad Heliodor. pag. 185. Neque exempla desunt orationis obliquae a casu quarto in nominativum labentis et vice versa.

Pag. 10, 4. *ἃ δὴ ἀκούσας ὁ Κραγαλεύς*] Sic dedimus ex certissima emendatione Schaeferi ad Dionys. Halic. de Compos. Verb. pag. 124. cui calculum adiecit Boissonadus ad Greg. Cor. pag. 478. ed. Schaef. Ante legebatur *ἃ διακούσας ὁ Κρ.* Quod verbum compositum ne prorsus damnandum sit, valde vereor.

Pag. 10, 7. *πέτρον ἐποίησεν*] Ex hac fabula lux ingens affulget loco Ovidii Metam. lib. XIII. [v. 714.] ubi ita canit:

— Certatam lite deorum
Ambraciam, versique vident sub imagine saxum
Judicis, Actiaco quae nunc ab Apolline nota est.

Ex hac igitur fabula commentatores ad iam allegata Ovidii verba, nomina Deorum de Ambracia certantium, nec non iudicem Cragaleum, de quibus in tota antiquitate nulla reperitur mentio, in saxum mutatum cognoscere potuissent. Berkel.

Ibid. *ἵναπερ*] h. e. *ὅθιπερ*, ut loquitur cap. 40. cap. 11. *ἵν' ἐστι νῦν ὁ Πρηών.* cap. 33. *ἵναπερ ἦσαν.* Ita *ut* pro *ubi* apud Catull. carm. 11. et 17. Dum haec scribo, incidit mihi locus Hygini cap. 139. *Qui cum opem rogaret, ut esset, quod illa peperisset.* Cl. Schefferus, cuius sane magni fuit opera in Hygini recensione, verba illa *ut esset* exponit: *cuius esset sexus.* Ego interpretatus sum nuper, *ut devoraret.* Sic cap. 55. et 149. *exesset* pro *exederet.* Ad hoc arbitrabar masculini esse sexus Opis partum, quod occultaretur, satis persuasum habuisse Saturnum, et ideo petiisse, ut sibi daretur devorandus, quemadmodum contra Juno, ut viveret. Si hoc minus placet, interpretare, vel scribe potius, *ubi esset.* Non damno tamen admodum, cum sic satis venusta sit, Cl. viri expositionem. Dissentire interdum ab aliis non prohibitum, supplantare alterum non licet. Munck.

Pag. 10, 11. *ἔντομα θύουσιν*] *Ἔντομα ποιεῖν,*

non *ἐντομάς*, quod infra ad cap. 37. idem esse ait Munckerus; nam aut ipsius Plutarchi, aut librariorum errorem esse docet Cl. Wessel. ad Herod. lib. II. pag. 158. ubi per *haruspicinam facere*, interpretatur Valla; unde forsan de extis hic somniavit interpres. Melius ad cap. 37. per *sacra facere* expressit. Schol. Apoll. Rhod. lib. I. v. 587. *Ἔντομα δὲ τὰ σφάγια κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς· οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις.* cet. VERH. Add. Etymol. Magn. pag. 345, 24 sqq.

Pag. 10, 13. *Ἀνθέος*] Anonymus ap. Bast. *Ἀνθέως* scribendum praecipit, quod, cum auctor libelli constanter habeat *Θησέως*, *Οἰνέως*, *Εὐρυσθέως*, *βασιλέως*, fortassis praestat.

Pag. 10, 14. *παρὰ τὴν ἐσχατιάν*] Vid. Casaub. Lect. Theocrit. cap. XIV. Bergler. ad Alciphron. lib. I. ep. 26. laud. Hemsterh. ad Lucian. Timon. pag. 143. et Toupium ad Theocrit. T. II. pag. 328. VERH.

Pag. 10, 19. *εἰς τὰ ἐκείνης οἰκεῖα*] Locus leviter est corruptus, rescribendum, *εἰς τὰ ἐκείνης οἰκία.* Nam *τὰ οἰκεῖα* sunt res domesticae et familiares, et passim noster *τὰ οἰκία* pro aedibus accipit, ut Fab. 10.: *καὶ ὁ μὲν ἐλθὼν εἰς τὰ οἰκία παραδίδωσι τῇ Ἀηδόνι κατὰ τὰ συγκείμενα.* Et Fab. 13.: *ἀνείλετο καὶ ἀπήνεγκεν εἰς τὰ οἰκία.* Plurima in hoc scriptore sunt loca, quibus sententia nostra confirmari posset. BERKEL. Lege *οἰκία*, ut Fab. 6. *Ζεὺς δ' ἐλθὼν εἰς τὰ οἰκία τοῦ Περίφαντος.* Vide et Etym. M. in voce. Homerus [Il. lib. VI. v. 15.] *ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων.* GALE. *Τὰ οἰκεῖα* damnant Berkelius et Galeus, illud, ubicunque apud Anton. occurrat, in *τὰ οἰκία* mutantes. Non nego Liberalem hac voce saepius uti, quam illa, sed numquam in animum induco, eamdem semper vocem scriptori esse obtrudendam, quia hanc illo pluries adhibuit. Menda, si quae offendant, penes ipsos auctores esse possunt, quae frustra tamquam librariorum *σφάλματα* emendes. Et solet variare Antoninus, quod eodem hoc capite potissimum liquet, nam ubi bis *τὰ οἰκεῖα*, mox *ἐκ τῆς οἰκίας* et *εἰς τὸν οἶκον*, dixit: unde patet, eamdem rem diversis illis vocabulis designari. Cap. 10. *εἰς τὰ οἰκεῖα τοῦ πατρός.* Cap. 12. *πρὶν ἀπενεγκεῖν εἰς τὰ οἰκεῖα.* Cap. 30. *ἔτρεφον ἐν τοῖς οἰκείοις.* Aelian. lib. III. *V. H.* cap. 17. *Ἀγαγεῖν τὴν ὀπίσω εἰς τὰ οἰκεῖα, in patriam,* quod non negat d'Orvill. ad Char. pag. 84. [pag. 250. ed. Lips.] et sic saepe Zosimus. Subintelligatur, per me licet, *τὰ δώματα*, a quo pleonasmo non alienus est

Manetho V. Cl. ad Char. citatus, quemadmodum idem Aelian. lib. III. cap. 22. τὰ οἰκεῖα posuit pro οἰκεῖα κτήματα, ut fine cap. plenius dedit. Pro *domo*, quod Cl. d'Orvill. agnoscit, dubium non est, quin apud Lucian. Munckero mox inter alios cit. occurrat T. II. pag. 584. Adde Dion. Cass. lib. XXXIX. pag. 216. Καὶ παραχρῆμα πρὸς τὰ οἰκεῖα ἤδη ὁρμήσαντας. Suidas v. Βύβριος. quod quidem fragmentum Aeliano recte tribuit J. Toupius Ep. Crit. pag. 78. Καὶ δεῖται σιωπᾶν, καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα ἄγει. VERH. Vid. infra.

Pag. 10, 20. Νεόφρων ὁ παῖς τῆς Τιμάνδρης] De his, eorumque facinore vix quidquam apud alios deprehendes. Timandrae, Tyndarei et Ledae, quam Echemus uxorem duxit, filiae meminit Apollod. lib. III. cap. 10. §. 6. At hinc nihil lucis. Ovid. lib. VII. Metam. v. 386. Menephronem cum matre concubiturum in feram mutatum obiter narrat, nec dissentit Lactantius. Fieri potest, ut Menephron et Neophron unus idemque sit, at fabula non est eadem. Nam ex Antonini sententia non hic cum matre, sed ut cum sua concumberet Aegypius, auctor fuit, quamquam et Hygin. cum Ovidio facere velle videtur, qui cap. 235. *de iis, quae contra fas concubuerunt,* ut est in lemmate, *Menophrus .... cum Bliade matre sua.* Quo nomine latet Aegypii mater, Antonino Βουλὶς vocata. VERH.

Pag. 10, 22. ἐβούλευε, δοὺς πλεῖστα δῶρα, καὶ ἀναπείσας] Ad exemplaris Xyl. oram nescio quis adscripserat: Ἐβούλευε, καὶ δοὺς πλ. δ. ἀνέπεισε. Δόλον autem βουλεύειν, ut βουλεύειν κακὸν Eurip. Hecub. v. 870. et βουλεύειν τινὶ φόνον ibid. v. 856. quod θάνατον ἐπιβουλεύειν τινὶ dixit Herod. lib. III. cap. 122. unde ἐπίβουλος Theophr. Char. cap. 2. Xenoph. Mem. lib. III. cap. 1, 6. aliisque pro *insidioso.* VERH. Dictionem βουλεύειν δόλον illustravit Wyttenbachius ad Julian. pag. 185. Antecedentia cum Cod. Paris. et Bastio distinxi ita, ut verba χαλεπῶς εἶχε κἀκείνῳ δ. ἐ. β. arctius connecterem.

Pag. 10, 24. προμαθὼν δὲ τὴν ὥραν, ἣν εἰώθει] Laborat heic interpres. Verte: *cum horam praecognovisset, qua ventitare ad matrem solitus erat Aegypius.* MUNCK.

Pag. 10, 25. ἣν εἰώθει] Nota speciem temporis etiam accusandi casu efferri. Cap. 12. ἥν τινα ὥραν ἔμελλεν ὁ λέων. Οἱ ὁ Jud. cap. XI. v. 3. εἰςπεπορευμένους εἰς τὴν οἰκίαν σου τὴν νύκτα. Aesop. Fab. 173. Χειμῶνος ὥραν ὄφιν εὑρών. Atque ita in illa congerie compluries. Homer. Iliad. K. v. 497. τὴν νύκτα, *illa nocte.* Subauditur prae-

positio, quam addit Pind. Schol. ad Pyth. Od. III. [v. 137. pag. 534. ed. Heyn.] *ἀνυμνοῦσι κατὰ τὴν νύκτα τὴν σεμνὴν θεόν.* Aelian. Var. Hist. lib. II. cap. 25. *εἴ γε κατὰ τὴν αὐτὴν* [scil. *ἡμέραν*] *ἐνίκων καὶ ἐν Πλαταιαῖς καὶ ἐν Μυκάλῃ.* MUNCK. Recte, quod ad cap. 12. Hic vero accusandi casus non ponitur, quod species temporis significetur, sed quod Graeci sequentis verbi rationem non habentes, relativum ponere soleant in quo casu praecedens verbum positum est. Marc. Euang. cap. VII. v. 13. *Ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ παρεδώκατε.* Luc. cap. III. v. 19. *περὶ πάντων, ὧν ἐποίησε.* Joan. cap. II. v. 22. *καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ καὶ τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπεν.* Infra cap. 12. *περιβαλὼν τὸν βραχίονα τῇ ἐσθῆτι, ᾗ ἐφόρει.* Quemadmodum antecedens nonnunquam reticetur, et relativum in eo casu ponitur, in quo illud debuisset. Act. Apostol. cap. XXVI. v. 16. *Προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα ὧν τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι.* Eodem hoc capite dicit Anton. *Αἰγύπτιος δὲ οὐδὲν ἐπιλεξάμενος ὧν,* pro *οὐδὲν ἐκείνων,* cet. *Ἐφ' ὧν* pro *ἐπὶ τούτων, οἵ.* Vid. Hemsterh. ad Arist. Plut. pag. 437. VERH.

Pag. 10, 26. *τὴν μὲν αὐτοῦ μητέρα*] Sensus omnino *αὑτοῦ* requirit. VERH. Diu multumque ab eruditis hominibus quaesitum est de vera utriusque pronominis indole. Etenim haud pauci aliquando perinde esse contenderunt, utrum ponatur pronomen *αὐτὸς* an reflexivum, nonnulli adeo, unum pro altero promiscue usurpatum esse, in quibus, ut alios taceam, Wopkensius Lectt. Tullian. pag. 254. ed. Hand. Krabinger. ad Synes. de Regno pag. 128. Blumius ad Lycurg. Or. in Leocr. Excurs. III. pag. XXIV ad XXVIII. Quibus non defuerunt qui contradicerent, velut Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. T. I. pag. 186. Moser. in Creuzeri Melett. T. II. pag. 44. Baehr. ibid. T. III. pag. 27. Bekker. Specim. Philostrat. pag. 41 sq. Baguet. ad Dion. Chrys. Or. VIII. pag. 35 sq. Denique alii rem in medio relinquere satius habuerunt, Locella ad Xenoph. Ephes. pag. 268. Dorvill. ad Charit. pag. 224. 495. Cfr. F. C. Fluegel. Observv. critt. in Plutarch. Vit. Phoc. pag. 21 sq. Heidelb. 1830. Omnium optime autem totam hanc quaestionem persecutus est Car. Frid. Hermannus Specim. Commentarii Crit. ad Plutarch. de Superstit. pag. 37. 41. Certum mihi est, seriori aetati usum pronominis *αὐτὸς* etc. et reflexivi fere communem fuisse.

Pag. 10, 27. *καθ' ἥντινα πρόφασιν*] Pro *κατά τινα.* Cap. 41. *Καθ' ἥντινα πρόφασιν ἐσκήψατο.* Pro *τίνα*

usurpatur cap. 8. χρηστηριαζομένων, εἰς ἥντινα παρέσονται χώραν. Et mox, πυθόμενος καθ' ἥντινα πρόφασιν ἔρχονται. Scholiast. Aristoph. ad Vespas. [v. 22] περιττεύει ἐν τῷ ὅ, τι Ἀττικῶς τὸ ὅ. Idem notavit et Eustath. ad Hom. Non placet heic interpretis μετάφρασις. Verterim: *praetextu quodam*, vel *ficta quadam de causa*. MUNCK. Pessime Munckerus, optime Xylander: *quacunque occasione*. Nempe ὅςτις nunquam esse potest *aliquis*, sed *quisquis*, *quilibet*, *quicunque*. Vid. Hermannus ad Viger. pag. 709. ubi nostrum locum interpretatur *quodam praetextu*, *quisquis ille fuerit*. Infra cap. 41. καθ' ἥντινα πρόφασιν ἐσκήψατο. Lucian. Dial. Deor. II. 1. Vol. I. pag. 206. ἐμοῦ δὲ ὅλως οὐδεμίαν ἥντινα ἐρασθῆναι πεποίηκας, h. e. *ne unam quidem mulierem*, *quaecunque tandem illa fuerit*. Cf. Gailii Epist. ad Bast. pag. 7 sq. Hermann. ad Soph. Aiac. v. 179. pag. 34. ed. sec.

Pag. 11, 1. ἐπιλεξάμενος] Pro ἐπιλογισάμενος. Vid. Hesych. v. Ἐπιλεγόμενος. VERH.

Pag. 11, 3. δοκῶν εἶναι] Δοκεῖν active sumtum pro *puto*, *existimo*, ubi ad Aelian. V. H. lib. IX. cap. 45. multis exemplis probat Periz. etiam hunc Antonini locum adfert. VERH. Vid. Steph. Thesaur. Vol. III. c. 3386. ed. Lond.

Pag. 11, 9. εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέψας cet.] Desperatorum est et lugentium, quod cap. 34. per ἀνασχεῖν τὰς χεῖρας expressit, et ἐκτεῖναι χεῖρας Eurip. Alc. v. 767. Et praecedit vel una exprimit vehementem animi dolorem, ac votum: uti enim hic πάντα ἀφανισθῆναι σὺν αὐτῷ ηὔξατο, sic cap. 34. ηὔξατο μήτε παρὰ ζῶσι, μήτε ἐν νεκροῖς φανῆναι. Notum illud Tragicum:

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.

Quod expressit Lucan. lib. VII. v. 655.

Nec, sicut mos est miseris, trahere omnia secum
Mersa iuvat, gentesque suae miscere ruinae.

et Claud. in Rufin. lib. II. v. 19.

Everso iuvat orbe mori. Solatia leto
Exitium commune dabit.

Vid. Fabric. ad Dion. Cass. lib. LVIII. pag. 895. et Davis. ad Cic. de Fin. lib. III. cap. 19. VERH. Optat Aegypius ex sententia Verheykii, ut omnia secum resoluta videat. Quam explicationem insulsam dicit Jacobsius Ephem. liter. Hal. a. 1806. No. 281. bene observans Aegypium vel criminis abolitione contentum fuisse.

Pag. 11, 10. πάντα ἀφανισθῆναι] Vehemens

πάθος. Prae dolore interire secum omnia optat. Demea Terentianus Adelph. Act. V. sc. 3. v. 4. *o coelum! o terra! o maria Neptuni!* Diluvium et omnium rerum interitum optare senem autumat Donatus. Virgil. [Ecl. VIII. v. 58.] *Omnia vel medium fiant mare.* Tam indignis modis tractata a Tereo Philomela, periisse secum omnia suspicatur. Ovid. lib. VI. Met. v. 542.

— *Si numina divum*
Sunt aliquid, si non perierunt omnia mecum.

MUNCK.

Pag. 11, 13. *ἐλάττων ὄρνις αἰγυπιὸς ἐγένετο Νεόφρων*] Ad Xyl. Ed. alleverat quis *Αἰγυπιῷ*, Latinorum more ablativum comparativo iungens. Rectius, si quid emendandum, *Αἰγυπιοῦ* dederat Hemsterhusius. Et ita cap. 17. *Ἥσσων γάρ ἐστιν τοῦ πελλοῦ.* Mihi tamen, ne a tanto viro me dissentire et Praeceptore, quis aegre ferat, nihil videtur mutandum. Aegypius et Neophron in aves mutati erant, et uterque Aegypii dicti, atque adeo Neophron avis aegypius corporis magnitudine inferior erat, quam Aegypius in eamdem avem aegypii cognominem conversus. Ceterum *Αἰγυπιὸς*, *Vultur* a *nigro* vel *fusco* dictus colore, qui hinc *volturinus* Plauto dicitur, ut ad Festum v. *Aegyptinos* observat Scaliger, cui nomini ut adsurgo, et aegerrime ferre soleo, quotiescunque insurgere videam, qui fungi sunt prae tanto heroë, ita humanum quid accidisse fateor, qui vulturem Graece *Αἰγυπτιὸν* dici affirmet, pro *Αἰγυπιὸν*, quod in notis ineditis, apud me observat Jan. Douza, pater. Idem tamen ad Glossarium habet Vulcanius. Suid. *Αἰγυπιόν. οὕτως οἱ παλαιοὶ, ἀλλ' οὐ γῦπα.* cet. VERH.

Pag. 11, 19. *αἰγιθαλλόν*] Scribe: *Αἰγιθαλὸν*, vel *Αἰγίθαλον*. Utroque enim modo scriptum legitur apud Aristot. Adde not. ad cap. 20. MUNCK.

Pag. 11, 20. *ἐπὶ ταὐτὸν*] Lucas Digesti cap. II. v. 1. *ἐπὶ τὸ αὐτό.* Iunctim *οἱ ὁ* Mich. cap. II. v. 12. *ἐπιτοαυτό.* Amos. cap. III. v. 3. *πορεύσονται ἐπιτοαυτό.* h. e. *in unum convenient*, ut loquitur Sall. Jug. cap. 11. Ita uno verbo et accentu apud Dem. *Ὀλυνθ. α. τοκαταρχάς.* Pro Coron. *τηνταχίστην.* Et apud Sophocl. (Trachin. v. 928.) *τολοιπὸν, διατέλους*, aliaque complura. MUNCK.

Pag. 11, 21. *Περίφας*] Periphas hic mihi videtur Aegypii esse filius, cui Actaeam obtigisse narrat Apollodorus pag. 75. Alius fuit Periphas pater Lapithae, de quo Stephanus in *Λαπίθη*; alius quoque ille apud Virgilium [Aen.

lib. II. v. 476.] *Una ingens Periphas.* Gale. Ex hac fabula lucem aliquam accipiunt illa Ovidii lib. VII. Met. v. 401.

Teque senex Peripha pariter videre volantes,
Innixamque novis neptem Polyphemonis alis.

Munck. Hac de re infra. Verh.

Pag. 11, 24. καὶ ἱερὰ πλεῖστα ἐποίησεν Ἀπόλλωνι]. Minus accurate Xylander: *et templa plurima condidit Apollini*, cum debuisset: *et sacra plurima instituit.* Vid. inf. cap. 15.

Pag. 11, 27. ἀλλὰ ἑκόντων ᾕρεῖτο πάντων] Similis loquendi ratio occurrit apud Charit. [lib. V. cap. 8.] ubi eam per Virgilii verba lib. IV. Georg. v. 561. *Victorque volentes Per populos dat iura*, interpretatur Cl. d'Orvillius [pag. 570. ed. Lips.], et hic pro ᾕρεῖτο, quod in Ed. Galei evanuisse, recte observat, ἡγεῖτο legendum coniicit, et pro *electus fuit*, quod dedit interpres, *captus fuit*, scil. *iudex.* At nihil mutandum me monuit Valckenarius: *a volentibus eligebatur*, nempe δικαστὴς vel διαιτητὴς, *iudex* vel *arbiter.* Et hac in re proprium est αἱρεῖσθαι. Aelian. plenius V. H. lib. III. cap. 8. Εἵλοντο στρατηγὸν αὐτὸν, et Apollod. lib. III. cap. 5. §. 5. Αἱρεθεὶς Λύκος πολέμαρχος, quod de Hercule infra cap. 26. dixit Antoninus στρατηγὸς ὑπ' Ἀργοναυτῶν ἀποδειχθείς. Si quis tamen ἡγεῖτο praeferat, nullus intercedo. Verh.

Pag. 11, 30. ἱερὰ καὶ ναοὺς ἐποίησαν αὐτοῦ] Cap. 3. οὗτος ἱερὰ Δήμητρος ἱδρύσατο. Schol. Pind. Od. IV. [Pyth. v. 11. pag. 546. ed. Heyn.] βωμοὺς ἱδρύσατο Ποσειδῶνος καὶ Ἀθηνᾶς. Imitatur Hyg. Myth. cap. 40. *Sacra deae Veneris per aliquot annos non fecerat.* cap. 143. *Quod Junonis sacra primus fecit.* Munck. Perinde tamen generandi an in dandi casu positum. Paullo ante ἱερὰ πλεῖστα ἐποίησεν Ἀπόλλωνι. Cap. 29. Αὐτῆς ἐποίησεν ἀφίδρυμα. Cap. 32. Ἱδρύσατο δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἱερόν. et eod. cap. ἱερὸν ἱδρύσατο νυμφῶν. Cap. 35. Τὸν μὲν Ξάνθον ἱερὸν ἀπέδειξεν Ἀπόλλωνος. Utrumque casum etiam Latinis hac in re usitatum ostendi ad Eutrop. lib. I. cap. 8. Verh.

Pag. 12, 5. ἐπείπερ ἴσος αὐτὸν ἐτίμα] Hoc ego, qui meus est stupor, non intelligo. Suspicor scriptum fuisse, ἴσως. Nam ista particula non in dubia re tantum, sed et certa utebantur. Arist. Rhet. III. [cap. 2.] ἡ γὰρ ποιητικὴ ἴσως οὐ ταπεινὴ, ἀλλ' οὐ πρέπουσα λόγῳ. Schol. Pind. ad Nem. Od. IV. [III. v. 132. pag. 695. ed. Heyn.] χαῖρε φίλος. ἐπεὶ ἴσως οἱ προπίνοντες ἔλεγον τὸ χαῖρε. ὡς τὸ, χαῖρ' Ἀχιλλεῦ. Munck. Quanquam Virorum in arte Critica prin-

cipum coniecturam ἐπείπερ ὁσίως legentium suspicio, Piersoni, quem fratris loco habui, emendationem, non possum quin anteferam, Verisim. pag. 7. Ἐπεὶ Περίφας αὐτὸν ἐτίμα. Παράλληλον locum habes cap. 18. Ἐπεὶ αὐτὸν Εὔμηλος ἐτίμα. Pari modo proprium nomen in adverbium et pronomen degeneravit, cap. seq. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ et ὅτι αὐτοῦ ὁ πατήρ, ubi pro utroque Ἄνθου legendum. VERH. Jacobsius Specim. Emendd. in auctt. vett. pag. 108. verissime correxit ἐπεὶ περισσῶς αὐτὸν ἐτίμα. Idem Bastio in mentem venerat Ep. crit. pag. 79. ed. pr. sive pag. 116. ed. Wiedeb. Cfr. Jacobs. Additam. Animadvv. in Athen. pag. 254. Dixerat scriptor paullo ante, Periphantem saepissime Apollini sacrificia instituisse (ἱερὰ πλεῖστα ἐποίησεν Ἀπόλλωνι), quare περισσῶς optime congruit. Atque eodem fere modo cap. 38. scriptum legimus τοῦτον ἐφίλησε περισσῶς Αἰακός. Athen. lib. XIII. pag. 600. C. περισσῶς ἀγαπᾶν. Sed res exemplis non indiget. Hoc certissimum est illud περισσῶς a librariis saepe obliteratum esse atque valde vereor, ne labem inde traxerit Plato Sympos. pag. 188. C. HSt. quam hac occasione data eximere conabor. Ibi Eryximachus de duplici Cupidine ita disserit: πᾶσα γὰρ ἡ ἀσέβεια φιλεῖ γίγνεσθαι, ἐὰν μή τις τῷ κοσμίῳ ἔρωτι χαρίζηται μηδὲ τιμᾷ τε αὐτὸν καὶ πρεσβεύῃ ἐν παντὶ ἔργῳ, ἀλλὰ περὶ τὸν ἕτερον, καὶ περὶ γονέας καὶ ζῶντας καὶ τετελευτηκότας καὶ περὶ θεούς. In his optimorum Codicum lectio ἀλλὰ περὶ τὸν ἕτερον vitio creata. Editores plerique illud περὶ, utpote ex sequentibus temere huc illatum, indicta causa exulare iusserunt, cui rationi, sane quam facillimae, equidem non statim subscripserim. Aliter Ficinus: *Omnis enim impietas tunc accidit, quando quis modesto amori haut indulget nec illum honorans in omnibus veneratur, sed circa amorem alterum pervagatur, nec officio congrue erga parentes vivos et defunctos, et erga deos utitur.* Igitur verbum aliquod, velut εἶναι, πλανᾶσθαι vel simile ex toto orationis nexu ad περὶ τὸν ἕτερον cogitatione suppleri vult magnus interpres, quod mihi paullo durius hoc ipso loco videtur. Fallor aut scribendum ἀλλὰ περιττῶς τὸν ἕτερον.

Pag. 12, 7. τὰ οἰκία] Cap. 5. 10. 12. et 30. οἰκεῖα dicit. Οἰκία norunt omnes aliquoties apud Homerum pro tectis et domibus inveniri. Verum an imitentur id scriptores sermonis pedestris, dubito. Arridet magis nescio quomodo illud οἰκεῖα. Theophr. de Caus. Plant. lib. IV. cap. 15. ὅταν σῖτος εἰς τὰ οἰκεῖα τεθῇ. Quominus, ut heic de hor-

reis, ita et de aliis dicatur aedificiis haec vox, equidem non video. Pro nido avis positam legas apud nostrum cap. 13. *Τὰ οἰκεῖα* et *τὰ ἴδια συνώνυμα* sunt. At *τὰ ἴδια* pro sedibus nonnunquam poni certum est. 1 Esdr. cap. V. v. 47. *ὄντων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἑκάστου ἐν τοῖς ἰδίοις, versantibus Israëlitis quisque in civitatibus suis.* Vulgata Hellenismum expressit: *cum essent filii Israël unusquisque in rebus suis.* In mea versione si quis *ἀκολουθίαν* requirat, eum ego iubebo illam exigere a Sallust. Jugurth. cap. 18. *multis sibi quisque imperium petentibus*, vel a Justino lib. XXIX. cap. 1. *In suorum quisque maiorum vestigiis intentis.* Pro domo ponitur *ἀναμφισβητήτως* cap. VI. v. 32. *ληφθῆναι ξύλον ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ κρεμασθῆναι*, h. e. *ut sumatur lignum de domo eius, et in eo suspendatur.* Vulgata imperite: *ut accipiatur lignum de suis propriis.* Joh. cap. XIX. v. 27. *Ἔλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς εἰς τὰ ἴδια.* Vulgata et Erasmus transferunt: *accepit eam in sua*, hoc est, *in suum ius*, ait Erasmus. Quasi scilicet inter *κτήματα* eius, quemadmodum olim iure Attico coniux, esset futura. Ut illam interpretationem non probo, ita pedibus eo in sententiam Piscatoris et Bezae, qui transferunt, *in domum suam.* Hesychium super hoc dubio, si quid, quo iuvare me posset, haberet, cum consulerem, nihil nisi locum corruptum, qui doctorum opem imploraret, inveni. Etsi doctrinam mihi non arrogo, tentavi tamen, an restituere possem. *Οἰκονόμος*, inquit, *ὁ τὸν οἶκον νεμόμεν, φύλαξος.* Postrema verba a mala manu sunt. Coniicio: *ὁ τὸν οἶκον νεμόμενος, φύλαρχος.* Vide Hesth. cap. VIII. v. 9. 1 Esdr. cap. IV. v. 47. et cap. VIII. v. 67. *Φύλαρχος* autem, docente eodem Grammatico, est *φυλῆς ἄρχων. Φύλαρχον* interpretatur *χορήγιον.* Non placet. Scribendum puto, *χορηγόν.* Si non veras, certe verisimiles has esse coniecturas, non, opinor, negabis. * Omnia loca (ubi *οἰκεῖα* in Anton. leg.) corrupta esse affirmare non dubitat Vir Cl. (Berkelius) et in illis *οἰκία* scribendum; non pati enim naturam vocis et genium linguae Graecae, ut *οἰκεῖα* dicamus aedes nostras. At quid linguae Graecae genius patiatur, non aliunde nobis, quam ex veterum monumentis discendum, in quibus si *οἰκεῖα* saepicule pro domo et sede domestica poni invenerimus, nemo genio id linguae illius repugnare dixerit. Praeter Theophrast. cuius est illud in de Caus. Plant. lib. IV. cap. 15. *ὅταν σῖτος εἰς τὰ οἰκεῖα τεθῇ*, addo nunc ita loqui etiam Parthen. Erot. cap. 17. *καὶ ἐργασαμένην ἐνιαυτὸν ὕστερον ἐκ τῶν οἰκείων ἐλάσαι, aedibus expulisse.* Aelian.

V. H. lib. III. cap. 17. Ἀγαγεῖν τὴν ὀπίσω εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum reducere*. Lucian. in Asino [s. 5.]: Πρὸ τῆς ἑσπέρας ἤλθομεν εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum venimus*. Tzetz. in Lycophr. pag. 150. Edit. Bas. Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ περὶ τὰς Γυρέας πέτρας ναυαγήσαντος, οἱ Λοκροὶ μόλις σωθέντες ἦλθον εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum venerunt*. Adhaec quemadmodum apud Latinos *domus* pro patria, ita et apud Graecos τὰ οἰκεῖα ponuntur interdum. Parthen. Erot. cap. 4. πόλεμον ἐπάξεται τοῖς οἰκείοις, *bellum patriae inferet*. Et quid mirum οἰκεῖα pro domo accipi, cum συνώνυμον eius ἴδια eo sensu accipi nonnunquam deprehendatur? 1 Esdr. cap. VI. v. 32. ληφθῆναι ξύλον ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ, *ut sumatur lignum de domo eius*. Sane in Esdr. Canon. cap. VI. v. 11. pro ἐκ τῶν ἰδίων habetur ἐκ τῆς οἰκίας. Vulgata transtulit: *ut sumatur lignum de suis propriis*. Nimirum *sua* vel *propria* vocant etiam Latini sedes suas domesticas. Amm. Marcell. lib. XVI. [cap. 11.] pag. 136. Ed. Boxh. *Rapta sarcinarum et iumentorum cum calonibus parte maxima, redit ad sua* [*suos*]. lib. XVII. [cap. 1.] pag. 158. *ut ponte compacto transgressus in suis requireret barbaros, cum nullum reliquisset in nostris*. pag. 163. *Repedavit ad sua*. Interpres Abdiae Babyl. lib. III. pag. 20. *Abiit unusquisque ad propria*. Evagrius in vita Antonii: *abibat ad sua*. Petron. Fragm. Trag. pag. 50. Edit. Blav. *Osculatique mensam, rogamus nocturnas, ut suis se teneant, dum redimus a coena*, h. e. ἐν τοῖς οἰκείοις. Etiam Plin. lib. I. epist. 4. *Si quando in nostra diverteris*. Οἰκία non esse usitatum πεζογράφοις, vel inde liquet, quod tamquam rarum quid in Arriano id annotet Eustathius. At frequenter apud Herodotum occurrit. Non nego: sed inde fieri id aio, quod scriptor ille Ionicus sit. Nam Ionum est ex masculinis vel femininis facere neutra. Colligo ex Schol. Apollon. ad lib. III. v. 137. et Schol. Hom. ad Iliad. E. v. 722. Illius verba sunt: κύκλα λέγει τοὺς ῥόμβους, κυκλώματα. Ἰωνικῶς δὲ τὰ κύκλα ἀντὶ τοὺς κύκλους, ὡς λύχνα καὶ δίφρα. Confer Etymol. M. auctorem pag. 585. Edit. Sylb. * Munck. Munckerus vellem addidisset quaedam de more Ionum nomina masculini foemininive generis in neutra mutandi; neque auctores in auxilium ab ipso vocati de voce *οἰκία* disputarunt. Maxime huc faciunt, quae Porsonus ad Eurip. Med. v. 494. observat, multa inveniri nomina, quae cum in singulari masculina tantum aut foeminina sint, in plurali neutra fieri, ut *δίφρος, δίφρα, κύκλος, κύκλα* et alia. Inter utrumque illud autem vocabulum hoc interesse voluerunt ve-

teres, ut τὰ οἰκία appellarent *domicilia*, *aedificia*, τὰ οἰκεῖα (ab οἰκεῖος) *res domesticas*, *rem familiarem*. De hac vel illa forma saepius dubitari poterit, quoniam utraque vox sine omni sensus detrimento multis in locis aeque bene dicatur: quapropter invitis Codicibus alterutram pro lubitu restituere vix permissum est.

De Graecis Bibliis, quoniam commoda se offert occasio, facere non possum, quin obiter heic iuventutem moneam, non parum eorum posse lectionem illi, qui emendare intendat Hesychium, afferre adiumenti. Nec tibi rem ingratam facturum me arbitror, mi Lector, si aliquot speciminibus dicta mea confirmavero. Attende, et iudica. Iam hinc ordiar, ordinem servans Hesychii. MUNCK.

ἈΓΩΓΗ', τρόπος, ἀναστροφή. Est qui corrigat, ἀνατροφή. Frustra. Vide Hesth. cap. II. v. 20. MUNCK.

ἈΜΦΙΒΟΛΕΙΣ, ἁλίεις. Appinxerunt in margine, ἁλυεῖς. Scrib. ἁλιεῖς. Esai. cap. XIX. v. 20. MUNCK.

ἈΠΕΚΆΚΙΣΕ, ἐπικράνθη. Existimo legendum, ἀπεκάκησε. Jer. cap. XV. v. 17. ἀπεκάκησεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς. MUNCK. Idem coniecerunt Pergerus et Kusterus ad Hesychium. Nihil tamen mutandum censet Jens. Lucubr. Hesych. pag. 34. VERH.

ἈΠΟΣΤΑΛΑΙ', ἀποπέμψεις. Recte corrigit Salmas. ἀποστολαί. Vide 3 Reg. cap. IV. v. ult. 1 Esdr. cap. IX. v. 51. ubi munera ita appellantur, quae pauperibus mittuntur. MUNCK.

ἈΣΥΝΘΗΣΙ'Α, παραβασία. Lege: ἀσυνθεσία. Jer. cap. III. v. 7. MUNCK.

ΒΩΛΑΞ, βῶλος, γῆ. Forte scripsit Hesychius: βῶλος γῆς. Job. cap. VII. v. 5. βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξύων. Apoll. lib. II. [cap. 8. §. 4.] pag. 126. Γῆς ἐνέβαλε βῶλον. Gloss. Cyrill. Βῶλος γῆς, *gleba*. MUNCK. Erroris Munckerum hic recte arguit Berkelius. Γῆ satis sanum. Vid. Albert. ad Hesychium. VERH.

ΔΙΑΤΆΧΩΣ, συντόμως. Lego: διατάχους. Hesth. cap. XVI. v. 18. Sic διαταχέων dixit Plato. [Vid. Jacobs. ad Achill. Tat. pag. 808.] Etiam quod paulo superius exstat, διὰ κενῆς, scripserim iunctim potius, διακενῆς. Legitur Job. cap. II. v. 3. et VI. v. 5. 1 Maccab. cap. VI. v. 12. MUNCK. Qui nimis acriter Albertio videtur reprehensus a Berkelio, vitilitigatorem potius agente, quam correctorem; nam διαταχέων, quod emendat, nec Viro Cl. placet, nec Jensio Luc. Hes. pag. 61. qui vel Munckeri et aliorum διατάχους probant, vel διὰ τάχους. VERH.

ΔΙΕΚΒΑΔΗΝ, *δίοδον*. Lego: *διεκβολήν*. Jer. cap. XII. v. 12. Zach. cap. IX. v. 10. Obad. cap. V. v. 16. MUNCK. *Διέκβασιν* mavult Jens. d. l. VERH.

ἘΠΙ'ΣΤΗ, *οἶδα*. Salmas. *ἐπίστημι*. Malim: *ἐπίστῃ*, *οἶδας*. Jer. cap. XVII. v. 26. MUNCK. Cuius iterum Berkelio vapulantis coniecturae tamen subscribit Albertius. VERH.

ΘΙΜΩ'ΝΕΣ, *θιμωνιαί*. Superius dixerat: *θημῶνες*, *θημωνιαί*. Item, *θειμωνειαί*. Job. cap. V. v. 26. *θιμωνία ἅλωνος*. Siracid. cap. XXXIX. v. 17. *θημωνία*. Alterutrum profecto, *θιμωνίαι*, aut *θημωνίαι* reponendum. Pariter in accentu inferius peccatum, ubi *μεριδαρχιαὶ* legas pro *μεριδαρχίαι*. Habetur 1 Esther. cap. I. v. 5. et 11. MUNCK.

ΚΝΙ'ΖΩΝ, *ἢ κνιζείων λυπῶν συκάμινα τέμνων*. Locum mirifice corruptum esse quilibet videt. Coniectavi: *Κνίζων*, *κνυζῶν*, *ἢ λυπῶν*, *ἢ τέμνων*, *ὡς τὸ συκάμινα κνίζων*, quae Amos verba sunt cap. VII. v. 14. Additur in Scholiis explicatio ex Hesychio, *τουτέστι*, *κεντῶν*, *ὥςτε πέπειρα γενέσθαι*. quem ego locum invenire tamen necdum quivi. Suspicari possis pro *τέμνων* non male heic forte poni *κεντῶν*. *Συκάμινον* est *συκομορέα*. Hesych. *Συκομορέα*, *συκάμινον*. Sycaminorum fructum nisi leviter incideris, sunt, qui maturescere negent. *Κνίζειν* esse *κνυζᾶν*, h. e. *gannire*, uti canes solent, didici ex Oppian. lib. I. v. 506. Doctiss. Drusium mirari satis non possum ad hunc Prophetae locum scribentem: *vellicans sycamina. Ita Hieronymus*, inquit, *Theodotionem, ut apparet, secutus, qui antea verterat*, *χαρακῶν συκάμινα*, id est, *vellicans sycamina.* Atqui non *χαρακόω*, sed *κνίζω* est *vellico.* Secutus ergo est *τοὺς ὁ*, non Theodotionem. MUNCK. Viri D. *κεντῶν* pro *τέμνων* et Berkelii *λεπτύνων* pro *λυπῶν* merito damnat Albert. ad Hes. ubi locum docet non mutandum, nisi hac distinctione: *Κνίζων*, *ἢ κνιζείων*. (sive *κνύζων*.) *λυπῶν*, *ἢ συκάμινα τέμνων*. Jensius haec loco movit, et post *Κνίξ* reposuit, sic: *Κνίξων ἢ κνιζείων*. cet. VERH.

ΝΙ'ΚΟΡ, *διαφθορά*. Lego: *νῖκος*. Habet hoc ex versione *τῶν ὁ*, qui *εἰς νῖκος* pro *εἰς τέλος* dicere amant. Vide Thren. Jer. cap. V. v. 10 et confer cum Dan. cap. II. v. 34. Job. cap. XXXVI. v. 7. Amos. cap. I. v. 11. et cap. VIII. v. 7. Jerem. cap. III. v. 5. Imitatur illos Matth. cap. XII. v. 20. *Τέλος* autem *διαφθορά*. 1. Thess. cap. II. v. 16. Hinc lux non parva affulget verbis Pauli 1. Cor. cap. XV. v. 54. *κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος*. Quemadmodum vulgo illa vertantur, norunt omnes. Ego verterim: *Absorpta est mors in perpetuum*, vel *penitus*. *Εἰς νῖκος* enim idem,

quod εἰς τέλος. Luc. cap. XVIII. v. 5. ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη. Vertit bene Piscator: *ne perpetuo veniens*, male alii: *tandem*. Idem εἰς τὸν αἰῶνα. Ps. cap. IX. v. 18. εἰς διηνεκές. Paulo epist. ad Heb. cap. VII. et X. Quod inferius legitur in Hesychio, Συντελείας, κακίας, affine hisce est, et commode illustrari potest ex Jud. cap. XX. v. 40. ἀνέβη συντέλεια τῆς πόλεως ἕως οὐρανοῦ. κακίαν vocaverat v. 34. Ita συντελεῖν pro ἐξολοθρεύειν invenias 1. Reg. cap. XV. v. 18. Corruptum est, quod statim subiungitur: Συντελέσθαι, πληροῦσθαι. Leg. συντελεῖσθαι. MUNCK. Νίκορ non in νῖκος, quod vult Munckerus, mutandum, recte ostendit Berkelius. Vid. Albert. VERH.

ʼΟΙΧΗ'ΣΟΝΤΑΙ, πορεύσονται, ἀπελασθήσονται, ἢ ἔρχονται· ὁμοίως καὶ οἴχῃ, ἢ ἠφανίσθη. Lego οἴχῃ, ἠφανίσθης. Hos. cap. X. v. 10. Ἀφανισθῆναι autem est e medio tolli, ut vel ex uno Antonino nostro liquere potest. MUNCK. Quis, inquit Berkelius, puerorum adeo stupidus et hebes, qui non videat pro οἴχη legendum οἴχῃ? Quasi Munckerus illud ι tantum advertisset, cum ex οἴχη ἢ ἀφανίσθη dederit οἴχῃ, ἠφανίσθης, quod calculo suo comprobat Albertius. Pro ἔρχονται Jensius coniicit ἔρξονται, an voluit ἐλεύσονται? VERH.

ʼΟΥΡΑ'ΓΙΑ, στρατηγίας οὐρά. Muta accentum, et scribe, οὐραγία. Deut. cap. XXV. v. 18. MUNCK. Et hic paratragoediatur Berkelius, quod in accentu mutando operam collocarit Munckerus, ac si hic non nisi minutias ageret, ubi ipse pag. 250. in ἐφέρρεται vitium typotheticum insidere et alterum ρ delere prolixe disseruerit, quamquam in contextu illud, quod explosit, retinuit. VERH.

ΠΡΟΜΑΧΕΩ'Ν, πύργος. Scrib. προμαχών. Jer. cap. V. v. 10. Tob. cap. XIII. v. 16. Invenio tamen etiam in Gloss. Cyr. προμαχεὼν, *propugnaculum*. MUNCK.

ΠΤΕΡΝΙΕ'Ι, παγιδεύει. Scrib. παγιδεύσει. Jerem. cap. IX. v. 4. MUNCK. Subscribunt Suicerus et Bielius. Sed vulgatum tuetur Cyrilli Ms. apud Albertium, qui et Jeremiae loco satis convenire censet. VERH.

ΣΤΡΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, διατρίβω. Corrigunt στραγγεύομαι. Haud scio quam recte. Jud. cap. XIX. v. 8. στράτευσον ἕως κλῖναι τὴν ἡμέραν. Sed forte et heic reponendum στράγγευσον. MUNCK. Consentit Cl. Wessel. Probab. pag. 291. Vid. Alb. ad Hes. VERH.

ΣΥ'ΝΝΟΥΣ, κατηφεῖς. Leg. κατηφής. 1. Esdr. cap. VIII. v. 71. MUNCK. Accedunt Viro D. Biel. Is. Voss. et Cyrilli Ms. VERH.

ΦΙΛΙΑΖΕΤΟ, ἐχωρίσθη αὐτοῦ. Hoc nullus capio. Vide num fuerit, ἠράσθη αὐτοῦ. Siracid. cap. XXXVII. v. 1. 1 Esdr. cap. III. v. 22. ubi est *amicitiam colere*. MUNCK. Sic Judic. cap. XIV. v. 19. *Τῶν φίλων αὐτοῦ, ὧν ἐφιλίασε.* Paral. cap. XIX. v. 2. *Ἢ μισουμένῳ ὑπὸ κυρίου φιλιάζεις?* VERH.

ΧΕΛΩΝΙΔΟΣ, οὐδὸς τῆς θύρας τῆς σκηνῆς. Leg. οὐδοῦ vel *Χελωνίς*. Judith. cap. XIV. v. 15. ubi Tremell. *super strato*, male. MUNCK.

ΧΑΙΔΟΣ, σακκοπάθνιον. *Ἀσκοπυτίνη*, puto, scripserat Hesychius. Judith. cap. X. v. 5. Haec in gustum sufficiant. Quod si studium nostrum qualicunque modo iuvandi bonas literas non ingratum tibi esse intellexero, non parum animabis me, ut aliquando aliquid boni faciam Hesychio. MUNCK.

Pag. 12, 8. ὁμιλοῦντα τῇ γυναικί] Verterim: *cum uxore colloquentem*, vel si mavis, *congredientem*. Nam est *μιχθῆναι* et *ὁμιλεῖν*. MUNCK.

Ibid. πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν] Deprehenderat Jupiter *Περίφαντα ὁμιλοῦντα τῇ γυναικὶ*, unde pro *ἀμφοτέραις* conieceram *ἀμφοτέρους*, nec displicuit Fonteinio, qui inde pro *ὄρνιθα* coniecit *ἄνδρα*. Alterum sine altero stare non potest. Locus ita dispositus etiam acutissimo Ruhnkenio non displicet, quamquam et vulgatam stare posse existimat, nec nego. VERH. Verheykii coniectura *ἀμφοτέρους* quo se commendet, non video. Mox enim legimus Jovem Periphantis uxorem, mutato ante marito, solis ipsius precibus commotum transformasse. Hanc igitur manibus non tetigit, quum, si ita esset, uno eodemque tempore cum coniuge mutata fuisset. Quod sequitur, *ὄρνις αἰετὸς*, dictum est ut cap. 5. *ὄρνις αἰγυπιὸς*, cap. 15. *ὀρνίθιον γλαῦξ*, et nostrum *ἀετὸν ὄρνιθα* legas apud Pausan. lib. V. cap. 22. Cfr. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. pag. 456.

Pag. 12, 11. σύννομον] Elegans vocabulum. Cap. 14. *Καὶ εἰσὶν οἱ μὲν ἄλλοι σύννομοι.* A *συννέμομαι*, *compascor*, ut loquitur Varro. Aeliano per metaphoram *σύννομος* est *coniux* lib. I. Anim. cap. 16. et Sophocl. Elect. v. 601. Ita generaliter etiam *σύννομος* dicitur, qui vivit cum altero, vel consuetudine eius et familiaritate utitur. Schol. Pind. ad Nem. Od. I. [v. 105. pag. 674. ed. Heyn.] *σύννομος ἔσται θεοῖς.* Sed haec tralatitia sunt. MUNCK.

Pag. 12, 14. ἐν ... ὄρνισι βασιλέα] Aliam cau-

sam regii huius ἀξιώματος, nescio unde, profert Apostolius Cent. IX. 51. Munck.

Pag. 12, 15. τὸ ἱερὸν σκῆπτρον] Lege τὸν ἱερὸν σκῆπτον (sic). Xyl. Xylander emendabat τὸ ἱερὸν σκηπτὸν, quasi sacri fulminis custos fuisset Periphas in aquilam transformatus. Contra ego censeo, locum non esse sollicitandum, quia mox sequitur: καὶ προσιέναι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ θρόνον: nam throno insidentes sceptrum decet. Berkel. Xylander emendat: τὸν ἱερὸν σκηπτόν. Non improbo. Aliud sceptrum praeter fulmen non novit Jupiter. Priap. carm. XIX.

Fulmina sub Jove sunt, Neptuni fuscina telum.

Et telum et sceptrum Neptuni fuscina, ut Jovis fulmen. Plin. lib. X. cap. 3. *Negant unquam solam hanc avem fulmine exanimatam: unde armigeram Jovis consuetudo iudicavit.* Servius ad Aen. lib. I. v. 398. *Eum in avem convertit, quam avem Jupiter inhaerere sibi praecepit, et fulmina gestare.* Nec unquam legere memini, ubi sceptrum gestans introducatur aquila. *Jovis armiger ales* est Virgilio Georg. III. [Aen. lib. V. v. 255.] non *sceptriger*, quamvis licet fulmen Jovi pro sceptro sit. Phaedr. lib. IV. cap. 17. [v. 22.]

Consedit genitor tum deorum maximus
Quassatque fulmen.

h. e. sceptrum.

Si quis tamen τὸ σκῆπτρον retinere maluerit, advocare poterit illud Pindari Pyth. Od. I. [v. 8.]

Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύῃς
Ἀενάου πυρός.
Εὕδει δ' ἀνὰ σκαπτῷ
Διὸς αἰετός.

Sed ἐκ παραλλήλου, ut vides, ponit fulmen et sceptrum. Munck. A coniectura Xylandri σκηπτὸν emendantis etiam Cuper. non alienus est, in Apoth. Hom. pag. 24. *Fulminis minister* et *armiger* poëtis dicitur aquila. Vid. Heins. ad Sil. Ital. lib. XII. v. 58. Pindarus Nob. Viro cit. Pyth. I. v. 9.

— Εὕδει δ' ἀνὰ σκαπτῷ Διὸς αἰετός.

Sed fulmen Jovis sceptrum erat, unde lectio non sollicitanda; propterea quod mox subiungitur θρόνος, de quo vid. Burm. de Jov. Fulg. cap. 14. Verh. Xylandri emendationem laudat Bastius in Lettre critique pag. 82. Postmodo improbasse videtur.

Pag. 12, 17. φήνην] Alias φίνις dicta haec avis. Diosc. lib. II. cap. 58. Φίνις τὸ ὄρνεον, Ῥωμαϊστὶ καλοῦ-

σιν ὀσσίφραγον. *Ossifragam* appellat quoque Plinius lib. X. cap. 3. Perperam in versione sua Xylander: *phanam*, id est, *fulicam*, et in utriusque editionis indice: *Fulica, quae et phana avis.* Neque enim φήνη est fulica, sed αἴθυια. Auctor locuples Virgil. lib. I. Georg. v. 362. *Marinae fulicae*, ex illo Arati [v. 918.], ἐν ἁλὶ δειναὶ [εἰναλίδινοι] αἴθυιαι.

Sosipater lib. I. λάρον *fulicam* interpretatur. Et hoc vitiosum sine dubio. Nam λάρος est *gavia*, ut patet ex Miles. V. Apuleii. Praeter Petrum Damianum, qui eundem, quem Xyl. errorem errat lib. II. ep. 18. deceptus quoque est in Lexico suo Jo. Crispinus voce *ΑΙ˝ΘΥΙΑ*. Notavit ibi nescio quis: *Virgilius ex Arato vertit fulicam, quae etiam ab Homeri interprete φήνη dicitur ad illud* Odyss. *E.* αὐτὴ δ' ἂψ etc. Versus hic est 352 ad quem nihil annotavit Scholiastes. Sed ad v. 337.

Αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτῇ ἀνεδύσατο λίμνης.

haec legas: Σὺν τῷ ν̄ γραπτέον, ἵν' ῇ πτῆσιν, ὡς τὴν ὁρμὴν, ἀπαλλαττομένη μέντοι εἴκασται τῇ αἰθυίᾳ, ὡς καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο, καὶ φήνῃ εἰδομένη. Αἴθυια δὲ εἶδος ὀρνίου (leg. ὀρνέου) θαλασσίου. Quaeso te, lector, an heic fulicam φήνην esse ait? Nihil minus: sed quod heic de Leucothea dicitur, comparat cum illis, quae de Minerva dicta sunt Odyss. A. v. 320. Et *Γ*. v. 372. φήνῃ εἰδομένη. ubi Scholiastes: φήνη εἶδος ὀρνέου ὅμοιον ἀετῷ. * Φήνην itaque *ossifragam*; quam et *barbatam* dictam Plinius refert lib. X. cap. 3. *Ossifrangus* est Isidoro lib. XII. cap. 7. Orig. Ex Latino vocabulo Graecum finxit Glossogr. *Ossifragus*, ὀστοκόπος, ὀστοκλάστης, ὀστοκατεάκτης, ὄρνεον. et alibi: *Ossifragus*, ὀστοκόραξ. A veteribus Latinis *Sanqualis* dicta est. Festus Pauli: *Sanqualis avis, quae* Ossifraga *dicitur.* Inter accipitres numerat Aelian. Anim. Hist. lib. XII. cap. 4. Aristoteles περὶ Θαυμ. Ἀκουσμ. pag. 97. Ed. Sylb. Ἐκ τοῦ ζεύγους δὲ τῶν ἀετῶν θάτερον τῶν ἀγόνων (ἐκγόνων Gesn.) ἁλιαίετος γίνεται παραλλὰξ, ἕως ἂν σύζυγα γένηται. ἐκ δὲ τῶν ἁλιαιέτων φήνη γίνεται etc. *Φίνις* dicitur a Dioscoride lib. II. cap. 58. Φίνις τὸ ὄρνεον, inquit, ὃ Ῥωμαϊστὶ καλοῦσιν ὀσσίφραγον. Sed hanc non meam esse, sed Bocharti observationem ait Vir Cl. (Berkel.) si quidem in suo Hierozoico ex Dioscoride hunc locum adducit alicubi Bochartus. Fateor bilem movere mihi tam ieiunam malignitatem. Nemo, opinor, ferat ita scribentem: φίνιν esse Romanorum ossifragam docet ex Dioscoride in Lexico suo Crispinus: ergo non Bocharti haec, sed Crispini observatio est, et hic ab illo compilatus. Quasi

vero τῶν ἀδυνάτων ἓν esset, ut duo idem legerint. Atqui ille tam rigidus aliorum censor ipse duorum locorum emendationes in annotationibus prioribus ad Anton. cap. 31. sibi confidenter vindicat, quas in secundis curis, nescio qua motus caussa, simpliciter vero auctori, h. e. Cluverio acceptas refert. Aut fateatur heic necesse est, idem sibi, quod Cluverio, venisse in mentem, aut eas a se Cluverio sublectas.* MUNCK.

Ibid. ἐποίησε φήνην] Hanc fabulam apud alios frustra quaesieris. Lactantius et Ovidius (lib. VII. Met. v. 399.) eam tangunt tamquam in transitu. Ille: *Venisse etiam Athenas, ubi Phineum et Periphamin aves conversos*, abrupte satis. Hic:

Quae te iustissime Phineu,
Teque, senex Peripha, pariter videre volantes.

Ex tenore fabulae Antonini pro *iustissime Phineu*, in Observatt. suis legit J. Schraderus, V. Cl. mihique ex longo tempore amicissimus, *iustissima Phini*, eamque emendationem recepit Piersonus noster Verisim. pag. 7. ubi de ave φίνει, vel φήνη videndus, quamquam eum in hac voce Sophocli restituenda non felicem fuisse ostendit Toupius ad Suid. T. III. pag. 24. ut Phinis huius esset reginae nomen, quod, ut dissentire cuique licet, mihi esset verisimilius, si aliud adderetur epitheton; nam hoc iustissimi regis uxori adiudicatum quodammodo obstat, et ex Antonini descriptione mallem, si *Phini* retinendum, *sanctissima* vel *castissima*, quemadmodum commodius aliud epitheton requiri ipse vidit Vir Cl. et in altera Observatt. parte dabit. In nomine ea de caussa dissentiebam, quod Periphas in avem mutatus nomen suum non retineat, sed ἀετὸς vocetur, ubi *Phinis* in avem conversa *phinis* obtinet, quodque haec in φήνην mutata videatur, quia haec avis ἀετοῦ εἶδος, ut, quod voverat, eo commodius mariti in ἀετὸν conversi consuetudine frueretur, atque adeo aliud gessisset nomen, quamdiu inter homines fuerat, propterea quod, quemadmodum plures Phinei, ita et plures fuerunt Periphantes, sed hunc, quo de Antoninus, eumque credit Galeus, de quo Apollodorus lib. I. cap. 1. §. 5. Περίφας μὲν Ἀκταίην λαγχάνει. Nunc dubito, quia pro *ubi Phineum* in Lactantii Ed. Parm. A. 1496. *Hicque Phenen* legi ad Ovid. animadvertit Cl. Burm. et, quod litteris ad me datis observat Vir amicissimus, Danaum (Aegypti, qui Periphantis pater apud Apollodorum, aequalem) Cecrope recentiorem haberi, et nostrum Periphantem Anto-

nino dici, *ἐν τῇ Ἀττικῇ αὐτόχθονα, πρόσθεν ἢ φανῆναι Κέκροπα.* Verh.

Pag. 12, 18. *αἰσίαν ἐπιφαίνεσθαι*] Berkelio vapulat rursus misellus ille ludi magister, Munckerus, qui forte discipulos suos docuerit, *αἰσίαν* genere femin. in usu esse, cum contrarium esset docendum. At cur ipse in priore editione illud non animadvertit, aut in altera, ubi tam severum agit censorem, non mutavit? Nam quod extra usum est, cur non emendat, ut facit alibi? aut quid indignatur, quod Munckerus ipsum secutus retinuerit? An vero hic ignorasset, plurim. adiectiva in *ιος* exeuntia communis esse generis? Novit, non vero omnia. *Δῖος, δῖα, δῖον; σεβάσμιος, σεβάσμια, σεβάσμιον; πότνιος, ἅγιος, δεξιός, γερούσιος, ια, ιον,* et infinita alia. Alia nunc utriusque: *ὁ καὶ ἡ βίαιος* et *ὁ βίαιος, ἡ βιαία: ὁ καὶ ἡ ἐντάφιος,* quod et *ὁ ἐντάφιος, ἡ ἐνταφία* dictum analogice ex *ἐνταφιάζω* deduco: *ὁ καὶ ἡ οὐράνιος,* sed et fem. *οὐρανία* apud Sophoclem invenio, ubi Ionum et Atticorum more adiectivum fem. substantivo masc. iungit, Oed. Tyr. v. 885. *οὐρανίαν δι' αἰθέρα.* et apud Schol. Arist. Plut. ad v. 1128. *αἰθερία φωνή.* Quid obstat, quominus aut ipse hanc terminationem exprimere potuerit Antoninus, aut, quem descripsit, Boeus! De avibus, quae fausti erant vel infausti ominis, et *αἴσιοι, ἐναίσιοι,* vel *ἐξαίσιοι* vocabantur, vid. Ill. Spanhem. ad Callim. H. in Pallad. v. 123. Hae distinguebantur: *oscines,* quae cantu, *alites,* quae volatu *augurium dabant.* Festus v. *Oscines aves Appius Claudius esse ait, quae ore canentes faciant auspicium, ut corvus, cornix, noctua,* aut quae alis aut volatu, *ut buteo, sanqualis, aquila, imisulus* (alibi *immissulus,* et in Cod. Vossian. tert. *milvus*), *vulturius,* Picus Martius, *feroniusque, et parra, et in oscinibus, et in alitibus habentur.* Hunc eo adduxi locum, ut integritati restituam. De triplici avium genere sermo est, oscinum, alitum, et ex utrisque mixtarum, *oscines,* quae ore, ut *corv. corn. noct., alites,* quae volatu, ut *but. sanq.* cet. iam vero quae et inter *oscines* et *alites* ponuntur, ut *picus Mart. feron. et parra.* Legendum itaque: *Oscines aves ... quae ore canentes ... noctua,* aut alites, *quae volatu,* ut... *vulturius, picus autem Martius* cet. Emendationi favent variae lectt. Distinctionem confirmant seqq. *Oscinum tripudium est, quod oris cantu significat quid portendi, cum* cecinit *corvus, cornix, noctua, picus et parra.* Ubi *picus* et *parra* quoque oscinibus accensentur. Quo etiam loco, etsi *cantus* et *canere* de quovis avium sono dici

constat, nescio quomodo, magis arridet eiusdem Vossian. Cod. lectio *crocit*, vel ut numerus syllabarum constet, *crociat*: propterea quod voculam *cum* iungere soleat subiunctivo. Mox v. *Oscum*, sub finem: *Cum apud antiquos omnes fere obscena dicta sint, quae mali ominis habeantur. Ut illa Virgilii testimonio sint, . . . cum ait Harpyas, obscenas volucres: et, obscenamque famem.* Ubi J. Douza pater legit: *cum apud antiquos* aves *fere obscenae dictae sint*, cet. Sed, quia Virgilii, ad quem provocat Festus, duplex est auctoritas, *Harpyiarum* et *famis*, atque adeo non ad aves solum refertur, sed quidquid est mali ominis, altera eiusdem Nobiliss. Viri coniectura tutior videtur: *cum apud antiquos* omnia *fere obscena dicta sint.* cet. Verh.

Pag. 12, 23. ἵππων ἀγέλαι] *Equorum* hic rectius, quam in seqq. ubi interpres semper *equas*. Non soli enim Iones, ut Berkelio, aut Dores, ut Salmasio visum est, ad Solin. cap. 45. bestiarum mares genere feminino efferre solent. Schol. Eurip. Phoen. v. 3. Ἔθος δὲ τοῖς ποιηταῖς θηλυκῶς λέγειν τὰς ἵππους. Infra cap. 21. ἡ ἄρκτος *ursus*, qui cum Hipponi filia rem habuit. Vid. ibi Munck. et ad Hygin. cap. 30. Periz. ad Sanct. Min. lib. I. cap. 7. eumd. et Kuhn. ad Aelian. V. H. lib. XIII. cap. 35. Comment. ad Ovid. Metam. lib. III. v. 140. Observ. Miscell. T. I. pag. 115. Verh.

Pag. 13, 1. ἐπεὶ αὐτὸν ἠρώησεν ὁ χῶρος] Ad verbum ἐρωῶ refertur etymon; cuius varia significata apud Grammaticos est invenire. Ego αὐτὸν legi: et λειμῶνα [λειμῶνι] pro χειμῶνα [χειμῶνι] reposui. Xyland.

Pag. 13, 3. καὶ ἔτρεφεν αὐτάς] Xylandri ed. ἔτρεφον.

Pag. 13, 8. Ὁ μὲν οὖν πατήρ] Hic minime contemnenda est, quam mecum communicavit Valckenarius, Is. Toussainctii coniectura: ὁ μὲν Ἄνθου πατήρ. Verh.

Pag. 13, 13. Κἀκεῖνοι μὲν οὕτω τεθνεῶτα] Οὕτω, *hoc modo*, legi, cum repetirem οὔπω. Xyland. Sic vitiosa Codicis lectio ΟΥΠΩ optime correcta, ut turpem errorem in omnibus editionibus remansisse mireris. Et sensus illud omnino flagitat, nam ante narraverat Antoninus, Anthum ab equis devoratum esse. Accedit quod οὔπω et οὕτω crebro a librariis confusa sunt. Vid. Hamaker. Lectt. Philostratt. pag. 72.

Pag. 13, 16. Αὐτόνοον μὲν εἰς τὸν ὄκνον] Nemini interpretum visum miror, aut deesse aliquid, aut

παρέλκειν, cum tamen nihil certius, vel legendum esse, *Αὐτόνοον μὲν εἰς τὸν ὄκνον ἤλλαξαν*, vel εἰς delendum, *ἐποίησαν*, quod praecedit, *Αὐτόνοον ὄκνον*. VERH. Satis audacter Bastius scribendum coniicit *Αὐτόνοον μὲν εἴργασαντο ὄκνον, ὅτι Ἄνθου ὁ πατὴρ ὤκνησεν*. Postrema pridem sic correxerat Kuhnius a Verheykio laudatus. Bastius, quo sua commendet, non habet nisi locum Aeliani a nostro ceteroqui alienissimum, de Nat. Anim. lib. XV. cap. 23. *ὁ Ἀπόλλων ... τὴν ναῦν λίθον ἐργάζεται*. Omnia erunt congrua, ubi leni verborum transpositione correxeris *τὸν μὲν Αὐτόνοον ὄκνον*, scil. *ἐποίησαν*, quod ex praegressis facili opera supplendum. Vix enim ferendam puto Codicis scripturam *εἰς τὸν ὄκνον*, etiamsi concedas scriptorem pro eo, quod ante posuerat *ἐποίησαν*, in mente habuisse *ἤλλαξαν*; sed iterum mox pergit *τὴν δὲ μητέρα κορυδόν*: quae syntaxis defendi nequit.

Ibid. *τὸν ὄκνον*] Ὀκνὸς [imo ὄκνος] ex ardeis una est, qui dictus alias *ἀστερίας*. Aristot. Hist. Anim. lib. IX. cap. 18. *ὁ δὲ ἀστερίας, ὁ ἐπικαλούμενος ὀκνὸς, μυθολογεῖται μὲν γενέσθαι ἐκ δούλων τὸ ἀρχαῖον· ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν τούτων ἀργότατος*. MUNCK.

Ibid. *ὅτι αὐτοῦ ὁ πατήρ*] Ὅτι αὐτοῦ corruptum censet Valckenarius, et cum Kuhnio ad Pausan. lib. X. [cap. 28.] pag. 868. legit, *ὅτι Ἄνθου ὁ πατήρ*. VERH. Jacobsius ad Philostrati Imagg. pag. 537. ad pag. 94, 6. mavult *ὅτι Ἄνθου ὢν πατήρ*. Equidem *αὐτοῦ*, quod ad filium referendum, ab Antonino eodem modo positum existimo, quo nos diceremus *sein leiblicher Vater*.

Pag. 13, 17. *ὤκνησεν, ἀπέλασε τὰς ἵππους*] Vitiosa haec est lectio minimeque ferenda; confidenter repono: *ὅτι αὐτοῦ ὁ πατὴρ ὤκνησεν ἀπελάσαι τὰς ἵππους*. Sic enim sensus et constructio constabunt. Eodem prorsus modo noster eadem hac Fab. scribit: *ὁ μὲν οὖν πατὴρ ὑπὸ ἄχους ἐκπλαγεὶς ὤκνησεν ἀπελάσαι τὰς ἵππους*. BERKEL. Hactenus editum fuit *ἀπέλασε*. Id quod peccatum existimo typographorum. *ἀπελάσαι* legisse quoque Xylandrum satis, opinor, eius versio evincit: *Quod pater ad ferendum filio auxilium segnis fuisset.* Variavit phrasin, ne idem, quod modo, diceret: *equas abigere cunctatus est.* Qui enim vir ille Graece non perfunctorie doctus, nec naris sane obesae, adeo manifestarium odorari non potuisset mendum? Ita, ut edendum curavi, legendum esse monitum quoque in editione Leidensi. MUNCK.

Pag. 13, 18. *κορυδόν*] Aristoteli est *κόρυδος*, *κόρυδοι*, *κόρυδες*, *κορύδωνες*, *κορυδαλοὶ*, *κορυδαλίδες*, *alaudae*. *Galeritas*, *galericos* et *cassitas* alias appellant Latini, ab apice in capite galero vel cassidi non dissimili. MUNCK.

Pag. 13, 20. *Ἄνθον*] Aristot. lib. IX. cap. 1. *Florum* vertit Gaza. MUNCK. De Anthis, qui plures fuere, et unde dicti, cons. Staver. ad Fulgent. lib. II. 12. VERH.

Ibid. *Ἐρωδιόν*] Multus est in huius nominis derivatione Auctor Etymol. M. Vid. et Suid. in v. Sed vide quae infra ad cap. 14. v. *Αἴθυια* observamus. In animalium nominibus vertendis quam sese impediant Grammatici, docet Salmas. ad Solin. pag. 64. et Hemsterh. ad Aristoph. Plut. pag. 313. VERH.

Ibid. *Σχοινέα*] *Σχοινίων*, ni fallor, est Aristoteli lib. IX. cap. 1. *Junco* Gazae. MUNCK.

Pag. 13, 21. *Ἀκανθυλλίδα*] Eius meminit Aristot. lib. VIII. cap. 3. *Spinus* modo, modo *ligurinus* redditur a Gaza. Nota filiam, quam *ἀκανθίδα* superius dixit, heic appellari *ἀκανθυλλίδα*. Suspicari possis alterutrum esse vitiosum, quamvis licet eadem sit avis *ἀκανθὶς* et *ἀκανθυλλίς*. *Ἀκανθιλίδα* appellat Theocriti Scholiastes ad Eid. VIII. v. 141. Virgil. Georg. lib. III. v. 338.

Littoraque Alcyonem resonant, et acanthida dumi.

Ad quem versum consule Servii comment. MUNCK. *Ἀκανθίδα*, ut supra, et *Ἀκανθυλλίδα*, diversas facit Voss. in Etymol. ex mente Brodaei lib. VII. Misc. cap. 1. Mihi vero hoc illius deminutivum videtur, pari modo ac cap. 11. infra *Χελιδὼν* et *Χελιδονὶς*, unde forsan Schol. Theocr. Munckero cit. *Ἀκανθιλίδα* dixit. VERH. Verissime; namque unum eundemque hominem primum simplici suo nomine, deinde eiusdem nominis forma diminutiva appellatum fuisse, exempla multa probant. Vid. Alciphron. lib. II. ep. 3. Aristaenetus lib. II. ep. 14. Bast. Epist. crit. pag. 76. not. 29. ed. Wiedeb.

Pag. 13, 22. *κατὰ καὶ πρὶν ἢ*] Vitium hoc typotheticum, quod sibi contraxere edd. posteriores, expunximus, et Xylandrianam lectionem revocavimus. Sic *καθόσον*, *καθάπαξ*, et alia, de quibus vid. Duker. Praef. ad Thucyd. VERH.

Pag. 13, 24. *κατὰ τ' αὐτά*] Et heic operae negligentes fuerant. *ταῦτα* exhibebat utraque editio. Ego *ταὐτὰ* reposui, hoc est, *τὰ αὐτά*. Noster cap. 12. *εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ λίμνην*. Schol. Pind. ad Nem. Od. III. [v. 1. pag. 683. ed. Heyn.] *καθὸ ὁ αὐτὸς δοκεῖ εἶναι τῷ ἡλίῳ*. Sophocl. Aiac. Flag. v. 698.

Ὑμεῖς ϑ' ἑταῖροι τ' αὐτὰ τῇ δέ μοι τάδε
Τιμᾶτε. Munck.

Pag. 13, 27. τοῦ πελλοῦ] Pellus Erodii genus est. Xyland. Aristoteli lib. IX. cap. 1. πέλλος est, non πελλός. *Pella* Gazae. Est autem et haec ardeola. Munck.

Ibid. σύνεδρος] De hac voce videndus est D'Arnaud de Diis Παρέδροις cap. 9. pag. 46. ubi hunc locum ita vertit: *Et non versatur cum antho erodius, ita neque anthus cum ephippo, quia maxima ab equis perpessus est mala Anthus: et adhucdum ubi equum hinnientem inaudiverit, fugit eius vocem simul imitans.* Verh.

Pag. 13, 28. ὁ ἄνϑος τῷ ἐφίππῳ] De ἐφίππῳ dubito: et fortassis est legendum ἵππῳ, *equo*. Xyland. In versione nihil mutavi, quia tunc temporis dubia videbatur huius loci lectio. De ephippo etiam dubitabat Xylander: verum locus satis est integer et sanus, si ephippum *equitem* interpreteris; nam qui equum fugit, etiam equitem fugiat. De natura huius avis sic scribit Plinius lib. X. cap. 42. *Est quae* (scilicet *avis*) *equorum quoque hinnitus, anthus nomine, herbae pabulo adventu eorum pulsa imitatur, ad hunc modum se ulciscens.* Berkel. Simplex magis placet ἵππῳ. Plin lib. X. cap. 42. Gale. Xylander ἵππῳ. Convenit hoc cum eo, quod Plinius tradit lib. X. cap. 2. Quominus, licet ἔφιππον equitem facias, locum sanum esse putem illud me movet, quod non anthus modo, sed omnes adeo aves nisi si cicures sint, equitem fugiant. Amplius deliberandum censeo. Mihi hic aqua haeret. * Omnino legendum ἵππῳ. Vid. Plin. lib. X. cap. 42. et Aristot. H. Anim. lib. IX. cap. 1. Ἄνϑος δὲ ἵππῳ πολέμιος, ἐξελαύνει γὰρ τὸν ἵππον ἐκ τῆς νομῆς, πόαν γὰρ ἐπινέμεται ὁ ἄνϑος. * Munck. Et quae huc maxime faciunt addit: Μιμεῖται δὲ τοῦ ἵππου τὴν φωνήν, καὶ φοβεῖται ἐπιπετόμενος cet. Aelian. de Nat. Animal. lib. V. cap. 48. Μισεῖ δὲ ἀλώπηξ κίρκον, καὶ ταῦρος κόρακα, καὶ ὁ ἄνϑος τὸν ἵππον. Hunc locum ob oculos habuisse Philen, ipsa loquuntur verba pag. 118. v. 55.

Πάλιν ἀλώπηξ δυςμενῆ κίρκον κρίνοι
Κόρακα ταῦρος, ἵππον ἰχϑὺς ἀνϑίας.

ubi refutatione vix digna, quae Pauwius summa etiam cum fiducia reposuit, ἔχϑει ἀνϑίας, quod quidem vocabulum avi magis proprium quam pisci, etiam Aeliano restituendum duxit. Error penes Philen est, qui locis male intellectis de pisce acceperit, quod de ave factum oportuit. Iterum Aelian. lib. VI. cap. 19. Καὶ ὁ μὲν ἄνϑος ὑποκρίνεται χρεμέτισμα ἵππου. Neque umquam ἀνϑίας de ave dici, aliis

Aristotelis et Plinii locis confirmari potest. Sed pluribus hoc iam egit Vir Cl. in Observv. Miscell. T. VI. pag. 460. Verh. Vulgatam retinui, longe aliter eam explicans, quam interpretes voluerunt. Mellmanno adstipulor, cui Comment. de causs. et auctt. Narrat. de mutatis formis pag. 71. ἔφιππος avis est nobis ignota quidem, sed equis fortassis amica, ut otis.

Pag. 14, 2. Κιρφίς] Straboni pag. 474. edit. Xyl. et Schol. Pind. est Κίρφις. Munck.

Ibid. παρὰ τὴν Κρίσαν] Κρίσσα est Straboni, et Schol. Pindari [ad Pyth. Od. VI. v. 13. pag. 607. ad Isthm. Od. II. v. 26. pag. 811. ed. Heyn.]. Κρίσα cum nostro Soph. Electr. v. 180. unde Κρισαῖος in Scholiis: sed in poëta ipso v. 732. Κρισσαῖος. Nihilo hinc certiores nec ego nec tu sumus, mi lector. Quae Τρίνη est Straboni, et Trica Hygino ac Dareti, Τρίκκη Stephano et Homero est. Et frustra alterum ego ex altero corrigendum putavi ad Hyg. pag. 67. Nusquam pronius labuntur librarii quam in nominibus propriis, sive hominum illa, sive locorum sint. Insigne supinitatis suae specimen dederunt in Hyg. Myth. cap. 24. *Cum iam longe a Colchis essent, navem in occulto iussit collocari.* Emendat Vir Cl. *Cum iam non longe a Colchis essent*, et id sequentia velle ait. Ego ut istud videre necdum possum, ita certum mihi verba illa cap. 21. *Cum iam non longe essent a Colchis*, ansam praebuisse huic loco corrumpendo. Circumstantiae fabulae, et sequentia exigunt: *Cum iam non longe ab Jolco essent.* Ovid. lib. VII. Met. v. 333.

Victor Jolciacos tetigit cum coniuge portus.

Restituendum esse id vocabulum etiam Propert. lib. II. el. 1. [v. 54.] docuit me Nob. Nic. Heinsius. Edunt vulgo:

Colchis Colchiacis urat aëna focis.

Lege *Jolciacis*. Confer Zenob. Cent. IV. 92. Lectorum iudicio nimis videar diffidere, si de re tam aperta plura faciam verba. Etiam in Justino non parum dormitarunt. Lib. II. cap. 4. Menalippen Reginae Amazonum sororem faciunt, cum fuerit Melanippe, ut nos docet nescio quis poëta Pindari Scholiastae laudatus ad Nem. Od. III. [v. 64. pag. 690. ed. Heyn.] pag. 274. ed. Francofurtensis. Munck. Stephanus etiam in v. scribit Κρίσα. Forsan ut Λάρισσος Pausan. Eliac. II. cap. 26. et alibi scribitur Λάρισος. Sed e Schol. Eurip. et Hom. Κρίσσαν scribendum, quia conditam a Crisso Phoci filio etc. monet Staver. ad Hygin. cap. 141. Hoc confirmatur Schol. Lycophr. v. 1070. Κρίσσα πόλις Φωκίδος, κτισθεῖσα παρὰ Κρίσσου, τοῦ Πανοπέως ἀδελφοῦ. Cons. Palmer. in

Ant. Graec. lib. VI. cap. 3. et 4. ubi vide an *Κίῤῥα* urbs eadem, quod quoque negant Berkel. et alii ad Steph. VERH. *Κρίσαν* per simplicem literam σ exhibet Cod. Paris. et praefert Blomfieldus ad Aesch. Prometh. v. 505. pag. 37. sq. ed. Lips. Sic scriptum quoque invenimus in Pind. Isthm. Od. II. v. 26. in Pyth. Od. V. v. 49. *Κρισαῖον λόφον*. Pyth. Od. VI. v. 18. *Κρισαίαισιν ἐν πτυχαῖς*. De nomine ipso dubitat Abreschius Paraphras. et Annotatt. in Epist. ad Hebraeos Specim. pag. 38. „Mons, inquit, *Cirphis* memoratur *παρὰ τὴν Κρίσαν*, vel, ut Verheykius aliique malint legere, *Κρίσσαν*; sed sub *Cirphi* non *Κρίσσαν* iacere, sed *Κίῤῥαν*, inter *Crissam* autem et *Cirrham* interiectum esse campum *Κρισσαῖον*, testem hanc in rem locupletem habeo Strabonem lib. IX. pag. 641. ed. Almeloven. Itaque et hic pariterque in fine capitis reponendum censeam *Κίῤῥαν*." Equidem nihil mutem, quum in scriptore nostro talem discrepantiam in rebus geographicis, qualis haec est, excusare quam quae scripta reliquit temere emendare satius habeam.

Pag. 14, 3. *σπήλαιον ὑπερμέγεθες, ἐν ᾧ θηρίον ᾤκει*] Ferae monstrosae magnitudinis in montium cavernis ac antris plerumque fingebantur. Hygini Epitomator, nobis non perfunctorie emendatus, Fab. 30. de leone Nemeo ita scribit: *Leonem Nemeum quem Luna nutrierat in antro Amphriso atrotum necavit.* Hunc locum eum in finem adduco, ut a nobis corrigatur, cum nullis omnino argumentis mihi persuadeam mendo carere. Legimus de antro Corycio, Cyllenio, Castalio, Charonio, Sibyllino, Zerynthio, et de antris deorum agrestium; sed quenquam apud poëtas aut geographos antrum Amphrisum sive Amphrisium invenisse, non est quod censeam: si alibi hoc esset, vel in Phocide vel in Magnesia deberet demonstrari. Stephanus: *Ἄμφρυσος, πόλις Φωκίδος, τινὲς διὰ τοῦ β φασίν. ἔστι καὶ ποταμὸς Μαγνησίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀμφρύσιος.* Fabulatores consensu unanimi affirmant, leonem hunc Nemeum fuisse, adduntque alii, in isthac Peloponnesi regione antrum duplici ore sive ingressu exstitisse, in quo se abscondebat, cum ab Hercule quaereretur. Tale antrum Graecis *ἀμφίστομον* dicitur: et ut aliis in locis, ita hic quoque apud illum auctorem Graecam vocem stupidissimi librarii Latinis elementis consignarunt, quae tandem in *Amphryso* mutata est. Totus itaque locus sic est constituendus: *Leonem Nemeum, quem luna nutrierat in antro* amphistomo *atrotum necavit.* Hanc nostram coniecturam minime vanam esse, evincunt manifestissime Apollod. verba; ita enim ille lib. II. [cap. 4. §. 1.]

Συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον, αὐτοῦ τὴν ἑτέραν ἀνῳκοδόμησεν εἴσοδον, διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἐπεισῆλθε τῷ θηρίῳ, καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ, κατέσχεν ἄγχων ἕως ἔπνιξε. Qui hunc locum probe cum Hygino contulerit, de nostra emendatione non ambiget. Ad vocem *atrotum* quod attinet, illa, licet sana sit, in vulgatis libris non eodem modo exarata reperitur. Jacobi Micylli editio *ac * tropum* exhibet, et dum *apud Molorchum* rescribendum coniicit, semet rerum mythologicarum admodum imperitum prodit. Hic rursum, ut iam supra admonuimus, Graeca vox Latinis literis exarata est, quod an ab ipso Epitomatore, an vero ab imperitis monachis factum sit, aliis diiudicandum relinquo: hoc saltem non est huic auctori insolens, quemadmodum apparet Fabula 12. et 170. et Fab. 273. Imo hunc locum bene constitutum esse, firmiter probatur ex Fab. 28. ubi ille eadem voce numero plurativo utitur: *Alii auctores dicunt Neptuni et Iphimediae filios fuisse atrotos.* Itaque scripsit Hygini Epitomator *atrotos* pro ἀτρώτους, et *atrotum* pro ἄτρωτον, quod verbis Sil. lib. XVI. [v. 16.] sic Latine reddo: *Velut inviolabile telis servabat sacrumque caput.* Nemeum leonem ferro et omni sagittarum genere inviolabilem fuisse testantur fabulatores passim, et quidem eandem vocem usurpantes. Apoll. lib. II. [cap. 4. §. 1.] *Τοῦτο δὲ ζῶον ἦν ἄτρωτον* etc. Schol. in Lycophr. Cassandram [v. 456]: *Λέων ἦν ἄτρωτος σιδήρῳ καὶ βολαῖς παντοίαις.* Plura hoc caput Hygini continet emendanda, quae in aliud tempus reiicimus. Potius ad Antoninum revertamur. Berkel.

Pag. 14, 4. *μέγα καὶ ὑπερφυές*] Aristoph. Plut. v. 733. *δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεὼ, ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος.* Ὑπερφυὴς enim, qui aliqua re inter ceteros eminet, eximius, unde illud Cononi cap. 7. restituendum iudico: *Φιλάμμων ὑπερφυὴς τὸ κάλλος ἐγένετο.* Legitur ὑποφυής. Verh.

Pag. 14, 7. *ἀνήρπασεν*] In Xylandri ed. ἀνήρπαζεν.

Pag. 14, 10. *εἰς ἥντινα παρέσονται χώραν*] *Παρεῖναι* etiam motum ad locum significare, ostendit Stephan. v. et Valcken. ad Herod. lib. I. [cap. 21.] pag. 10. Verh. Add. Heindorf. ad Plat. Phaedon. pag. 57. a. Fisch. ad Weller. III. b. pag. 155 sq. Fabricius ad Plut. Brut. cap. 10. pag. 126 sq. Nitzsch. ad Plat. Jon. pag. 84.

Pag. 14, 15. *Μεγανείρης*] Sic et alii, vid. ad Ovid. Metam. lib. V. v. 448. et quae diximus ad cap. 23. ubi Celei uxor Metanira, etiam ab aliis male vocatur Meganira, quod ad Apollod. lib. I. cap. 3. invitis tribus exemplaribus, probat Aegius. An et hic *Μετάνειρα* sit scriben-

dum, non habeo dicere. Est enim diversa a Celei uxore, et in alio Apollodori loco lib. III. cap. 9. sine ulla codd. varietate occurrit *Μεγάνειρα τοῦ Κρόκονος*. Miror tamen Berkelium et Munckerum de dialecto Antoniniana saepe tam acriter contendentes, non observasse, *Μεγανείρης* vel *Μετανείρης* hic esse, quod Apollodoro diserte *Μεγανείρας*. Sic cap. 32. *Πολυδώρης*. cap. 30. *ἔγημεν Εἰδοθέην*. De his ad calcem operis. VERH.

Pag. 14, 18. *Ἀλκυονέα στέψαντες*] Hoc de corona, quam capiti imposuerant pueri, intelligendum, ostendunt seqq. *τὰ στέμματα, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθέμενος* cet. Berkelius, ubi veteribus neci devota capita, et etiam vitae discrimina adeuntes coronari fuisse solitos, ostendere conatur, duo Herodoti loca, quibus haec confirmet, adducit, lib. I. cap. 109. ubi de Cyro, qui interimendus tradebatur, *παρεδόθη*, ait, *τὸ παιδίον κεκοσμημένον τηνὶ* vel *τὴν'*, ita legit, *ἐπὶ θανάτῳ*. et lib. VII. cap. 209. *Ἐπεὰν* (Lacedaemonii) *μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς κοσμέονται* (Valcken. mavult, *σμέονται*.). At neminem fore, credo, qui ex alterutro loco capitis coronandi usum eliciat. Aliunde id satis probari potest. Aristoph. Nubib. v. 254.

— *Τουτονὶ τοίνυν λαβὲ*
Τὸν στέφανον. Ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοι Σώκρατες.
Ὥςπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.

ubi vid. Schol. quem descripsit Suid. v. *Ἀθάμας*. Alcyoneus hic tamquam victima iratum numen placatura, considerandus. Et sic Iphigenia pro victima ad sacrificium ducta Euripid. Iphigen. in Aul. v. 280. 1477. 1566. coronatur. Qui plura vult, adeat Paschal. lib. IV. cap. 16. VERH.

Pag. 14, 20. *τῆς Κουρήτιδος*] Nempe ex Locride. Axia et Axios in Locris. Observat et Halicarnasseus [A. R. lib. I. cap. 17.] *Κουρῆτους* esse *Λοκρούς*. Meminit Stephanus Axii fluminis in *Κρότων*. GALE.

Pag. 14, 21. *γένος μὲν ἔχων Ἀξίου τοῦ ποταμοῦ*] Praepositio *ἀπὸ* huic loco excidisse videtur. Fortassis reponendum est: *γένος μὲν ἔχων ἀπὸ Ἀξίου τοῦ ποταμοῦ*. Noster Fabul. 39. *Γένος δ' ἦν τοῦ Νικοκρέοντος ἀπὸ Τεύκρου τοῦ ξυνελόντος Ἴλιον Ἀγαμέμνονι*. BERKEL. Assentirer emendanti: *γένος μὲν ἔχων ἀπὸ Ἀξίου* etc. nisi et alibi in hac fabularum congerie praepositiones omitti viderem. Cap. 4. *ᾤκει γῆς*. Cap. 23. *λέγεται παροδευόντων*. Sophocl. Electr. v. 262. *πλὴν ὅταν κλύῃ τινός*. Valde tamen probabilem reddit illam coniecturam illud Scholiast. Pind. ad Olymp. Od. II. [v. 13. pag. 213. ed. Heyn.] *ἐπεὶ ὁ Θήρων ἀπὸ Κάδμου*

εἶχε τὸ γένος. Et ad Nem. Od. III. [v. 114. pag. 693. ed. Heyn.] ἀπὸ σοῦ τηλαυγὲς ἔχουσι τὸ γένος οἱ Αἰακίδαι. MUNCK.

Pag. 14, 23. πληγεὶς ἔρωτι] In prosa pariter atque poëtica oratione πλήττεσθαι dicuntur, quorum animus vehementer commovetur. Latini in eadem re verbis *percutere* et *icere* uti solent. Vid. Valckenar. ad Eurip. Hippol. v. 38. 1303. pag. 304.

Pag. 14, 24. δεινὸν ἐποιήσατο μὴ οὐκ ἀμῦναι] Scite Xylander: *indignum facinus se facturum putavit, si* etc. Nempe ποιεῖσθαι h. l. idem quod ἡγεῖσθαι et eodem fere sensu dictum monente Bastio, ac si scripsisset Antoninus: δεινὸν ἡγήσατο τὸ μὴ οὐκ ἀμῦναι. Vid. Parthen. cap. 18. Coraës ad Heliodor. pag. 244.

Pag. 14, 27. αὑτὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν] Αὑτὸς pro ἑαυτῷ positum. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. lib. XII. cap. 1. pag. 718. VERH.

Pag. 15, 1. ἐκ τῆς κοίτης] Interpres, *e lecto.* Ergo lectos habent ferae? Verterim, *e lustro.* Κοίτας enim et lustra ferarum appellant Graeci. Imitatur illos Virgil. [Georg. lib. I. v. 183.]

Aut oculis capti fodere cubilia talpae. MUNCK.

Pag. 15, 4. παρὰ τὰ σφυρὰ τῆς Κρίσης] Mallem legere: παρὰ τὰ σφυρὰ τῆς Κίρφεως: nam in illo monte erat antrum illud praegrande, unde Eurybatus Sybarin, e lecto abreptam, in lucem protulit. BERKEL. Κίρφεως emendat Berkelius, quia τὰ σφυρὰ de montis, non de urbium radicibus dicuntur. Forsan et Crissa in monte sita fuit. VERH. τῆς Κίῤῥης mavult Abreschius. Sed vid. quae paullo ante diximus.

Pag. 15, 8. Σύβαριν ἔκτισαν] Lege ἐκάλησαν. Ita enim sensus praecipere videtur. BERKEL. Ἡ ἀπὸ οἰκιστοῦ τινος, ἢ ἀπὸ Συβάρεως ποταμοῦ. Schol. Theocriti ad Idyll. E. [v. 1.] Vide Steph. in Θούριοι et Strab. pag. 262. 263. Pro ἔκτισαν vir doctus reponit ἐκάλησαν. GALE. Non fero heic correctores. Idem heic dicit, quod cap. 13. Καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ Φθίᾳ προςαγορεύσας Μελίτην. Geminum prorsus et germanum illud Scholiastae Callim. ad Hymn. Dian. v. 190. Britomartis nomen proprium Nymphae, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ Βριτόμαρτις τιμᾶται. Sequi debuisset, καλεῖται. * Pro ἔκτισαν Berkelius mavult ἐκάλησαν; *tota*, inquit, *antiquorum turba non habet exemplum, quo probes*, τὸ κτίζειν *hoc in loco satis sanum et integrum esse.* Ne quis dicat nimis hoc φορτικὸν esse, credere omnes debent illum legisse Graecos veteres omnes. Sed falsum hoc

esse convincam ilico. Hesychius in *Βουκέφαλος*: *Ἀφ' οὗ πόλιν ἐν Ἰνδοῖς κτίσαι λέγεται Βουκεφάλειαν*. In ea phrasi subaudiendum esse *ὀνομαζομένην*, vel simile quid, palam est ex Appiani verbis [Syr. cap. 57.]: *Πόλεις δὲ ᾤκισεν ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας, ἐπὶ τῷ πατρὶ* cet. Ad eumdem plane modum Latine Festus in Roma: *A qua, ut Italia sit potius, urbem condiderit* etc. Plura vid. in notis ad Hygin. cap. 6. * Munck.

Pag. 15, 9. *Ζεὺς Μνημοσύνῃ μιγεὶς ἐν Πιερίᾳ Μούσας ἐγέννησεν*] Antonino adsentitur, quidquid fere veterum est. Vid. Hesiod. init. Theogon. Apollod. lib. I. cap. 3. Phurnutus cap. 14. Duas Musarum *γενέσεις* prodiderunt alii, ut Schol. Apoll. Rhod. lib. III. v. 3. Vid. Comment. quos ad Hygin. pag. 13. laudant Munckerus et Staverenius. Cicero tamen lib. III. de Nat. Deor. cap. 21. trium meminit generationum: *Musae primae quatuor, natae Jove altero ... secundae, Jove tertio et Mnemosyne procreatae, novem: tertiae* cet. Alii aliter. Vid. hic Davisium, et Plutarch. VIII. Sympos. 14. Constat itaque Musas illas, quae numero novem fuisse perhibentur, Jovis et Mnemosynes filias fuisse. Inscriptio vetus apud Hessel. in Praefationis Appendice ad Gudianas Inscript. N. XXIV. *Αὐτὴ Μνημοσύνη Διὸς εὔνετις, ἣ τέκε Μούσας*. Diod. Sicul. lib. IV. pag. 215. Sed de Musarum *γενέσει* nemo prolixius, quam J. Tzetz. ad Hesiod. pag. 6. Cons. Heins. ad Ovid. lib. V. Metam. v. 268. unde liquet verum esse, quod Munck. et Staver. ad Hyg. pag. 3. et 4. demonstrarunt, *Monetam* Hygino esse Mnemosynen, *Ex Jove* et *Moneta*, *Musae*. Cicero quidem lib. I. de Divin. cap. 45. Scalig. ad Fest. v. *Corniscarum*. alii alibi per *Monetam* intelligunt *Junonem*, quae nonnunquam etiam hoc nomine occurrit, sed Cicero derivat a *monendo*, quod ad *Mnemosynen* facile transferri potest. Nisi illud Hygini *Moneta* pag. 3. et 13. e compendio sit ortum, nempe *Mneme*, idem quod *Mnemosyne*, unde *Mnemonides* Musae, et Graecis vocabulis passim uti Hyginum, constat. Vitiosam Munckeri lectionem e Livio Andronico, emendatiorem ad Festum exhibet Scaliger: *Nam Diva Monetas filia docuit*, h. e. Musa. Miror tamen, unde Hygini locum tacite repraesentarit: *Ex Jove et Moneta*, *Maia*. Verh.

Pag. 15, 10. *ἐβασίλευε Πίερος*] Haec Cod. Paris. lectio, quam recepimus. Ante vulgabatur *ἐβασίλευσε*.

Pag. 15, 15. *τοῦ Πιέρου*] Pessime in alia circumferebatur editione *ὅτε μὲν οὖν αἱ θυγατέρες ᾄδοιεν τοῦ Πίερος*. Berkel. Galeus, unde nescio, paullo ante *Πιέριος* et hic *Πιερίου* legit, ubi tamen in Apollodoro lib. I. cap. 3.

§. 3. *Πιέρου* dederit. *Ὁ Πίερος* et *τοῦ Πιέρου* Berkelius ac Munckerus, quum tamen Xylander utroque loco dederat *ὁ Πίερος* et *τοῦ Πίερος*. Utrumque in altera Ed. probat Berkelius, quandoquidem et *ὁ Πίερος* et *ὁ Πίηρ* in usu fuere, neque Antonini in propriorum nominum terminationibus variare soliti adversatur consuetudini, quod cap. 11. inprimis liquet. *Pierius* extat apud Hygin. cap. 237. Sed *Pierum* reponunt Schefferus et Munckerus, quos ibi vide. Et sic Lact. Arg. ad Ovid. lib. V. Met. qui v. 302. Graecam terminationem servat: *Pieros has genuit* cet. Xylandrianam lectionem retinui, quia non facile a vulgata recedo, inprimis Codd. MSS. ope destitutus. *Πίερος* etiam est apud J. Tzetz. ad Hesiodum d. l. VERH.

Pag. 15, 20. *ἔπαυσεν ὁ Πήγασος*] Sic edidi e Cod. Paris. Legebatur *ἔπαυεν*.

Pag. 15, 21. *νεῖκος ἤραντο*] Cap. 31. *τὸ νεῖκος ἤρασθαι πρὸς τὰς ἐπιμηλίδας*. Non minus eleganter Apollod. lib. I. [cap. 4. §. 2.] *ἦλθεν εἰς ἔριν περὶ μουσικῆς Ἀπόλλωνι*. MUNCK. Emathidas poenam subiisse potissimum, quod victae convicia in Musas iecissent, et minacia earum verba sprevissent, narrat Ovid. lib. V. Met. v. 664. Sed ei cum Antonino, et Tzetz. ad Hesiod. minus convenit. Vid. Davis. ad Cic. de N. D. lib. III. cap. 21. VERH. Xylander: *quoniam autem certamen iniverant mortales cum deabus.* Haud infrequens est in Graecorum scriptis *νεῖκος, πόλεμον ἄρασθαι, certamen, bellum suscipere, bellum alicui inferre*, addito vel simplici tertio personae casu vel praepositione *πρός*. Phrynichus *Προπ. Σοφ.* ap. Bekk. A. G. T. I. pag. 3. *αἵρεται πόλεμον ἢ ἔχθραν ἢ στάσιν, ἀντὶ τοῦ ἀναδέχεται.* Priscianus lib. XVIII. pag. 1185, 12. Attici, inquit, *ἠράμην πόλεμον πρὸς τοῦτον καὶ τούτῳ. Πλάτων Περιαλγεῖ· Ὃς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην*, uti locum constituit Porsonus ad Eurip. Med. v. 139. 140. pag. 35 sq. ed. Lips. tert. Philostratus Vit. Apoll. lib. I. pag. 47. ed. Olear. *καὶ πόλεμον οὐδ' ὑπὲρ μεγάλων αἴρεσθαι.* Scholiastes Platon. pag. 192. ed. Ruhnk. *οὗτος πρὸς τὸν ἀδελφὸν περὶ τῆς Θηβῶν βασιλείας πόλεμον ἀράμενος.* Thucyd. lib. III. cap. 39. *πόλεμον ἤραντο.* Vid. Walchius ad Taciti Agric. pag. 224 sq. qui Graeca contendit cum Latinorum locutione *proelium sumere.*

Pag. 15, 24. *κολυμβάς*] Aristot. lib. I. Hist. Anim. cap. 1. est *κολυμβίς*. *Urinatrix* vertitur a Gaza. Charletonus Onom. Zoïc. pag. 96. Colymbum cum Hesychio appellat. Hesychii verba adscribam: *Κόλυμβοι, αἱ κολυμβάδες, τὰ ὄρνεα, ἢ ζωΰφια ἐν ταῖς κολυμβήθραις.* MUNCK.

Ibid. ἴϋγξ] Scribe, ἴϋγξ. Describit illam Aristot. lib. II. cap. 12. *Torquilla* vertitur a Gaza. Aliis eadem est, quae σεισοπυγὶς sive *motacilla*. Et ita vertitur a Porto. Pind. Pyth. Od. IV. [v. 381.] Non probes, si inspicias verba Schol. fol. 209. Edit. Francof. [pag. 577. ed. Heyn.] Nihil ibi de pyga, sed tantum de collo. Nec apud Plinium lib. XI. cap. 47. Schol. Theocr. ad Id. II. [v. 17.] λέγουσι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἔρωτα ἀπὸ τοῦ ἐνόντος ζώου Ἴυγγα, ὥς φησι Πίνδαρος, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων μορίων, μεῖζον πίννης αὐτὸ λέγων ἢ κινάδος, ἡ παρὰ Ῥωμαίοις σεισοπυγὶς καλουμένη. Haec non invenio in Tractatu de partibus Anim. Sed de Hist. Anim. lib. II. cap. 12. legas: αὕτη δ' ἔστι μικρῷ μὲν μείζων σπίζης. Non sane πίννα, sed σπίζα est avis. Deinde pro κινάδος lege κιναίδου. Et alius ad idem Idyllium nescio quis commentator: Ἴυγξ ἡ λεγομένη σεισοπυγίς. Non nupera ergo haec opinio σεισοπυγίδα et ἴυγγα eandem esse avem. Falsa tamen est. Paene praeterieram a Suida quoque et Nicephoro in Synesium de Insom. pag. 360. *Jyngem* cum *motacilla* confundi. Τὴν δὲ Ἴυγγά φασιν ὄρνεον εἶναι ἀεὶ σεῖον τὴν οὐράν. Non melius se dant, qui *cinclum* et *motacillam* eamdem faciunt avem. *Cinclus* βουκολίνη est, ni fallor. Hesych. Βουκολίνη, κίγηλος τὸ ὄρνεον. Lego, κίγκλος. Σεισοπυγίδα autem κίλλυρον appellat. Notavit tamen κίγκλον quibusdam σεισοπυγίδα dici. Viderint illi. Me alii docuerunt cinclum in aquis, motacillam degere in terra. Ex illorum ergo quorundam, qui cinclum, motacillam, et iynga confundunt, sententia alibi scripsit Hesychius: *Κιναίδιον*, ὄρνεον ἴυγξ. *Κίναιδος* enim κίγκλος. Sibi quoque non probatam hanc confusionem in Nomenclat. ὁ πολυΐστωρ Hadrianus Junius satis ostendit. Adi ipsum in vocibus *Jynx* et *Motacilla*. Gloss. Cyrill. ἴυγξ, *frutilla*. An legendum *torquilla?* Non vult Scaliger, quem ad Festum haec annotasse video: *A Venere Fruti dicta est frutilla* ἴυγξ, *quia Veneri dicata est*. Munck. Quem et Staver. vid. ad Lactant. lib. VII. cap. 1. Locus Festi est in v. Frutinal. De iynge vid. quae diserte notavit Ernest. ad Xenoph. Memorab. [lib. III. cap. 11. §. 17.] pag. 157. Verh.

Pag. 15, 25. κεγχρίς] Aristot. lib. III. cap. 1. μάλιστα δὲ ἡ κεγχρὶς πολύγονος. *Tinnunculus* Gazae. Munck.

Ibid. κίσσα] Illa est κίττα, pica, in quam omnes Pieri filias conversas canit Naso. Munck.

Ibid. χλωρίς] Gaza vertit *Luteolam*. Gesnerus a viriditate traxisse nomen ait, et vulgo satis notam esse. *Vireonem* appellari posse Adrianus Junius putat. Munck.

Ibid. ἀκαλανθίς] De illa vide Schol. Aristoph. [ad Pac. v. 1077.] pag. 74. Edit. Caldorianae. Munck.

Pag. 15, 26. πιπώ] Vid. not. ad cap. 14. Munck.

Pag. 16, 1. Μινύου τοῦ Ὀρχομενοῦ] De Minya eiusque stirpe agit Scholiastes Apollonii ad lib. I. copiose. Filiarum meminit Plutarchus et Aelianus non sine aliqua distantia. Vid. Ovid. Metam. lib. IV. v. 390. Gale. Plures Orchomenos tum heroas tum urbes fuisse, ostendit Staver. ad Hygin. pag. 17. et Muncker. infra cap. 26. De Minya eiusque stirpe agit Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 230. De eius filiabus Plut. Quaest. Graec. pag. 299. Aelian. V. H. lib. III. cap. 42. Ov. Met. IV. [v. 390.] Galeo laudati. Filiae illae *Minyeides* Ovidio, et *Minyeïa proles* a patre *Minya* recte vocantur, et sic Ὀρχομενὸν Μινυήιον Hesiodo apud Pausan. [lib. IX. cap. 36, 4.] *Orchomenum Minyeium* Plinio dici observat Heins. ad Ovid. et alii alibi. Verum si *Minyas Orchomeni* fuerit filius, ut Antoninus, quomodo *Orchomenus Minyeius* dici possit, non video. Credo Viros d. avum et nepotem confundere. Schol. Apoll. Rh. d. l. Ὀρχομενοῦ δὲ καὶ Ἑρμίππης τῆς Βοιωτοῦ γίνεται Μινύας ἐπίκλησιν. Atque adeo quo de hic agitur. Ille vero *Minyeius Orchomenus* iam sequitur. Ἐκ δὲ Φανοσύρας τῆς Παίονος καὶ Μινύου πάλιν Ὀρχομενός. Verh.

Pag. 16, 2. Ἀρσίππη] Dissentiunt scriptores in recensendis Minyadum nominibus. Plutarchus in Quaest. Graecis agnoscit Leucippen, Arsinoen et Alcathoen. Aelianus Var. Hist. lib. III. cap. 42. Leucippen, Aristippen et Alcithoen. Alibi latere mendam evidentissimum est. Berkel.

Ibid. Λευκίππη, Ἀρσίππη, Ἀλκαθόη] Hae vocantur Plutarcho d. l. Λευκίππη, Ἀρσινόη, Ἀλκαθόη. Aelian. d. l. Λευκίππη, Ἀριστίππη, Ἀλκιθόη. (Medium nomen e sola librariorum oscitantia variatum crederem; nam alterum ex altero facile refingi potuit: quod inprimis patet apud Hesych. v. Ἀρσίππη, ex iis, quae notarunt Viri D.). Pro *Leucippe* ad Ovid. lib. IV. Met. v. 1. *Leuconoen* reponendum censet Heinsius, quemadmodum eam vocare videtur ipse Ovid. v. 168. cum 196. *Leucotheen* ab hac diversam inducat. Ego trium scriptorum hoc in nomine conspirantium fide legerem *Leucippe*. Quemadmodum e Graecis Latinos potius, quam contra, emendans, Ovidii auctoritate sola non Ἀλκιθόη, quod contendit Vir Ill. in Plutarcho, et Antonino, legerem. Obnititur etiam Perizon. ad Aelian. d. l. quia per ipsos veteres A in I transire, exemplis comprobat. Sic ἀνδρακὰς pro ἀνδρικὰς ex Aristide, et similia ex aliis prodidit G. Canter. de Rat. Em. Graec. pag. 7. Maioris est momenti,

quod apud Apollod. lib. I. cap. 7. §. 11. et cap. 8. §. 6. utroque loco inveniam Ἀλκάθοος viri nomen, quod ipse agnoscit Ovid. lib. VIII. Metam. v. 8. Art. Am. lib. II. v. 421. et Poët. Ciri, v. 105. ibi Burmanno cit. unde feminarum nomina plerumque ultima tantum terminatione differunt. Supra cap. 7. Ἄκανθος, Ἀκανθίς. Cap. 17. Λεύκιππος, hoc loco Λευκίππη. Κλύμενος, Κλυμένη. Αἰγιαλεύς, Αἰγιάλεια. Ἀλκίνοος, Ἀλκινόη. Sexcenta eiusmodi proferre possem, eoque adduci, ut etiam Ovidio *Alcathoë* restituendum iudicarem. Eoque magis, quod in plerisque libris, locis, quae supra tetigi, feminino genere effertur de *urbe*, vel *arce Alcathoë*. Lib. VII. Metam. v. 443. *Tutus ad Alcathoën* cet. Plurimas Minyae fuisse filias ex Ovidio liquet et Schol. Apoll. Rh. ὁ Μινύας πολλὰς εἶχεν θυγατέρας, uti e Stesichoro et Pherecyde ostendit. Priori consentit Apollodorus lib. III. cap. 9. §. 2. Κλυμένη ἡ Μινύου, quam alienam censet posterior. *Minyadas* autem saepe alibi occurrentes, pro neptibus vel proneptibus nonnumquam accipiendas notat Perizon. ad Aelian. d. l. Verh.

Pag. 16, 2. καὶ ἀπέβυσαν ἐκτόπως φιλεργοί] Antepenultimam vocem vel transcriptorum vel typothetarum incuria depravatam esse pro certo constat. Fortassis corrigendum est: καὶ ἀπέσβεσαν ἐκτόπως φιλεργοί. Berkel. Lege ἀπέβησαν. Gale. Unica litera mutata scribe ἀπέβησαν. Lucianus [Gymn. §. 18.]: ἄριστοι ἄνδρες ἀποβαίνουσι, *optimi viri evadunt.* Xylandro non ignara fuit haec lectio, ut indicat eius versio. Atque hoc ultro profiteor, ne laureolam in mustaceo quaerere me censeas. Munck. Idem coniecit Gal., etiamsi Berk. voluisset *ἀπέσβεσαν,* quod in altera Ed. mutavit in ἤφευσαν. Verh. ἀπέβησαν exhibet Cod. Paris. et invenit Xylander, sic ea interpretans: *hae operum nimio studio arserunt.* Quae parum intelligens Berkelius totum locum miserrime corrupit.

Pag. 16, 3. ἐκτόπως φιλεργοί κ. τ. λ.] Ovidius rem secus narrat, etiam Aelianus, qui cum plurimarum Graeciae regionum feminas, quasi morbo percitas, ac furentes in quasvis libidines proruisse, ab honestis alienas, dicat, ideo bacchari Minyae filias noluisse addit, quod maritos nimium amarent, quam ut Bacchi sacris operatae thori iura violarent, atque hanc ob rem, cui adsueverant, textorio operi continuo adhaesisse. Verh.

Pag. 16, 10. ἐκ τῶν κελεόντων] Ego, quid vocis hoc sit, non invenio. Itaque asteriscum loco versionis posui. Xyland. Fatetur Xylander se asteriscum loco versionis po-

suisse et ignorare, quid vocis sit τὸ κελεόντων. Aelianus Var. Hist. lib. III. cap. 42. unde huic Ant. Liberalis loco lux affulget, paulo aliter hanc fabulam enarrat, scilicet a summis tectis vini lactisque stillas dimanasse: haec sunt eius verba: Ἐκ δὲ τῶν ὀρόφων ἔσταζον οἴνου καὶ γάλακτος σταγόνες. Pro κελεόντων hoc loco reponere ὀρόφων sine auctoritate MSS. codicum, res valde periculosa est atque anceps. Sed ut verum fatear, existimo hunc locum satis esse sanum, et in mendi suspicionem non venire: nam οἱ κελέοντες sunt pedes textorii mali seu ligni, e quo stamina deducuntur, uti liquet ex Polluce lib. VII. [sect. 36. coll. lib. X. sect. 125.] περὶ ἱστουργίας, et aliis. Cum autem certum sit, Minyadas telis operam navasse, atque lanificio summo cum studio incubuisse, optime ab Ant. Liberali tanquam prodigium narratur, ex textorii mali pedibus nectar et lac fluxisse, quod profecto magis mythologicae veritati respondet, quam si statuatur, lac et nectar de tecto dimanasse, a qua sententia Ovidius etiam alienus fuit, ita enim ille lib. IV. Met. [v. 396.]

Pars abit in vites, et quae modo fila fuerunt,
Palmite mutantur, de stamine pampinus exit.

Eas lanificio et texturae operam dedisse, liquet ex Aeliano loco iam citato: καὶ αἱ μὲν περὶ τοὺς ἱστοὺς εἶχον, καὶ ἐπονοῦντο περὶ τὴν ἐργάνην, εὖ μάλα φιλοτίμως. Verum necessario affirmandum est, circumstantias huius Fabulae aliter ab Aeliano, et aliter ab Ant. Liberali commemorari, quod sane Fabulatoribus non est insolens. Berkel. Mireris merito Sylburgium hic non vertisse vocem istam, quae apud Hesych., Pollucem aliosque ἱστόποδας notat. Explicat et Harpocration, modo apud eum legas non ἰνόποδες, sed ἱστόποδες, *radii textorii pedes*. Gale. Κελέοντας pedes textorii mali esse bene docetur in nupero commentario. Ego a Xylandro olim persuasus vocem hanc nusquam inveniri, ἠλακατῶν reponere tentabam. Munck. Recte locum vindicat Berkelius, et Galeus, qui Sylburgium perstringit pro Xylandro. Mirum, asteriscum Berkelio non motum. Primus tamen, uti hic locus intelligendus sit, ostendit Maussacus ad Harpocrat. v. κελέοντες (uti Munckerus postea monuit ad Lactant. lib. IV. fab. 12.): „Quid sint κελέοντες, erudite hic docet Harpocration. Docuere etiam Suidas, Hesychius, et multi alii veterum Grammaticorum, ut plane mirari et stupere subeat, quo pacto Doctiss. Xylander apud Ant. Lib. Metam. 10. haec non intellexerit, et vocem hanc κελέοντες ignotam sibi esse professus fuerit, in notis; cum tamen hanc nullus veterum Lexicographorum omiserit.“ Kuhnius ad

Aelian. vertit Antonini locum: *e pedibus textorii mali fluxit ei nectar et lac.* quod cum mulierum ἱστουργίᾳ magis convenire quam Aeliani: ἐκ τῶν ὀρόφων ἔσταζον οἴνου καὶ γάλακτος σταγόνες, bene observat. Vid. Etymol. M. Steph. in v. et Viri D. ad Hesychium. Verh.

Ibid. ἐῤῥύη νέκταρ αὐτῷ καὶ γάλα] Bastius Ep. crit. pag. 87. ed. pr. αὐτῷ facile mutari posse ait in αὐτὸ vel αὐταῖς. Quod minime necessarium, quum vulgatum optimum fundat sensum, sive explices *ei* h. e. secundum Bacchi iussum ac voluntatem, sive *in eius honorem*, quod equidem praeferam. Ceterum Jacobsius Ephemer. lit. Hal. a. 1806. No. 281. poëtam, cuius carminibus haec sublecta sint, hunc fere in modum cecinisse divinat: Αὐτίκα δ' οἱ νέκταρ τε ῥέεν γάλα τ' ἐκ κελεόντων.

Pag. 16, 12. κλήρους εἰς ἄγγος .. ἐμβαλοῦσαι ἀνέπηλαν] Xyl. *in urnam.* Recte. Virgil. Aen. lib. VI. v. 22. *Stat ductis sortibus urna. Hydriam* appellat Cicero I. V. [in Verr. Act. II. lib. II. cap. 51. §. 127.] *Ut quot essent renunciati, tot in hydriam sortes coniicerentur.* Sic Apollod. lib. II. sub finem: Κομισάντων δὲ ὑδρίαν ὕδατος ἔδοξε ψῆφον βαλεῖν ἕκαστος. Proprie heic usurpat τὸ ἀναπάλλειν. Homer. Iliad. Ψ. v. 861. Iliad. Γ. v. 316.

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρει πάλλον ἑλόντες.

Hunc versiculum in voce ΠΑ'ΛΛΟΣ laudat Hesychius. Sed locum mirifice corruptum ὡς ἐν παρόδῳ videbo an restituere possim integritati. Πάλλος (πάλος recte corrigit ὁ πάνυ Gronovius), κλῆρος, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι πρὸς τὴν ἄρνησιν (lego αἵρεσιν) τοῦ λαγχάνοντος, καὶ τὸ (leg. ὡς ἐν τῷ,) Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρει πάλλον ἑλόντες, πάλλος ἔζευξεν (leg. πάλους ἔσειον.). Explicat verbis Scholiastae, quid sit πάλλον. Non abhorret illud ab Hesychii consuetudine. Uno exemplo aut altero contentus ero. pag. 17. Ed. Hack. legas: ἌΓΡΕΙΜΑΣ, ἄγε δή. Scribe: ἄγρει μὰν, ἄγε δή. Verba Homeri sunt Iliad. Η. v. 459. et Scholiastae ad illum locum. In vocula ΤΗ, ubi varias eius significationes enumeravit, subiungit tandem, χωρὶς τοῦ Ι προςτακτικὸν ἀνάλογον. Τὸ, λάβε Κύκλωψ. Τῆ πίε οἶνον, λάβε τῆ δέξαι. Haec corrupta partim, partim male distincta sunt. Scribe: ἀνάλογον τῷ λάβε. Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον. Τῆ, λάβε, δέξαι. Quae itidem verba Homeri et eius Scholiastae sunt Odyss. I. v. 347. Imitatur Homerum Leonidas Anthol. lib. I. cap. 38. epigr. 4.

Καὶ λεγέτω, τῆ τοῦδ' Ἡράκλεες.

Quamobrem miror Scholiasten eundem illum ad Iliad. Α. v.

299. ubi profert significationes τοῦ τῶ, inter alia scribere: ῥῆμα δὲ, Κύκλωψ, τῶ, πίε οἶνον, ἔστι γὰρ τὸ τῶ ἀντὶ τοῦ λάβε. Quid suspicari possis, nisi memoriam imposuisse oblivioso Grammatico? Tertium, quoniam haec scribenti forte incidit, adiungam: ΛΑ'ΩΝ, οἱ μὲν βλέπων, ἐξ οὗ καὶ ἀλαὸς βλέπων, οἱ δὲ λάπτων τῇ γλώσσῃ, οἱ δὲ ἀπολαυστικῶς ἔχων, ἐσθίων. Ἀλαὸς γὰρ ὁ μὴ βλέπων. Legenda haec et transponenda ita videntur: Λάων, οἱ μὲν βλέπων, ἐξ οὗ καὶ ἀλαός. ἀλαὸς γὰρ ὁ μὴ βλέπων. οἱ δὲ λάπτων etc. Corrupta pariter ista, et huc pertinent. ΛΑΛΕΙ῀Ν, λέγειν, βλέπειν, λαμβάνειν. Emendo: βαλεῖν, λέγειν, † λάειν, βλέπειν, λαμβάνειν. Nisi in locum postremi vocabuli reponere malis λάπτειν. Confer iam cum hisce, quae habet Scholiastes ad Odyss. T. v. 229. Non crediderim, illud λέληκας (ita enim legendum est, ut observavit Cl. Graevius, et confirmat Schol. Eurip. ad Orest. v. 162.) apud Hesiodum E. v. 207. a λάω formasse Hesychium, quamvis hominem se fuisse aliquando ostendere videatur. Vide illum in voce Λάχνη. Inter alia ἀφρὸν θαλάσσης significare cum Suida scribit: atqui ἄχνη, non λάχνη dicitur ἀφρὸς, ut ipse docet in ἄχνη. Didici tamen ἄχνη pro λάχνη poni interdum ex Schol. Eurip. ad Orest. v. 115. Οἰνωπὸν ἄχνην. Schol. οἱ δὲ κυρίως τὴν οἰνόχρουν τρίχα φασί. MUNCK.

Pag. 16, 13. ὁ κλῆρος ἐξέπεσε Λευκίππης κ. τ. λ.] Cur sortes in urnam coniecerunt? an quaenam earum baccharetur? At illae tres ἐβάκχευον ἐν τοῖς ὄρεσιν. Lucem adfert Plutarch. d. l. Furore percitae inter se fuerunt sortitae, quaenam filium suum neci daret. Διαλαχεῖν περὶ τῶν τέκνων· Λευκίππης λαχούσης, παρασχεῖν Ἵππασον τὸν υἱὸν διασπάσασθαι. VERH.

Pag. 16, 18. μίλακα] * Μίλαξ pro σμίλαξ usitatum Graecis. Ad eumdem plane modum μίλον vocat arborem tibiam Theophrastus, quae σμίλος est Nicandro. Et μαρὶς dicitur Athenaeo piscis ille marinus, qui aliis σμαρὶς vocatur, praemisso σ. quomodo dicitur μικρὸς et σμικρὸς, μαράσσω et σμαράσσω, μάραγδος et σμάραγδος. * MUNCK.

Pag. 16, 20. καὶ αὐτῶν ἡ μὲν ἐγένετο ν.] Legebatur καὶ αὐτῶν μὲν ἡ μὲν ἐγ. Prius μὲν non agnoscit Cod. Paris. atque vel invito Codice delere debuerant editores. Eandem medelam ad aliorum scriptorum locos emendandos, quibus particula μὲν temere geminata etiamnum adhaeret, adhibendam esse ostendit Bastius, velut Antig. Caryst. cap. 139. Aristid. T. II. pag. 432. Liban. Vol. IV. pag. 789.

Ibid. *νυκτερὶς, ἡ δὲ γλαῦξ, ἡ δὲ βύζα*] Ovidius in Vespertiliones mutatas ait, et Lactantius. Aelian. in κορώνην, νυκτερίδα καὶ γλαῦκα. Verh.

Pag. 16, 21. *ἡ δὲ βύζα*] Loco Byzae, Minyadum una secundum Aelianum, loco iam aliquoties allegato, cornicis formam assumsit. *Καὶ ἡ μὲν ἤμειψε τὸ εἶδος εἰς κορώνην, ἡ δὲ εἰς γλαῦκα.* Ovid. lib. IV. Metam. [v. 414.] tradit Minyadas in vespertiliones conversas fuisse:

— *Lucemque prosae*

Nocte volant: seroque tenent a vespere nomen.

Crediderim legendum esse ἡ δὲ βύας. Berkel. An eadem est, quam *Byssam* nominat cap. 15.? Non puto. κορώνην nobis pro ista exhibet Aelian. V. H. lib. III. cap. 42. * Ignotum mihi vocabulum, ut et βύσσα cap. 15. *Βύας* inde faciendum esse (hoc voluit Berkelius), non dixerim, cum vox βύας ἀρσενικοῦ γένους sit. At feminae apud Nostrum mutantur in aves, quarum vocabula itidem sunt feminini generis.* Munck. Ignoscant mihi Viri manes, quod contrarium ex ipso Antonino demonstrem. Cap. 5. ἡ δὲ *Βουλὶς* ἐγένετο πῶϋγξ, quod vocabulum est generis masculini. Salmas. ad Sol. pag. 65. Eod. cap. *Τιμάνδρην* δὲ ἐποίησεν αἰγιθαλλόν, καὶ ἐφάνησεν ἐπὶ ταὐτὸν cet. Cap. 7. τὴν δὲ μητέρα κορυδόν, et hoc, teste Galeno, gen. masculini est. Unde cum Berkelio legi posset ἡ δὲ βύας. Propterea quod uti Antonino νυκτερὶς, γλαῦξ, βύζα, ita Aristoteli lib. VIII. cap. 3. iunguntur: νυκτικόραξ, γλαῦξ, βύας. Suid. *Βύας*. εἶδος ὀρνέου νυκτερινοῦ. cet. Verh.

Pag. 16, 22. *τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου*] Ita hunc locum emendare placuit, eiecto spurio. In Xylandriana male excusum reperi τὴν αὐτὴν τοῦ ἡλίου. Farnabius legebat: ἔφιλον δὲ αἱ τρεῖς τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου. Mentem auctoris sic quidem exprimit, sed longius a vulgata lectione recedit. Berkel. An αὐλήν? Aliter ἀκτῖνα et αὐγήν. Gale. Schol. Pind. ad Nem. Od. I. [v. 53. pag. 671. ed. Heyn.] ἐκ τῆς μητρικῆς νηδύος εἰς τὰς αὐγὰς ἦλθε τὰς ἡλιακάς [ὁ τοῦ *Διὸς* παῖς Ἡρακλῆς]. Munck. *Τὴν αὐγὴν τ. ἡ.* extat in Cod. Paris. et vindicat Xylandri interpretatio: *fugiunt radios solis.*

Pag. 16, 23. *Πανδάρεως ... Πανδαρέου*] Dubia est huius vocis scriptura et casus obliqui inde deducti: scribitur enim *Πανδάρεως* et *Πανδόρεος*, ac promiscue *Πανδάρεω* et *Πανδαρέου*: ita ut nunc iuxta tertiae declinationis paradigma, nunc iuxta quartae simplicium inflectatur. Verum idem nomen fab. 36. iuxta formam tertiae declin. simpl.

constanter usurpatur, quod magis placet. BERKEL. Varie variis in casibus hoc nomen hic effertur. Infra cap. 36. una tantum terminatione Πανδάρεος, Πανδαρέου. Eadem varietas apud alios. Πανδάρης et Πανδάρεος utrumque probat Eustath. ad Hom. Odyss. T. v. 518. Πάνδαρος, sed hic diversus est, Il. Δ. v. 88. Philostr. Heroic. cap. 14. Pandarus, Virg. Aen. lib. V. v. 496. Hygin. cap. 117. ubi vid. Comm. et Meurs. ad Hellad. cap. XXV. [pag. 50.] Tanta autem de hac fabula est dissensio inter scriptores, quod idem Meurs. observat de Regn. Att. lib. II. cap. 5. ut nullo modo conciliari possint. Vid. Heins. ad Ovid. Met. lib. VI. v. 658. Nostro tamen adsentitur versus ille Homericus ex Odyss. d. l. quem citat Meursius, et ante dudum Hephaest. lib. III. init. Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη Χλωρηῒς Ἀηδὼν κ. τ. λ. VERH. In Cod. Paris. passim exaratum quidem est Πανδάρεος, sed a manu emendatrice suprascriptum in nonnullis locis Πανδάρεως. Cfr. Fischer. ad Weller. T. I. pag. 375.

Pag. 16, 24. ἵν' ἐστὶ νῦν ὁ πρηών] Intelligit collem urbi imminentem, qui Strab. lib. XIV. [pag. 940. A. ed. Almel.] πριὼν dicitur et Lepre Acte. Ἐκαλεῖτο γὰρ Λέπρη μὲν ἀκτὴ ὁ πριὼν ὑπερκείμενος τῆς νῦν πόλεως, ἔχων μέρος τοῦ τείχους αὐτῆς. τὰ γοῦν ὄπισθεν τοῦ πριῶνος κτήματα ἔτι νυνὶ λέγεται ἐν τῇ Ὀπισθολεπρίᾳ. BERKEL. Prion Straboni describitur libro XIV. Dicebatur et Λέπρη Ἀκτή. GALE. Πριὼν dicitur Straboni lib. XIV. sub initium. Alius est Πριὼν cap. 23. iuxta Coryphasium Peloponnesi. MUNCK.

Ibid. διδοῖ] h. e. δίδωσι. MUNCK.

Pag. 17, 1. Ἐγένετο δὲ τῷ Πανδάρεῳ] Articulum inserui e Cod. Paris.

Pag. 17, 3. ἐν Κολοφῶνι] Videtur fuisse inter Colophonios et Ephesios antiqua cognatio. V. Strabonem ibidem pag. 634. [lib. XIV. pag. 940. B. ed. Almel.] GALE.

Pag. 17, 7. λόγον ἀχρεῖον ἀπέῤῥιψαν] Xyland. *Voce inani gloriati sunt.* Non satis efficax hoc mihi videtur. Λόγος ἀχρεῖος est *vox mala et improba*, Matth. cap. XII. v. 36. Πᾶν ῥῆμα ἀργόν. Vide ad illum locum notas Alex. Mori. Noster cap. 22. λόγον ἄχαριν καὶ ἀνόητον appellat: κοῦφον ἔπος Antiphilus Anthol. lib. III. cap. 4. ep. 42. Nulla aeque re ac arrogantia et impia lingua Divinum numen offenditur. Prae caeteris poëtis Latinis id diligenter notavit Tibullus, lib. I. eleg. 5. [v. 37. al. eleg. 2. v. 79.]

Num Veneris magnae violavi numina verbo,
Et mea nunc poenas impia lingua luit?

Lib. III. eleg. 4. [v. 15.]

Si mea nec turpi mens est obnoxia facto,
Nec laesit magnos impia lingua deos.

Eleg. 5. eiusd. libri [v. 13.]:

Nec nos insanae meditantes iurgia linguae
Impia in adversos solvimus ora deos.

Munck. Interpretor: *postquam vero haec proiecerant intempestiva verba, ardentius se invicem amare quam Juno et Jupiter* etc. Locutio λόγον ἀποῤῥίπτειν inde a Pindaro usitata. Pyth. Od. VI. v. 37. *Χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέῤῥιψεν αὐτοῦ.* Olymp. Od. IX. v. 54. *ἀπόῤῥιψόν μοι λόγον τοῦτον.* Vid. Intpp. ad Aristaenet. lib. I. ep. 10.

Pag. 17, 8. *καὶ Ἥρα*] Τὸ καὶ heic abundat, ut cap. 34. *Καὶ ὡς ἐκύησε μὲν Σμύρνα, Θείαντα δὲ πόθος ἔλαβεν ἐκμαθεῖν, ἥτις ἦν ἡ κύουσα. Καὶ ὁ μὲν* etc. Nisi significationem τοῦ οὖν habere istis locis putes. Paulus Epist. I. Cor. cap. II. v. 2. εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με; pro τίς οὖν ἐστιν. Ad eundem modum δὲ redundat cap. 28. *Ἐπεὶ δὲ Τυφῶνα Ζεὺς βάλλει κεραυνῷ. Καιόμενος δὲ ὁ Τυφὼν* etc. Quod non insolens esse Graecis scriptoribus vel ex uno Aeliano discas. Munck. Bastius ἔπει pro ἔπειτα positum esse existimat. Idem sentit Wakefieldus Silv. Crit. P. IV. pag. 24. sequentia hoc modo reddens: *tum Juno* etc. Xylander: *At postquam inani voce gloriati sunt — Juno offensa eo dicto Eridem ad eos misit.* Vid. cap. 28. et 31. Hermann. ad Viger. pag. 784.

Pag. 17, 9. *Ἔριν*] Dea litium et discordiae Ἔρις. *Discordiam* appellat Capella lib. I. [pag. 16. ed. Grot.]. *Discordiam vero ac seditionem quis ad sacras nuptias corrogaret?* Munck.

Ibid. *ἔπεμψεν*] Simplex pro composito ἐπέπεμψεν, quod proprium in tali re verbum est, de quo Hemsterh. ad Lucian. Deor. Dial. III. pag. 208. et Ruhnken. ad Tim. Lexic. Plat. pag. 84. In vita Hom. pag. 140. Ed. Ernest. λοιμὸν ἔπεμψεν αὐτοῖς. Aelian. lib. XII. Anim. cap. 5. *Δράκοντας ἔπεμπεν ἡ Ἥρα αὐτῷ.* Hygin. cap. 30. *Infans cum esset, dracones duos ... quos Juno miserat,* ubi Munckerus utroque loco simplex verbum probat. Verh.

Pag. 17, 11. *δίφρον ἁρμάτιον*] Xyland. vertit *sellam curulem.* Ille ergo Xylandro est δίφρος ἁρμάτιος, qui δίφρος ἡγεμονικὸς Plutarcho? Non placet. Ego δίφρον ἁρμάτιον simpliciter *currum* interpretandum putem. Hom. Iliad. *Γ.* [v. 262.] περικαλλέα βήσατο δίφρον. ad quae verba Schol. τὸ ἅρμα. δίφρος δὲ εἴρηται, ὅτι διφερόν ἐστι. δύο γὰρ φέρει, τὸν ὁπλίτην, καὶ τὸν ἡνίοχον. Haec scripseram,

cum ὁμόψηφον mihi reperi Cl. Schefferum de re vehic. lib. II. cap. 16. Et recte notat τὸ ἁρμάτιος addi, *ne de communi sedentariaque sella accipiatur.* Sane Homer. Iliad. *K.* v. 475. ἁρμάτιον δίφρον currum Rhesi appellat. Etiam Pindarus ἐκ παραλλήλου Pyth. Od. II. [v. 20. 21.] ponit ξεστὸν δίφρον καὶ ἅρματα πεισιχάλινα. Quo loco tamen Porto δίφρον *bigas* placuit interpretari. Melius Od. IX. [v. 9.] χρυσοῦν δίφρον vertit *aureum currum.* Gloss. Steph. *Curulis*, ὑπατικὸς θρόνος. *Curulis sella*, ἀγκυλόπους, δίφρος βασιλικός. Gloss. Cyrilli: Θρόνος ἡγεμονικός, *Curulis.* * Δίφρος ἁρμάτιος itaque simpliciter pro *curru*, sive ἅρματι ponitur interdum, interdum ἅρματι opponitur, denotatque *bigam*, ut ita loquar cum Statio. Doceo ex Scholiaste Aristoph. ad Nub. II. pag. 123. [v. 31.] Ξυνωρὶς δὲ τὸ μὴ πλῆρες ἅρμα, ἀλλ' ἐκ δυοῖν ἵππων συνεστός, ὃ νῦν δίφρον καλοῦμεν. Schol. Pind. Hypoth. Nem. [pag. 658. extr. ed. Heyn.]. Ἦν δὲ, inquit, γυμνικὸς καὶ ἅρμα, οὐχὶ δίφρος, οὐδὲ κέλης. Hinc ergo, ut diversa, ξεστὸν δίφρον καὶ ἅρματα πεισιχάλινα memorantur a Pindaro Pyth. Od. II. [v. 20 sq.]. Charisius apud Schott. Obs. lib. I. cap. 14. *Bigae* δίφρος. *Curulis sella* posset verti tamen. Nam proprie δίφρος fuit, ut docet Arist. Schol. in Nub. pag. 134. [v. 31.] τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ οἱ ἡνίοχοι ἐφεστῶτες ἐλαύνουσιν. * Munck. Ita verti posse in Antonino monet Staverenius ad Lactant. pag. 833. ubi de voce δίφρος, eiusque significatione plura congessit. Verh.

Pag. 17, 13. ὅπως ἂν τάχιον ἀνυσθῇ] Lego ὅτῳ, h. e. ᾧτινι. Ita ὅτοισι pro οἷστισι, et alia apud Homerum observat Eustathius. Male etiam infra cap. 21. vulg. εἰ τῷ ξένων. scrib. εἴτῳ, hoc est, εἴτινι. Vide Vigerum de Linguae Graecae Idiotismis, cap. 2. Aeschines ep. 2. εἴτου δέοιντο. *Si qua re indigerent.* Demosth. pro Coron. [pag. 227. ed. Reisk. pag. 201, 5. ed. Bekk.] ἄλλωςτε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνοι. *Praesertim si cui ab hoste hoc contingat.* Confer Sophocl. Electr. v. 12. 33. etc. * Pro ὅπως legendum esse ὅτῳ, cum τὸ τούτῳ, quod sequitur, evincit, tum sententia ipsa postulat. Pacti sunt, ut ei, qui prius suum opus absolvisset, alter famulam daret. Sed istam coniecturam ut probabiliorem redderem, τὸ ἂν sustuli (ita regesserat Berkel.). Falsum hoc. Nec in mentem fuit, nec verbum ea de re feci. Et cur tollerem, cum plane venuste heic ponatur? Schol. Hom. ad Iliad. *B.* v. 196. Ηὔξατό ποτε, ὅ, τι ἂν κάλλιστον ἐν τοῖς ποιμνίοις αὐτοῦ γένηται. Ὅτῳ pro ᾧτινι dixit Antoninus. Basil. Seleuc. pag.

10. ed. Dausq. *Οὐκ εἶχεν, ὅτῳ τὴν εὐφροσύνην ἀνάθηται.* Plato Phaed. cap. 5. [pag. 61. C. HSt.] *Πᾶς ὅτῳ ἀξίως τούτου τοῦ πράγματος μέτεστι.* Aristoph. Plut. II. 1. 8. [v. 260.] *Ὅτου χάριν* pro *οὕτινος.* Sic *εἴτῳ* pro *εἴτινι* habes cap. 21. *Καὶ εἴτῳ ξένων ἐντύχοιεν.* Ita enim scribendum esse monui antehac. Quod cum vidisset Vir D. *Quis adeo,* inquit, *imperitus, qui nesciat articulos praepositivos pro interrogativis et infinitis sumi?* Quaerere ergo de illo libet, cur ipse tam peritus correctum iverit, *εἰ τῷ ξένῳ.* Glossae Maximi in Dionys. Areop. *εἴ τῳ, εἴ τινι.* Maximus Tyr. Diss. I. pag. 2. Ed. Heins. *Καὶ εἴ τῳ ἐκεῖθεν τὸ φῶς ἀμαυρὸν δοκεῖ.* * Munck. Ex Munckeri sententia *ὅτῳ* si legimus, *γένηται* non habet, quo referatur. Unde Bastius vel *ὅπως* servandum, vel *ὡς* ante *ὅτῳ* addendum esse arbitratur. Egregie Schaeferus Append. ad Bastii Ep. crit. pag. 280. perspexit, post *ὅπως* excidisse pronomen *ᾧ*, a postremis illius coniunctionis literis absorptum. Vid. idem Melett. critt. pag. 112 sq. Atque ad sensum bene Xylander: *sponsionem coëunt, u t u t e r ipsorum celerius suum opus absolvisset, ei alter famulam daret.*

Pag. 17, 16. *Ἥρα γὰρ αὐτῇ συνελάμβανεν*] Xylander: *Iunone opus adiuvante* etc. Recte. Saepissime enim *συλλαμβάνειν τινί τινος* et *τι* potestatem habet *opem ferendi, opitulandi,* ut interpretes aliquando eam notionem parum perspexisse mirum sit. Praeter hunc locum bis legitur infra cap. 17. pag. 26, 1. et cap. 22. pag. 31, 18. Atque eodem modo usurpatum est verbum medium. Sic cap. seq. *ὁ δὲ Φύλιος... εὔξατο συλλαβέσθαι αὐτῷ τὸν Ἡρακλέα.* Vid. Boissonad. ad Philostr. Heroic. pag. 385. L. Bos. Animadvv. pag. 87. Aristaenet. Epp. I. 10. Chion. Epist. 8. Schaeferus Addend. ad Bast. Ep. Crit. pag. 41. addit Xen. Mem. lib. II. cap. 3, 18. Dionys. Halic. A. R. lib. VI. cap. 24. T. II. pag. 1095. Lucian. T. III. pag. 198.

Pag. 17, 18. *ἀφίκετο πρὸς τὸν Πανδάρεων καὶ ὑπὸ τῆς Ἀηδόνος*] Haec verba in editionibus adhuc frustra quaesita e Cod. Paris. in ipsam orationem recipere eo minus dubitavi, quo magis huc pertinent et quo facilius a librario propter praegressum *τῆς Ἀηδόνος* omitti potuerunt. Talia autem homoeoteleuta saepissime fons lacunarum. Vid. Boissonadus ad Tiber. Rhetor. pag. 52. Heyler. ad Iuliani Epist. pag. 283. 431. 436. 452. Aliud similis erroris exemplum e Phlegonte attulit Bastius. Hoc notatu dignum, verba illa in Codice iam Xylandrum legisse, sed Graeca transcribere neglexisse, quantum ex ipsius inter-

pretatione colligere licet, quae sic se habet: *Cui invidens victoriam Polytechnus, ad socerum proficiscitur, simulans se ab uxore missum ad adducendam secum sororem Chelidonidem.*

Pag. 17, 20. Χελιδόνα] Est accusandi casus a recto Χελιδών, quem noster aliquoties hac fab. Χελιδονίς fecit. Berkel.

Ibid. ἀπαγάγῃ] Vulgatum ἀναπαγάγῃ haud cunctanter priore syllaba privavi adstipulante Cod. Parisino. Nam ἂν ἀπαγάγῃ quae ibi exarata videmus, aperte indicant, priorem vocem aut male festinanti calamo tribuendam et prorsus inducendam esse, aut statuamus oportere, duplicem extitisse lectionem ἀναγάγῃ et ἀπαγάγῃ. Omnino autem lingua Graeca verba cum praepositionibus ἀνὰ et ἀπὸ iunctim composita iure respuisse videtur et evanuerunt dudum in Lexicis melioris notae monstra illa ἀναπαγγέλλω et ἀναποφαίνω.

Ibid. ὁ Πανδάρεως] Recte notarunt dubiam esse huius vocabuli scripturam: Πανδάρεως enim scribi et Πανδάρεος. Tertiam addere potuissent ex Schol. Hom. Odyss. T. v. 518. Πανδάρης. Munck.

Pag. 17, 29. ἡ Χελιδονίς] Supra Χελιδών, sed infra Χελιδονὶς iterum vocatur. Numquid mutandum, dubitat Berkelius. Mihi quidem nihil videtur mutandum. Alterum, quod supra cap. 6. de nomine Ἀκανθὶς et Ἀκανθυλλὶς conieci, nomen, alterum diminutivum est. A *Romus* est *Romulus*, idemque, qui hoc capite Ἴτυς, Homero ὑποκοριστικῶς Ἴτυλος dicitur, ut insigniter errent Regius et Micyllus ad Ovid. lib. VI. Met. v. 620. Ille, quum *Itys* nomen, *Itylum* cognomen faciat: hic *Itys* per apocopen pro *Itylo* dictum censeat. Feminis inprimis, quarum amore irretiuntur Veneris nepotuli, per blanditias eiusmodi diminutiva induere solent Comici. Ceterum hic locus in memoriam revocat Chelidonis nomen Verris meretricis, cuius arbitrio iura omnia Praetoris urbani gubernata esse, Cicero ait, lib. V. cap. 13. Oratt. in eumdem. Verh.

Pag. 17, 30. ἔχουσα κάλπιν] Hanc vocem Festo restituamus. *Calces, ampullae plumbeae.* Lege *Calpes* cum Is. Voss. ad Pomp. Mel. pag. 259. Verh. Aristaenetus lib. II. epist. 4. κομίζουσα τὴν κάλπην. Duplex quondam fuit forma κάλπις et κάλπη, quarum prior longe antiquior. Vid. Coraës ad Heliodor. pag. 84. Ceterum scite Xylander reddidit *cum urna.* Scilicet veteres Graeci amabant participium ἔχων aliis verbis, maxime iis, quibus *eundi*, *abeundi* notio inest, velut ἔρχεσθαι, οἴχεσθαι, ἀποίχεσθαι, ita ad-

iungere, ut ex nostra loquendi ratione praepositionis vim habeat. Sic infra cap. 26. pag. 36, 15. ἔχων κρωσσόν. Vid. Jacobs. ad Anthol. Pal. pag. 334. 676.

Pag. 18, 2. *Καὶ τὸν παῖδα κατακόψασαι, τὰ κρέα* etc.] Excidit, ni fallor, σύνδεσμος καὶ, ab ultima praecedentis vocis syllaba absorptus. Scribe, καὶ τὰ κρέα etc. Munck.

Pag. 18, 10. *τοῦ Πανδάρεου*] Vel Πανδάρεω repone, vel scribe *Πανδαρέου*. *Πανδάρεον* inferius habes. Munck.

Pag. 18, 16. *ἀπεῖργεν ἐκ τοῦ Πολυτέχνου τὰς ἐσόβησεν μυίας*] Excidit aliquid; forte καὶ ἐσόβησεν τὰς μυίας. Gale. Alius forte aliter, ego lego: καὶ ἐσόβησε τὰς μυίας. Hinc σόβη, *flabellum muscarium*. Munck. Idem Galeo venit in mentem. Quid tamen ἀπεῖργε καὶ ἐσόβησε? H. Bolt, iuvenis Doctiss. Sylv. Crit. pag. 18. Ἀπεῖργεν ἐκ τ. Π. τὰς σοβήσασα μυίας, non male coniicit: nam eiusmodi pleonasmus ab Antonini genio minime abhorret, ut et nos ad cap. 1. ostendimus, sed a litterarum ductu longius recedit. Certius est, ἀπεῖργεν ab aliquo adscriptum, quo interpretatum ivit τὸ ἐσόβησε, tandem in contextum irrepsisse, unde delendum existimant Ruhnkenius et Fonteinius, et legendum: Ἐσόβησεν ἐκ τ. Π. τὰς μυίας, vel Ἐκ τ. Π. ἐσόβησε τὰς μ. Ceterum μυίαις καὶ μελίτταις δεῖπνον proiici, supplicium fuisse, quo Lyctii Epicureos afficiendos statuerunt, ex Aeliano apud Suidam v. Ἐπίκουρος, opportune me monuit Ruhnkenius V. Cl. Verh. Verba καὶ ἐσόβησε absunt a Cod. Parisino et miro quodam errore Xylandri editioni illata esse videntur, utpote qui Latina ea non reddiderit: *Aëdon ob pristinam miserata amicitiam eas* (muscas) *abigebat*.

Pag. 18, 17. *κατεφωράσθησαν*] Scribe κατεφωράθησαν. Hesychius: *Κατεφωράθη*, ἐλέγθη. scrib. ἠλέγχθη. Apollod. lib. I. [cap. 9. §. 12.] ὅτι φωραθήσεται κλέπτων. Forte et forma verbi mutanda, et scribendum κατεφωράσαντο. Non ignoramus interim passivae formae quae sint, activam saepe numero sortiri significationem. Munck. Conf. Albert. Obss. pag. 436. Verh. Fuit, quum corrigerem: ἐπεὶ δὲ αὐτὴ κατεφωράθη, οἱ γονεῖς τε καὶ ὁ ἀδελφὸς μισ. ἐνεχ. ἀποκτεῖναι. Nunc Bastio adstipulor, qui Codicis Paris. vestigiis αὐτη κατεφράσθησαν insistens unica literula addita hancce verissimam elicuit lectionem: αὐτὴν κατεφράσθησαν, h. e. *postquam illam animadverterant*, collato Herod. lib. IV. cap. 76. καὶ τῶν τις Σκυθέων καταφρα-

σθεὶς αὐτὸν ποιεῦντα ἐσήμηνε τῷ βασιλέϊ Σαυλίῳ. et Valcken. ad Herod. lib. IX. pag. 740. Observv. Misc. Vol. II. pag. 167.

Pag. 18, 19. πρὸ τοῦ μεῖζον] Perperam Cod. Paris. πρὸς τὸ μεῖζον, quod bene correctum a Xylandro.

Pag. 18, 23. ἁλιαίετος] Hyginus de Niso Myth. cap. 198. *in avem haliaeeton, id est aquilam* [*marinam*] *conversus est.* Dixi nonnulla de isto loco ad illum scriptorem. Illud unum nunc addam, videri mihi istas Graecanicarum, vel non sic satis usitatarum vocum interpretationes ubique a glossa esse. Certe non solent veteres Scholiastae, quorum lingua loquitur plerumque Hyginus, suorum agere verborum interpretes. * Corruptus Lactantius in quibusdam Editt. *Patre iam in avem transfigurato, quam Graeci alieten dicunt. Aquilam piscarien* appellat Servius in Ecl. VI. v. 74. leg. *piscariam*, vel *piscatoriam* potius. *Avem* sane *piscatoriam* vocat Lact. Argum. lib. VIII. f. 1. Ovidius [Met. lib. VIII. v. 146.]: *Et modo factus erat fulvis haliaeetos alis.* Inter accipitres recensetur in Epist. quae Symmacho et Theodot. inscribitur. Scaliger ad Catal. pag. 88. *Haliaeetus Virgilii est Falco noster.* At falco accipiter magis, quam aquila videtur esse. Aquilam tamen facit Virgilius haliaeetum. *Fecit et in terris haliaeetus ales ut esset.* Quippe aquilis semper gaudet *Deus ille coruscus.* Schol. Hom. ad Iliad. pag. 674. *Ἀετός· Ὄρνις δορατικὸς καὶ ὀξὺς ἐν τῷ ὁρᾷν, καὶ ἵπτασθαι. Φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης, ὡς ἵστησιν τοὺς νεοσσοὺς πρὸς τὸν ἥλιον ἀναγκάζων βλέπειν, καὶ ὁ δυνηθεὶς ὁρᾷν, τοῦ ἀετοῦ ἐστιν υἱός. ὁ δὲ μή, ἐκβέβληται, καὶ γέγονεν ἁλιαιετός.* Leg. *ἁλιαίετος*, et *διορατικὸς* pro *δορατικός*. Id quod Scholiastes ille ipse vult, quem scripsisse deprehendo ad v. 638. Il. *Π. Φράδμων. διορατικός, ὀξὺς, ἔμπειρος.* confer Plin. lib. X. cap. 3. et quae dixi ad Lactant. lib. VII. f. 20. etc. * Munck.

Pag. 18, 24. ἀλκυών] Ita rescripsi pro ἀλκυὸν, quod utramque huius libelli occupaverat editionem, et mox ἀλκυόνι pro ἀλκύονι. De Alcyonibus non perdideris omnino operam, si Hegesandrum apud Apostolium Cent. II. 51. consulueris. Munck. Quem vid. ad Hyg. cap. 174. ibique Staverenium. Verh.

Pag. 18, 28. πέλεκυν] Male et heic ediderant πελέκυν. Hesych. *ΠΕΛΕΚΕΑ, πέλεκυν, δίστομον.* Lege, *ἀξίνην δίστομον.* Sequitur enim statim: *Πέλεκυς, ἀξίνη δίστομος*: vel tolle commatis notam, et scribe iunctim, πέ-

λεκυν δίστομον. Invenies inferius: Σκέπαρνον, πέλεκυν δίστομον. Sic μάχαιρα δίστομος Paul. Ep. ad Hebr. cap. IV. v. 12. Gloss. Πελεκάνος, θαλάσσιον ὄρνεον, *fulica*. Rectius cum Plinio lib. X. cap. 40. Πελεκάνους *plateas* vertit Hieron. Non felicius eaedem Glossae: Ἐρωδιός, *Erodius*, *fulica*. *Herodionem* Levit. cap. XI. v. 19. vulgatus Interpres appellat. Melius Gloss. Latino-Graec. *Ardea*, ἐρωδιός, λάρος. quamquam posterius non probo, ut nec illud: *Mergus*, ἐρωδιός. Gloss. Cyrill. λάρος, *larus*, *fulica*, *gavia*. MUNCK.

Pag. 18, 31. ἔποψ] *Upupa* Xylandro. Graecum servant Lact. lib. VI. f. 8. et Ovid. lib. VI. Met. v. 674. *Nomen epops volucri*. VERH.

Pag. 19, 1. Ἀηδὼν δὲ καὶ Χελιδονὶς, ἡ μὲν cet.] Existimo post haec verba excidisse ista, τῷ αὐτῷ ὀνόματι λέγονται vel καλοῦνται. cap. 15. βύσσα δὲ τῷ αὐτῷ ὀνόματι λέγεται. cap. 20. ἐποίησεν αὐτοὺς ὄρνιθας τῷ αὐτῷ λεγομένους ὀνόματι. cap. 7. γενομένους ὄρνιθας ἐποίησαν τῷ αὐτῷ ὀνόματι καλεῖσθαι. Deinde in sequentibus legam, *Καὶ ἡ μὲν* etc. MUNCK. Quam varii sunt sensus? Deesse aliquid putat Munckerus, παρέλκειν Berkelius: Ἀηδὼν δὲ (καὶ ἡ μὲν Χελιδονὶς) παρὰ π. quasi inclusa explicationis gratia a glossatore adiecta essent, quia, quod ex Etym. M. constat, nonnulli veterum ἀηδόνα etiam vocarunt χελιδόνα. Nec secus intellexit Xylander: *Aëdon*, *quae est luscinia*. Omnes hic frustra sunt. *Aëdon* et *Chelidonis* fuerunt sorores, utraque in aves abiere, idemque, quod ante gesserant, nomen obtinuere. Error a constructione, quam vocant, non intellecta. Aelian. V. H. lib. IV. cap. 15. Ἀλκιβιάδῃ μὲν καὶ Κριτίᾳ, ἵνα μὴ ἀποδράντες Σωκράτους, ὁ μὲν ὑβριστὴς γένηται, ... τυραννικώτατος δὲ Κριτίας etc. Praeter hunc locum, alia, quibus Antonini verba comprobavit, congessit Perizon. ad Sanct. Min. lib. IV. cap. 8. Eiusmodi distinctionibus inservit articulus ille praepositivus. Infra cap. 14. Μεγαλήτωρ δὲ καὶ Φιλαῖος, ὅτι ... ἐγένοντο μικροὶ δύο ὄρνιθες· Καί ἐστιν ὁ μὲν αὐτῶν ἰχνεύμων· Φιλαῖος δ' ὀνομάζεται κύων. Distinctionibus laborat ubique Editio Xylandri, qui forsan eas in Cod. Ms. nullas inventas, pro lubitu reposuerit. Sana itaque lectio, si sic distinguatur, ut dedimus, Ἀηδὼν δὲ καὶ Χελιδονὶς, ἡ μὲν cet. *Quod ad Aëdona et Chelidona, illa*· ... *Chelidon vero facta est hom.* cet. VERH. Rectissime habent casus nominativi illi, qui inde ab Homero in distributione sic usurpati sunt. Vid. Schaef. ad Greg. Cor. pag. 83.

Pag. 19, 2. τὸν Ἴτυν] Ἴτυλον vocat Hom. Odyss. T. v. 522. Multum ab Antoninianis abeunt, quae ad illum locum narrat Scholiastes. Munck.

Ibid. Χελιδονὶς δ' ἐγένετο σύνοικος ἀνθρώποις] Hiulcus est hic locus, cuius lacunam fortassis, hunc in modum legendo, repleveris: Χελιδονὶς ἐγένετο σύνοικος ἀνθρώποις ὄρνις. Berkel. Si inseras praecedentibus, quae ego deesse suspicatus sum modo, facile ὁλόκληρα haec esse tibi liquebit. Ovid. lib. VI. Metam. v. 668.

Pendebant pennis, quarum petit altera sylvas,
Altera tecta subit. Munck.

Pag. 19, 4. ἐκλιποῦσα τὴν παρθενίαν] Potuisset tunc iure quiritari cum decima illa Musa: παρθενία, παρθενία, ποῖ με λιποῖσα οἴχῃ; In anum bibosam festive ludit Argentarius Anth. lib. III. cap. 20. epigr. 4. *Aristomache*, inquit, *defecta siti cum ad inferos venisset,*

Εἶπε τάδε Μίνωι πάλαι· φέρε κάλπιν ἐλαφρήν.
Οἴσω κυάνεον τοὔξ Ἀχέροντος ὕδωρ.
Καὐτὴ παρθενίην γὰρ ἀπώλεσα· τοῦτο δ' ἔλεξε
Ψευδὲς, ἵν' αὐγάζῃ κἀν φθιμένοισι πίθον.

Libuit hoc epigramma heic acutioribus examinandum proponere, quia multum mihi negotii facessiverunt haec verba: Καὐτὴ παρθενίην ἀπώλεσα. Lubinus et Brodaeus interpretantur: *Nam et ego virginitatem amisi.* Id profecto in anu mirandum non erat. Sed quae, oro, ratio ista est? Virginitatem amisi, ergo et mihi ferenda est aqua in dolium Danaidum. Caveant in posterum diligentius παρθενοπίπας foeminae, nisi si ad unam omnes tam infelices pati velint manes. Puto omnino locum in mendo cubare, et pro παρθενίην substituendum παρθένιον. Sane παρθένιος ἀνὴρ, quem heic absolute παρθένιον appellare videtur Argentarius, Plutarcho est in oratione Corneliae ad Pompeium, qui virginem sive iuvenculam duxit, ut quidem Stephanus interpretatur. Παρθενικὸν ἄνδρα nominant οἱ ὁ Joël. cap. I. v. 8. θρήνησον πρός με ὑπὲρ νύμφην περιεζωσμένην σάκκον, ἐπὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς τὸν παρθενικόν. Vulgatus interpres: *super* [*supra* Teucherus] *virum pubertatis suae.* Alii interpretantur, *sponsum*, vel *iuvenem maritum.* Atque ita Horatius, ubi Danaidum fabulam tangit, lib. III. od. 11. *Surge quae dixit iuveni, marito.* Et profecto iuvenes sunt, quibus puellae non fatuae nubunt. Nec video, cur non παρθένιος ἀνὴρ exponi possit, *iuvenis*, ut κουρίδιος πόσις apud Hom. Iliad. E. v. 14. Κουρίδιον ποθέουσα πόσιν. Schol. τὸν ἐκ παρθενίας ἄνδρα γεγαμηκότα αὐτήν. παρθένοι enim

et viri. Joan. Apocal. cap. XIV. v. 4. *παρθένοι γάρ εἰσι.* *Παρθένιος* ergo *ἀνὴρ* erit, qui virgineam agens aetatem uxorem duxit. Quod si mihi dederis, ista erit verborum Argentarii sententia: *Nam et ego iuvenem maritum occidi.* MUNCK. Obsop. vertit: *sponsum occidi.* VERH. Munckeri editio in lemmate exhibet *ἀπολιποῦσα* pro *ἐκλιποῦσα*, quod non animadversum Verheykio aberranti calamo tribuo.

Pag. 19, 5. *πλεῖστα τὴν Ἄρτεμιν ἐπεβοήσατο*] Huc facit Scholiastes Theocriti ad Id. II. v. 66. *Ἐκανηφόρουν δὲ τῇ Ἀρτέμιδι αἱ ὥραν ἔχουσαι γάμου, ὥςπερ ἀπολογούμεναι περὶ τῆς παρθενίας τῇ θεῷ, ἵνα μὴ ὀργισθῇ αὐταῖς μελλούσαις τὸ λοιπὸν φθείρεσθαι· καὶ παρὰ Μενάνδρῳ· Αἱ κυΐσκουσαι ἐπικαλεῖσθε τὴν Ἄρτεμιν, ἀξιοῦσθαι συγγνώμης, ὅτι διεκορήθητε.* Vid. Meinek. ad Menandr. Reliqq. pag. 20 sq. atque de Diana obstetricis partibus fungente multa collegerunt Hemsterhus. ad Lucian. T. I. pag. 287. Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. pag. 398. Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. pag. 170, B.

Pag. 19, 6. *Θυρίης*] Tenor fabulae ex lib. VII. Metam. Ovidii potest intelligi: ad quod opus illustrandum, hic liber non parum potest adferre adiumenti. Ibi *Hyrie* est, quae heic *Thyria.* Fortasse hoc melius. XYLAND. Cycni mater iuxta Ovidium lib. VII. Metam. Hyrie appellatur, ut liquet ex stagni nomine: *At genitrix Hyrie servatum nescia flendo Delicuit, stagnumque suo de nomine fecit.* BERKEL. Hyrie est Ovidio lib. VII. Met. Illud rectius putat Xylander. Sed cum in nullis Mss. *Hyrie* sit inventum a Nob. Heinsio, nihil temere mutandum. MUNCK. Comment. ad Ovidium multa *ἀπροςδιόνυσα*: omnia enim de regione vel urbe, cui conditor Hyrieus nomen dedisset. Hic de lacu, a Cycni matre denominato, res est, quod ipse confirmat Ovid. lib. VII. v. 380.

At genetrix Hyrie, servati nescia, flendo
Delicuit: stagnumque suo de nomine fecit.

Quamquam, eum si cum Antonino conferas, utrumque diversos auctores descripsisse, iudices, unde, quia fabulae huius nullus amplius superest enarrator, utrum rectius scribatur, definiri nequit. VERH.

Pag. 19, 7. *Κύκνος*] Cygni fuere tres Martis, Neptuni, Apollinis F. GALE. Accuratius de variis Cycnis disputat Bachet. de Meziriac. in Ovid. Epist. T. I. pag. 237 sq.

Pag. 19, 9. *ἐπὶ τῶν ἀγρῶν τὸ μέσον*] An *τῶν μέσων*? VERH. Vulgatam iure tuetur Bastius; nempe *τὸ μέ-*

σον sive μέσον, cuius loco apud antiquiores scriptores legimus ἐν μέσῳ vel ἀνὰ μέσον, saepissime adverbii vim habet. Similiter Scylax Peripl. pag. 9. ed. Voss. λίμνη δέ ἐστι τὸ εἴσω τοῦ Ἐμπορίου μεγάλη. Sozomenus Hist. Eccl. lib. VI. cap. 1. pag. 217. ἰδὼν ἐν πολεμίᾳ γῇ μέσον δύω μεγίστων ποταμῶν πολιορκουμένην αὐτῷ τὴν στρατιάν. Liban. Vol. IV. pag. 1070. Ἵστατο γοῦν ἡ κόρη μέσον Μουσῶν κ. τ. λ. Herennius Philo pag. 169. ἰσθμὸς ἡ μέσον δύο θαλασσῶν γῆ. Haec Bastii diligentiae debemus. Locum nostrum sic explico: *habitabat in agris, et in ea quidem regione, quae media est Pleuronem inter et Calydonem.*

Pag. 19, 12. προςίετο αὐτῶν οὐθένα] Hoc dedimus ex Cod. Paris. et edit. princ. loco vulgati οὐδένα. Etenim in tali scriptore, qualis Antoninus est, illud tolerari potest.

Pag. 19, 13. ἀπὸ . . . καταλείπεται] Num positum pro ὑπὸ, an vero sensu, quem multis adstrinxit Jensius ad Matth. cap. XI. v. 19. cui quodammodo refragantem vide V. Cl. in Miscell. Observv. T. III. pag. 427? Verh. Praepositiones ἀπὸ et ὑπὸ a librariis non semel commutatas esse certissimum est. Recte autem ἀπὸ verbis subiungitur passivis, cum aliquis seiunctus, separatus, relictus esse ab aliquo dicitur. Vid. Jensius Ferc. literar. pag. 17. Abresch. Dilucidd. Thucydd. pag. 308. 625. Intpp. ad Eurip. Iphig. Aul. v. 669. ad Isocrat. Paneg. 9. Fischer. ad Weller. T. III. P. 2. pag. 116. 117.

Pag. 19, 17. μέγα τι χρῆμα λέοντος] Aelian. Var. Hist. lib. II. cap. 13. πάμπολύ τι χρῆμα Ἑλλήνων. cap. 22. σεμνὸν γάρ τι χρῆμα καὶ τὸ Σόλωνος ἐγένετο. Munck. Paulo post γῦπες, ὑπερφυές τι καὶ μέγα χρῆμα. Cap. ult. Ἀλώπηξ χρῆμά τι ἐξηλλαγμένον. Cap. 22. ἄπιστον χρῆμα χειμῶνος. Herod. lib. I. cap. 14. Συὸς χρῆμα γίνεται μέγα, ubi et Antonini locum memorat Gronovius. Vid. ibi Valcken. et ad Eurip. Phoeniss. [v. 206.] pag. 70. cet. Adde Observatt. Miscell. T. III. pag. 404. et Toup. T. I. ad Suid. pag. 13. Ab eleganti huius locutionis usu neque abhorrent Latini. Sic *res cibi* apud Phaedrum, *res voluptatum* apud Plautum. Consule V. D. ad Phaed. lib. IV. F. 7. [8. v. 4.] et Muret. V. L. lib. VI. cap. 9. Verh. Add. Gronov. Observv. Nov. pag. 250. sive pag. 464. ed. Frotsch. Rittershus. ad Oppian. lib. I. v. 105. pag. 176. Fisch. Prol. II. in Palaeph. pag. 26. not. Animadvv. ad Weller. T. III. P. 1. pag. 312. Jacobs. ad Achill. Tat. pag. 469. Nitzsch. ad Plat. Jon. pag. 33. Kiessling. ad Theocrit. pag. 420. Valcken. ad eiusd.

Idyll. XVIII. 4. Heindorf. ad Plat. Theaet. pag. 503. Hermann. ad Lucian. de conscrib. hist. pag. 339. Matthiae Gr. Gr. §. 430. pag. 799. ed. sec. Kraft. ad Epist. Graevii, Bentleii etc. select. pag. 344 sq.

Pag. 19, 23. κἄπεί] Xylander dederat κἄπεὶ, sed καὶ ἐπεὶ praefert Valckenarius. Infra tamen cap. 20. κἄπί. Et hoc ibi vindicat Munckerus. Sophocli certe familiare est κἄπὶ, sic κἄπειτα Epicrates Comicus apud Athenaeum lib. XIII. pag. 570.

Κἄπειτα τοῦτ' εἶναι νομίζεται τέρας.

Stobaeus Ecl. lib. I. cap. 7.

Κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς
Γράφειν cet. Verh.

Pag. 19, 24. ὁ Φύλιος] Ovidio *Phyllius* dicitur cum duplici lambda. Vide locum citatum. Berkel.

Pag. 19, 26. ἐχαρακώθη] Lego ἐκαρώθη. Xyland. Optime Xylander emendavit vocem vitiosam, legendo ἐκαρώθη. Berkel. Probant hoc reliqui, neque obnitor, quamquam et ἐκορέσθη legi possit. Verbum enim hoc proprie de iis dicitur, qui vino et dapibus ad satietatem sunt repleti. Vide Lucian. T. II. pag. 97. *Παραθεὶς δὲ ἡμῖν λάχανά τε καὶ ἀκρόδρυα, καὶ ἰχθῦς, ἔτι δὲ καὶ οἶνον ἐγχέας, ἐπειδὴ ἱκανῶς ἐκορέσθημεν.* Infra de satiata libidine cap. 22. *ἄχρι αὐτὸς κορεσθεὶς τῆς εὐνῆς* cet. quod Samosatensis in Amorib. T. eodem pag. 417. *ὁ ἐρασθεὶς νεανίας παννύχου σχολῆς λαβόμενος, ὥςθ' ὅλην τοῦ πάθους ἔχειν ἐξουσίαν κορεσθῆναι.* Verh. Salmasius ad Vopisc. pag. 475. A. „*ἀποχαρακωθῆναι ὑπὸ τοῦ οἴνου*, inquit, Graeci eleganter dicunt *vino expugnari et deponi. Χαρακῶσαι* est *munire*, cuius contrarium *ἀποχαρακῶσαι*, *vallum rumpere et exscindere.*" Neque loci nostri oblitus est, quem hunc in modum scribit et explicat: *ἀπεχαρακώθη ὑπὸ τοῦ οἴνου*, *vino depositus est;* et post Salmasium bona fide sic laudat Chr. Wolfius ad Liban. Epist. pag. 725. Hanc vero scripturam neque Codex neque editionum ulla exhibet. Mihi Xylandri ἐκαρώθη impense placet, quod firmat quodammodo Joann. Chrysostomus Vol. III. pag. 40. E. *οἴνῳ πολλῷ καρωθείς.*

Pag. 19, 27. περιβαλὼν τὸν βραχίονα cet.] Plura exempla huic non dissimilia, quibus leones victi et interfecti fuerunt, dedit Bochartus Hieroz. T. I. lib. III. cap. 4. ubi etiam hunc Antonini locum adduxit. Verh.

Pag. 19, 28. ἔφραξε τὸ στόμα τοῦ λέοντος] Epist. ad Hebr. cap. XI. v. 33. *Ἔφραξαν στόματα λεόντων.* Verh.

Pag. 20, 3. κατορθώματι] Vocem hanc ab aliis damnatam vindicat Raphel. in not. Polyb. pag. 389. Elsner. et Triller. citati Schwebelio ad Onosandr. pag. 7. ubi quoque haec vox occurrit. VERH. Vid. Dorvill. ad Charit. pag. 428. ed. Lips. Bibl. Crit. Amst. II. 4. pag. 69. Abresch. Lectt. Aristaenet. pag. 21. Locella ad Xenoph. Ephes. pag. 128. Valckenar. ad Eurip. Hippol. pag. 302. Phrynich. pag. 106. ed. Lob. Thom. Mag. pag. 515.

Pag. 20, 4. ἕτερον ἆθλον] Scholiast. Thucydidis [ad lib. I. cap. 6.]: ἆθλος ὁ ἀγὼν ἀρσενικῶς, ἆθλον δὲ τὸ ἔπαθλον οὐδετέρως. Sed illud discrimen non sollicite observant auctores. Ἆθλον est ἀγώνισμα Anthol. lib. I. cap. 64.

Χαῖρ' Ἰθάκη, μέτ' ἄεθλα, μετ' ἄλγεα πικρὰ θαλάσσης.

Confer doctissimi et humanissimi Graevii notas in Lucian. Soloecist. pag. 43. [Coraës ad Isocr. Panegyr. 37.] Retinuit Graecam vocem ille, qui interpositis lemmatis quibusdam in capita Hygini mythologiam dispescuit. *Herculis athla XII. ab Eurystheo imperata.* Inter Herculis athla Quintus Smyrnaeus, cuius versus ad Hygini cap. 162. adduxi, numerat, quod una nocte quinquaginta filiarum Thestii notitiam habuerit. Ita eum hominem appellat Pausanias in Boeoticis, et Apollodorus lib. II. [cap. 3. §. 9. 10.] non Thespium, ut Hyginus. Hic ne, an illi rectius, tuum esto, mi lector, arbitrium. Sed Plinius lib. XXXVI. cap. 5, istas puellas cum Hygino etiam Thespiadas nominat, nisi si Musas intelligit. Dicere possis, si stare pro Pausania et Apollodoro velis, Thespiadum nomen ab urbe Thespiarum illis, non patre, datum. Θεσπιεῖς enim viri Thespienses, sicut Ἰλιεῖς Ilienses, at feminae Iliades. Arnobio lib. VI. [cap. 11.] adversus Gentes Thespii Thespiarum sunt incolae. Thespius ergo Rex apud Hyginum posset esse Thespiensis, cui nomen nihilominus fuerit Thestii. Sic Sesostris Justino lib. II. cap. 3. Rex Aegyptius pro Aegyptiorum dicitur. Et forsan hoc ansam praebuit errori. Certe Thestiades puellae sunt Suidae, et Thestius pater Arnobio lib. IV. [cap. 26.] *Hercules Sanctus Deus natas quinquaginta de Thestio nocte una perdocuit et nomen virginitatis exponere, et genetricum pondera sustinere.* Vide quos auctores idem tradentes ad hunc locum laudet Elmenhorstius. MUNCK.

Pag. 20, 5. ὑπερφυές τι καὶ μέγα χρῆμα] Elegantissimum atque nitidissimum dicendi genus silentio praeterire nequeo, et apud gravissimos auctores usitatissimum. Noster fab. 22. ἐξαίσιον γάρ τι καὶ ἄπιστον χρῆμα χειμῶνος.

Similis locutionis formulae passim quoqu
occurrunt. BERKEL. Et haec decora loci
Hist. lib. I. cap. 3. σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἡ
Αἰγυπτίων. MUNCK.

Pag. 20, 6. καὶ πολλοὺς ἀπεκ
admodum frequens est haec vox in antiqu
tamen speciosa et usitata. Stephanus no
οὗτοι οὐδὲ ἀδικοῦσιν, οὐδὲ ἀποκτίννυου
δένα. BERKEL. Cod. Paris. ἀπεκτείννυον.
ad Moer. Attic. pag. LXXVII. et Pierson.

Pag. 20, 8. ἔξω πάσῃ μηχανῇ.
irrepserint, neque a prioribus Edd. observa
A librario profecta credo, qui ἐκ πάσης μη
σῃι μηχανῇι, uti illud ι, quod postea subs
mis litteris adiiciebant. VERH. Xylander
se perducere quavis ratione, reprehensus i
ἔξω nihil aliud significat, quam e patria,
domo. Hoc autem cum tota narratione q
non apparet: nam in sequentibus Phylium
Cygnum revera portasse legimus. Quare
fuisse arbitratur ἀπενεγκεῖν ἔσω sive εἴσω
(coll. Eurip. Med. v. 104.), domum port
secus videtur. Fallor aut legendum ἔξω πά
absque omni instrumento. Nimirum hanc
ris aevi scriptores particulae ἔξω non semel
Cf. Porson. ad Schol. in Hom. T. III. pa
Omnia tum in mythographo optime congr
Cygnus Phylio difficillimos labores iniunxis
scio an difficilius negotium eidem Phylio de
quam hoc, ut vultures ingentis magnitudi
atque seduceret nullis adhibitis instrument
pes fere uti solent.

Pag. 20, 9. κατὰ θεόν] h. e. κατὰ
νοιαν, ut loquitur Apollod. lib. II. deorum
ginus cap. 100. MUNCK.

Pag. 20, 10. ἀετὸς ἡρπακώς]
sino emendavimus vulgatum ἡρπαγώς. Xyla
παγός.

Pag. 20, 11. εἰς τὰ οἰκεῖα] Le
πρὶν ἀπενεγκεῖν εἰς τὰ οἰκία. Rationes i
in medium produxi. BERKEL.

Pag. 20, 12. καὶ τοῦ αἵματος ἐαι
σας] Fateor, admodum periculosum esse, s
codicum cuiusdam auctoris verba emendare:

hanc genuinam huius loci lectionem esse. Non incommode scribi posset: *καὶ τῷ αἵματι ἑαυτὸν ἀναπλάσας, corpus sanguine leporino oblevit.* Berkel. *Ἀναπλάττειν*, quod heic quidam coniicit, est *formare*, *fingere*, non *oblinere*. Si quid mutandum sit, legerim *καταπλάσας*. Aristot. Hist. Anim. lib. IX. cap. 5. *πηλῷ καταπλάττουσιν ἑαυτούς*. Munck. *Ἀναπλάσας* in priore, *ἀναπάσας* in altera editione coniicit Berkelius. Male. Lectio satis sana. Tim. Lex. p. 21. *Ἀνάπλεως. ἀναπεπλησμένος. χρῆται δὲ ἐπὶ τοῦ μεμολυσμένου.* Nihil dubii remanet, si, quae Ruhnken. V. Cl. ad eum locum disseruit, consulas. Verh. Consentit Bastius, addens Aelian. de Nat. An. lib. III. cap. 22. *τῷ πηλῷ ἑαυτὸν κυλίσας καὶ ἀναπλήσας τοῦ περιπαγέντος.* Cf. Coraës ad Heliod. T. II. pag. 123. Stallbaum. ad Plat. Phileb. pag. 125.

Pag. 20, 20. *ἀμηχανῶν, ὅτι χρήσεται*] Illud *ὅτι* per hypodiastolen scribi debet *ὅ τι*. Plat. lib. II. de Rep. [pag. 368. B. HSt.] *ἀπορῶ, ὅ τι χρήσομαι*. Munck. Hoc genus loquendi Graecis usitatissimum, quo in coniunctivi deliberativi locum, fortassis ex falsa veterum opinione, quam de Homericis aoristi primi coniunctivis ob metrum extenuatis habebant, futura pro aoristis irrepsisse videntur. Vid. exempla ab Heindorfio collecta ad Plat. Gorg. pag. 216. et a Werfero in Actt. Philoll. Monacc. T. I. Fasc. 1. pag. 106. Fasc. II. pag. 232. 233. not. 3. Perizon. ad Aelian. V. H. I. 32. Plato Sympos. pag. 216. C. *ὥςτε οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ*, ubi Stallbaumius pag. 143. in Diall. Sell. ed. Goth. sine iusta caussa correxit *χρήσωμαι*, falsus etiam ad Criton. cap. IV. pag. 112. eiusd. edit. Aristid. T. I. pag. 101. ed. Jebb. *ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔχω, τί χρήσομαι.* Ibid. pag. 127. *Δαρεῖος μὲν οὐκ εἶχεν ὅ τι χρήσεται*, ubi alii minus bene *χρήσαιτο*. pag. 168. 212. 328. T. II. pag. 100.

Pag. 20, 21. *τὸν Ἡρακλέα*] Phylius ille vel Phyllius idem forte fuerit cum Phylio Augeae filio, de quo in Apollodoro [lib. II. cap. 4. §. 5.] pag. 106. Quae autem Thyrie hic, aliis est Hyrie. Gale.

Pag. 20, 25. *παρείθησαν*] Hesych. *Παρείθη, παρελύθη.* Apollod. lib. II. *διώξας αὐτὸν ἔκ τινος λογμῆς* (leg. *λόχμης*) *εἰς χιόνα πολλὴν παρειμένον.* h. e. *defessum.* Munck.

Pag. 20, 26. *ἀναψάμενος ἐκ τοῦ σκέλους*] Regula est apud Technicos, verba partem substantiae alicuius significantia genitivum adsciscere. Illum casum a praepositione subaudita regi hinc discas. Sic *οἱ ὁ* Gen. cap. IX.

v. 21. ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου. Jos. cap. V. v. 11. ἀπὸ τοῦ σίτου. MUNCK.

Pag. 20, 28. ἀμελῆσαι] Hiulcus est locus Excidit, quantum ex orationis contextu coniectare li σχετο, quod ea significatione olim legi apud The Quaest. in Gen. 68. οὐκ ἀνέξεται συνεῖναι αὐτοῖς. Ovid. Met. lib. VII. v. 377. *Praemia poscenti tau prema negavit.* Scribendum ergo: ἀμελῆσαι ἠνέσχ aliquid ἰσοδύναμον. Soph. Ai. Flag. v. 464. πῶς σεταί ποτ' εἰςιδεῖν; *quomodo me sustinebit aspice* dem modo et ὑπομένω usurpabant. Pind. Pyth. [v. 72.] οὐκέτι Τλάσομαι ψυχᾷ γένος ἁμὸν ὀλέσσαι. οὐκέτι ὑπομενῶ τὸ ἐμὸν σπέρμα ἰδεῖν συναπολλύ Κορωνίδι. Caeterum ut ὑπομένειν et τλᾶν, ita et ac *ferre* Latini utuntur. Ovid. Ep. V. [v. 32.] *Oenonen deseruisse Paris.* Et ibid. v. 12. *Servus er nubere nympha tuli.* Etiam *pati*, *perferre*, et *velle* servavit ad Valerianum de Bono Disciplin. Goldas 94. MUNCK. Variae hoc de loco coniecturae, quas arbitrio submittimus. Distinctione alia et emendation censet Berkelius, hoc modo: Ἀπήγαγεν πρὸς τὸν βουλήσει δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἀμελήσας τῶν ἐπιταγμά παιδός. τῷ δὲ κ. Confirmare haec sibi visus est O VII. Metam. v. 375 sqq. — *Taurum quoque vinc sus Vicerat; et stricto toties iratus amore Praemia taurum suprema negabat.* Ego vero his verbis opinor, Ovidium inter et Antoninum non conveni enim *taurum negasse*, hic *obtulisse*, ac tum in tempus Cygni mandata neglexisse, dicit. Βωμόν· βο enim voce alias semper utitur Liberalis) δὲ τοῦ Ἡ ἠμέλησε τῶν ἐπ. cet. coniicit Fonteinius, Ruhnker bante. Cum Munckero tamen aliquid excidisse s Hemsterhusius ita locum supplet: Βωμόν. βουλήσει Ἡρακλέους συνέβαινεν ἀμελῆσαι τ. ἐπ. VERH. asterisco apposito in Graecis aliquid deesse indicare A Teuchero ἀμελήσας receptum. Equidem Bastio formam Jonicam ἀμέλησε i. e. ἠμέλησε restituenti Antoninus ex auctore, quem in his sequitur, trans videatur. Hoc certe infra factum cap. 19. pag. 28 ἀρύσαντο. et al. Vid. Bastius ad Greg. Cor. pag. 4 Schaefer.

Pag. 20, 29. τῷ δὲ Κύκνῳ παρέστη δ Non satis bene Xylander: *accidit hoc gravissimum* Rectius cepit Bastius Ep. crit. pag. 101. ed. pr. :

δεινόν: *il eût une pensée affreuse, une pensée cruelle s'empara de lui.* Plane ita Herodot. lib. VI. cap. 138. καὶ σφισι βουλευομένοισι δεινόν τι εἰςέδυνε. Cfr. Jacobs. Animadvv. in Athen. pag. 10. Bastius praeterea confert d'Orvill. ad Charit. pag. 438. ed. Lips. Liban. Vol. IV. pag. 45. τοῦτο μέντοι τὸ δεινὸν καὶ φρικῶδες Πρίαμον εἰςιὸν ταραττέτω. Choric. ed. Villois. pag. 21. ὥςτε νοσοῦσαν ἐκείνην οὐδὲν εἰςῄει δεινόν.

Ibid. ἀτιμωθέντι] ἀτιμηθέντι emendatum ivit Galeus. VERH. Et temere hoc adoptavit Teucherus; dicebatur enim ἀτιμάζω, ἀτιμάω et ἀτιμόω. Vid. Lexic. ap. Hermann. de emend. rat. Gr. Gr. pag. 340. Valcken. ad Theocr. Adon. pag. 232.

Pag. 20, 31. εἰς τὴν Κωνώπην] Legendum videri posset, Κωνωπίην vel Κωνωπείην, ut eadem sit terminatio, quae est in κυκνείη, quod mox sequitur. Locus semper me offendit, quia Strabo, Stephanus, Polybius et Suidas τὴν Κωνώπην urbem faciunt, lacum nemo. Posset tamen λίμνη κωνωπείη ab eiusmodi urbis, cui adiaceret, nomine dici, vel a multitudine *pulicum* [*culicum*] in eo degentium denominari, certe ut credam, induxit me locus, quem Bocharto Hieroz. T. II. pag. 567. debeo, Pausaniae in Ach. cap. 2. Κατὰ τὴν Μυουσίαν χώραν θαλάσσης κόλπος ἐςεῖχεν οὐ μέγας. τοῦτον λίμνην ὁ ποταμὸς ἐποίησεν ὁ Μαίανδρος, ἀποτεμόμενος τὴν ἔςπλουν τῇ ἰσχύϊ. ὡς δὲ ἐνόστησε τὸ ὕδωρ, καὶ οὐκ ἔτι ἦν θάλασσα, κώνωπες ἄπειροι πλῆθος ἐγίγνοντο ἐκ τῆς λίμνης. Antonini exemplaria in hac narratione mutila censet Heinsius ad Ovid. d. l. v. 371.

Inde lacus Hyries videt, et Cycneïa Tempe.

Sed neque ipse Ovidius plene rem enarrat, nullam τῶν *Cycneia tempe* rationem reddens, ubi Antoninus et Cycnum et eius matrem, utrumque se eumdem in lacum praecipitasse tradit, unde ex eius mente ac scribendi ratione pro εἰς Κωνώπην mallem κυκνείην. Vestigium, ut vides, servat Ovidius. Et solet per prolepsin Antoninus loca appellare, quorum denominationis rationem postea reddit. Mox καὶ ἡ λίμνη μετωνομάσθη, καὶ ἐγένετο κυκνείη. Cap. 8. Τὴν Σύβαριν ... κατὰ τῶν πετρῶν ἔῤῥιψεν ... ἐκ δὲ τῆς πέτρας ... πηγή, καὶ αὐτὴν ... καλοῦσι Σύβαριν. Cap. 30. Βιβλὶς νυκτὸς ἔγνω καταβαλεῖν ἐκ τῆς πέτρας ἑαυτήν. Mox καλεῖται δὲ τὸ ῥέον ἐκ τῆς πέτρας ... δάκρυον Βιβλίδος. Cap. 40. Ὠνόμασαν αὐτὴν Ἄφαιαν ... τὸν δὲ τόπον, ἐν ᾧ ἀφανὴς ἐγένετο, ἀφιέρωσαν, καὶ ὠνόμασαν Ἀφάην, uti antea legebatur. Sed ἐπέχω. VERH.

Pag. 21, 2. *βουλῇ Ἀπόλλωνος*] Philochorus apud Athenaeum lib. IX. (non XII. ut duobus locis scribit Berkelius) cap. 12. ex Boei Ὀρνιθολ. ubi tradit Cycnum a Marte in avem cognominem versum fuisse, observat Casaub. eumdem a Neptuno mutatum velle Ovidium, quemadmodum Liberalis ab Apolline. Sed uti huius Metamorphoseos occasiones longe diversae fuerunt, si Ovidii lib. VII. Met. et lib. XII. inter se conferantur, ita et diversos esse Cycnos certissimum est; ut tribus, quos ad Ovid. lib. XII. v. 72. memorant Viri D. Neptuni, Stheneli et Martis filiis, quartum hunc Apollinis adnumerare possint. Verh.

Pag. 21, 5. *ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ ἄρτου*] Lectio admodum inepta: scribe confidenter ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ ἀρότου. Non dubito, quin eodem modo Xylander in antiquis libris invenerit. Aratus eadem phrasi utitur: — — φέρε δέ τε σήμαθ' ἑκάστη Ἑξείης ἀρότῳ. καὶ γάρ τ' ἀροτήσιον ὥρην Τριπλόα μείρονται. — — Berkel. Pro ἄρτου pone ἀρότου. Gale. Ita [ἀρότου] edendum curavi pro ἄρτου. Nam cum doctissimus Xylander vertat *tempore arationis*, invenit procul dubio ἀρότου in suo Codice. Transferre tamen ista verba malim, *sementis tempore*. Columella [de R. R. lib. II. cap. 10, 8.] et *sementim* absolute appellat. Munck. Cod. Paris. ἀρότου.

Pag. 21, 8. *Ὀθρηΐδος*] Vide Apollodorum [lib. I. cap. 7. §. 2.] pag. 24. et infra cap. 22. Gale.

Pag. 21, 12. *τρεφόμενος ὑπὸ μελισσῶν*] Vid. quae dicentur ad pag. 27, 16.

Pag. 21, 15. *πρὸς τὸν ὄγκον τοῦ σώματος*] De voce ὄγκος operae pretium est videre Casaub. ad Athen. lib. III, cap. 5. Berkelio laudatum, uti de ὑπέρογκος, nam ita Aeliano dicitur ὑπέρογκος τοῦ σώματος, Hemsterh. ad Luc. Dial. M. pag. 20. Verh.

Pag. 21, 17. *ἔτρεφεν ἐν πολλῇ σπουδῇ*] An illud ἐν adhaesit ex voce praecedenti? Non putem, sed potius παρέλκειν censeam. Vid. Pfoch. Diatrib. cap. 47. Nonnus Paraph. cap. VI. v. 194.

Οὐχ ὅτι ἀνθρώπων τις ἐν ὄμμασιν εἶδε τοχῆα.

Βασιλ. Γ. cap. 18. v. 4. διέτρεφεν αὐτοὺς ἐν ἄρτῳ καὶ ὕδατι. Ita σὺν abundat interdum. Hom. Iliad. Λ. v. 624.

Ἔνθεν πασσυδίῃ σὺν τεύχεσι θυρηχθέντες.

Theognis v. 237.

Σοὶ γὰρ ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐς ἀπείρονα πόντον
Πωτήσῃ.

v. 41.

Καί σε σὺν αὐλίσκοισι λιγυφθόγγοις νέοι ἄνδρες Ἄισονται.

Nec alia ratio est τοῦ ἐκ, quando tempus notare volunt Graeci. Theognis [v. 452.]:

Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

Anthol. lib. III. cap. 6. epigr. 35.

Ἐκ νυκτῶν ἔλαθε πῦρ ὑπονειμάμενον.

Lubin. imperite transtulit: *Ex nocte latuit ignis, qui depascebatur.* Verte: *Noctu clam ignis depastus est.* Sed pro ἔλαθε, ut versui laboranti succurratur, substituam ἔλαθεν. Nam ad caesuram heic confugere, cum ad fulciendum metrum identidem τὸ ν interserant poëtae, nihil necesse videtur. Infra cap. 22. epigr. 42.

Καί με κατέτρυχεν κεῖνο τὸ κοῦφον ἔπος.

Lib. I. cap. 22. epigr. 3.

Ἔκλαυσεν χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην.

Et epigr. seq.

Ζηνὸς δ' οὔτι δίκην ἔλαθεν νόμος.

Παρέλκειν dixi istas particulas, quod usitatior sit in talibus elliptica, quam plena oratio. Est alioqui persuasissimum mihi, quotiescunque non addantur, illas subaudiendas esse. Munck. Praepositionem hanc non supervacaneam esse multis ostenderunt Munckerus ad Hygin. cap. 20. Hemsterh. ad Lucian. D. Mort. pag. 21. et Staveren. ad Hyg. ib. Verh.

Pag. 21, 19. ὑπῆλθεν αὐτὸν καὶ ὁ χρησμός] Pro ὑπῆλθεν elegantius diceres ἐπῆλθεν. Gale.

Pag. 21, 24. προςαγορεύσας] Xylandri editio vitiose προσακωρεύσας.

Pag. 21, 26. ὃν οἱ μὲν ἐπιχώριοι οὐδ' ὀνομάζουσι] Magna haec est contumelia, si quem indignum censeas, cuius prodas nomen. *Nomine non utar, ne commendere querela* de amico perfido dixit Ovid. lib. IV. ex Pont. El. III. v. 3. De tyranno, quo de Antoninus, alio idem fere habet Pausan. Achaic. sub finem: *Οὐ δὲ ἀρχὴν ἐθέλουσιν ὀνομάζειν (Πρόμαχον), ὅτι κατέλυσε πολιτείαν (ἐμοὶ δοκεῖν) τὴν ἐν Πελλήνῃ.* Verh.

Pag. 22, 5. τοὺς ἀπάξοντας] Observa locutionem ellipticam, quae pari modo apud Lucian. in Fug. pag. 804. occurrit: *Τὴν γυναῖκα ᾤχετο ἀπάγων*, quod plenius in Catapl. pag. 451. *Τιέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων.* Vid. L. Bos de Ell. Gr. v. Ὕβρις [pag. 576. ed. Schaef.] et Jens. in Lect. Lucian. pag. 49. seqq. ubi ἀπάγειν in perductionibus ad stuprum esse usitatum, multis comprobat. Paulo ante: *Ἀπῆγεν αὐτὴν καὶ ἐμίγνυτο πρὸ γάμου κατὰ βίαν.* Verh.

* Pag. 22, 8. ἢ τὸ σῶμα καθαιρήσει
ἀδελφῆς] Solebant veteres defunctorum cadav
et a sordibus purgare. Virgil. lib. VI. [v. 218.]
Teucris Misenum flentibus, ita canit: *Pars calid*
et ahena undantia flammis Expediunt, corpusq
frigentis et ungunt. Sed haec notiora sunt, q
multis doceri debeant. BERKEL. Xyland. *priusqua*
corpus deponeret. Bene sane. Lucas cap. XXII.
θελὼν αὐτὸ (τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ) ἐνετύλιξεν αὐτ
Erasm. *et depositum involvit sindone.* Aliud καθα
καθαιρέω, ne quis heic, ut aliquando factum vidi
gatione corporis agi existimet. MUNCK.

Pag. 22, 10. καὶ κρύψας παρὰ τὴν ει
τὸ ξίφος, ἔλαθε etc.] Abreschius Paraphras.
in Epist. ad Hebr. Specim. pag. 398. haec ita
κρύψας .. τὸ ξίφος ἔλαθε, πρὸς .. ut sensus si
quum haberet faciem vultumque valde iuvenilem.

Pag. 22, 12. πρὸς τὴν ὄψιν ἀντίπαις
τίπαις h. l. explices: *qui pubertati iam proximus*
si Astygites puer ad ἥβης μέτρον venisset, non
Atque eodem sensu apud Lucian. Amorr. T. II.
σχεδὸν γὰρ ἐκ τῆς ἀντίπαιδος ἡλικίας εἰς τοὺς ἐφ
θείς, ubi male J. F. Reitzius initium adolescent
git, quem meliora docere poterat Jensius Lect. L
89. Idem Lucian. Somn. T. I. pag. 21. ταῦτα
ἰδὼν, ἀντίπαις ἔτι ὤν. Vocem accurate explicui
ad Arcad. pag. 215 sqq. ed. Lips.

Ibid. παρελθὼν] *Ingressus.* Vid. ad cap.

Pag. 22, 13. γυμνόν] *Nudum, inermem*
Γυμνὸν ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος. Hom. Il
50. ubi vid. Eustath. et sic Euripid. Heraclid. v.
nius Aelian. V. H. lib. III. cap. 37. γυμνὸς τῶν
hoc frequens. Vid. Wesseling. ad Herod. lib. II.
Vires nudas dixit Stat. Theb. lib. VI. v. 18. quib
dent *pugnae inermes*, ut habet v. 249. Liv. lib. I
Arma vobis ademit, nudosque servis vestris obi
XXVIII. cap. 3. *Dextras nudas ostentantes, ut g*
iecisse adpareret. Et lib. XXXVI. cap. 5. *nudos*
ermes iungit. Vid. Drakenb. ad lib. V. cap. 45. V
Boissonad. ad Philostr. Her. pag. 458. Stephan
Vol. III. c. 3080. ed. Lond.

Pag. 22, 15. μετὰ παιάνων προέπεμ
Paeanibus cfr. Ruhnken. ad Tim. pag. 169. ed.
gen. ad Hom. Hymn. pag. 300 sqq.

Pag. 22, 19. *ὅπως κηδεύσωσιν*] Vid. supra ad pag. 6, 3.

Pag. 22, 24. *Ἀσπαλὶς Ἀμειλήτη ἑκαέργη*] Eodem cognomine Ctesylla Julietis colitur. Anton. Lib. Fab. 1. *οἱ δὲ θύουσι ἄχρι νῦν Ἰουλιῆται μὲν Ἀφροδίτῃ, Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι Κτήσυλλαν Ἑκαέργην*. Berkel. *Aspalidem vocant Ameiletam et Hecaergam*, ut dedit interpres, non probo. Lego Ἑκαέργη, ac verto: *Aspalidem vocant Amiletam Dianam*. Verh. Cfr. Odofr. Mueller. de Dor. P. I. pag. 370.

Pag. 22, 25. *αἱ παρθένοι χίμαρον ἄθορον ἐκρήμνων*] Ultima vox formam habet imperfecti activi, quasi deduci posset a *κρημνάω*, cuius usum apud veteres nondum inveni. Corrigo sine ulla dubitatione: *αἱ παρθένοι χίμαρον ἄθορον ἐκρέμων*, id est, *virgines hoedum intactum in Aspalidis honorem suspendebant*. Rationem deinde addit noster: *quia Aspalis virgo se ipsam suspendisset*. Facili negotio transscriptores ε in η commutant, et vice versa. Berkel. Pro ἐκρήμνων cum V. D. mallem ἐκρέμων. Gale. Ἐκρήμνων Xyl. *praecipitem dabant*, verte: *suspendebant*. *Κρημνάω* enim et *κρήμνημι* praeter vulgatam, quam Eustath. annotavit, significationem *τοῦ κρημνίζειν*, interdum idem, quod *κρεμάω*, designant. Vide Lex. Pind. Port. pag. 508. Sed poëtica haec cum sint, me non nolente, ut in nupero Commentario factum, corriges, *ἐκρέμων*. Sed minori mutatione legere possis, *ἐκρέμνων*. Gloss. *Suspendit*, *κρεμνᾶ*. Gloss. Cyrill. *Κρεμνῶ, suspendo*. Nisi et Glossae ipsae heic contaminatae sunt. Munck. *Ἐκρέμων* sine ulla dubitatione corrigit Berkelius, quia verbi *κρημνάω* usum apud veteres non invenerat, quod et Munckero videtur obtigisse. Vetustiora tamen e veteribus, inprimis poëtis, quos descripsit, Antoninum servasse, saepius deprehendisse mihi visus sum. Certe *κρημνάω* extitisse docet *κρήμνημι* inde deductum. Etymol. M. *Ἀπὸ τοῦ κρημνῶ, γίνεται κρήμνημι. Κρήμνη σεαυτὴν ἐκ μέσης ἀντηρίδος*. Qui ipse locus Munckeri pro *praecipitem dabant*, quod Xylander dederat, *suspendebant* reponentis emendationem confirmat. Idem pluribus urguet J. Alberti, ὁ *μακαρίτης*, ad Act. Apost. cap. I. v. 18. Verh. *Χίμαρον ἄθορον* Xylander interpretatus est *haedum intactum*, vertendum autem esse: *haedum, qui needum iniit aliquam*, monet Toupius Emendd. in Suid. T. IV. pag. 169. ed. Oxon. Locum vitii suspectum habet Abreschius Paraphras. et Annotatt. in Epist. ad Hebr. Specim. pag. 38. „In simulacri Aspalidis honorem, inquit, *αἱ παρθένοι χίμαρον*

ἄθορον (quam vocem ignorant Lexica) suspendisse quotannis dicuntur. Sed levissima forsan mutatione legere praestabit ἄφθορον, *capellam intactam*, neque, uti vertitur, *hoedum.*" Equidem verum est, *capellam intactam* unice huic loco convenire, sed nulla tum mutatione opus, quoniam ἄθορος a radice θόρω, quae superest in θρώσκω, descendens aliud significare non potest, nisi capellam, *quae marem nondum experta est.*

Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων β΄.] Absunt haec a Cod. Paris. et editione principe, quare uncis inclusimus.

Pag. 22, 28. *Μούνιχος ὁ Δρύαντος*] Ut distinguatur ab aliis: uti enim plures Dryantes, vid. Micyll. et Burm. ad Ovid. lib. XII. Metam. v. 290. et Staver. ad Hygin. cap. 173. sic plures Munichi, seu Munychi, ita enim alii, monente hic Berkelio, fuere. Vid. Meurs. lib. I. Lect. Att. cap. 14. et de Regno Ath. lib. III. cap. 8. ubi Munychus Pantaclis, et Munychus Demophontis f. ille apud Stephanum, Harpocrationem, Etym. M. Auctorem et Suidam, hic apud Plutarchum occurrit. Verh. *Μούνυχος* h. l. reponendum esse suspicatur Bastius ad Gregor. Corinth. pag. 292. ed. Schaef.

Pag. 23, 7. *ἐκ τῶν πύργων*] *E turribus.* Has in praediis, sive ornatus ac voluptatis, seu munimenti caussa, vel in domibus urbium in altum eductas strui solere, multis comprobat Palmer. Ant. Gr. lib. I. cap. 27. Vid. Schol. Aristoph. Plut. v. 280. Duker. ad Liv. lib. XXXIII. cap. 48. Et hinc forsan de ipsis domibus et aedificiis altis usurparunt. Cons. Cl. Ernest. ad Callim. Hym. in Dian. v. 33. ubi per πύργον, aut arcem, aut ipsam urbem intelligit. Sic pauperum *tabernas* regum *turribus* opponit Horat. lib. I. Od. IV. v. 13. lib. IV. Od. VI. v. 7.

Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide pugnax.

Pro ipsis urbibus posuisse videtur Lycophr. Alex. v. 1253.

Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόνων,
Ὑπὲρ Λατίνους Δαυνίους τ' ᾠκισμένην,
Πύργους τριάκοντ'. cet.

Schol. οὐ τριάκοντα πόλεις ἔκτισεν. Verh.

Pag. 23, 8. *εἰς τὰ οἰκία*] Interpres: *domibus*, malim, *aedibus.* Munck.

Pag. 23, 9. *περιεῖδεν*] Bastius Cod. Paris. vestigiis insistens praefert Jonicum περιΐδεν. Legitur sane ἴδεν cap. 17. pag. 26, 21. cap. 18. pag. 27, 11. cap. 20.

pag. 28, 18. ἴδον cap. 19. pag. 28, 2. Sed in Codice quum non clare appareat forma Jonica, vulgatum haud sollicitem.

Pag. 23, 10. τελευτήσαντας] Constanter ita legunt, quiqui Antoninum ediderunt, ubi tamen ab auctoris mente tam alienum est, ut vel tironibus nonnullis animadversum sit, τελευτήσοντας reponendum esse. Verh.

Pag. 23, 13. αἴθυια] In animalium nominibus vertendis saepe hallucinari interpretes existimo, eo quod non nisi coniectura adsequi possunt, quaenam veteres descripserint. Ubique vides ea de re controversias Commentatorum in Antoninum. *Fulicam* in contextu dedit Xylander, *mergum* ad exemplaris oram. Forte hoc melius: ita enim αἴθυιαν vocare Aristoteles videtur H. An. lib. VIII. cap. 3. Fulicam vero κέπφον. Suid. v. Αἴθυια ... ἡ θαλαττία ὄρνις, sic mox: Αἴθυια δὲ ἐγένετο πρὸς λίμνας τε καὶ θαλάσσῃ. Vid. Theon. ad Arat. Phaen. pag. 35. Verh.

Pag. 23, 15. ὀρχίλος] Eius mentionem facit Aristotel. Hist. Anim. lib. IX. cap. 1. καὶ γλαῦξ καὶ ὄρχιλος πολέμια. Scribe potius ὀρχίλος, ut heic legitur, et in Avibus Aristoph. [v. 567.] pag. 545. et 568. Edit. Calder. Annotat Schol. ἀξιοῦσι τινὲς τὴν μέσην ὀξύνειν. Ὀρχίλον et τροχίλον eandem esse avem, eam videlicet, quae alio nomine πρέσβυς et βασιλεὺς appelletur, existimat Gesnerus. Movet in primis eum, quod Aristophanes dicat: βασιλεύς ἐστ' ὀρχίλος ὄρνις. Verum τροχίλον non esse illam aviculam, quam regulum vulgo appellamus, in Exercitation. in Graecos Script. probat mihi Palmerius pag. 750. Inveteraverat tamen iam Plinii aetate ista opinio. Lib. VIII. Hist. Nat. cap. 74. *Cornices et noctua, aquilae et trochilus (si credimus) quoniam rex avium appellatur.* Munck. De orchilo, infausta avi, dixit Spohnius de extr. parte Odyss. pag. 123.

Pag. 23, 19. κνιπολόγος] *Culicilega.* Nomen avis est apud Aristotelem lib. VIII. cap. 1. quod in κνιπολόχον mutatum eunt viri docti. Interpres: *quae culices muliones legit.* Sequitur Gazam, qui κνῖπας apud Aristotelem *culices muliones* interpretatur, sed κώνωπας *culices* simpliciter. *Muliones* diem non amplius unum vivere perhibet Plinius lib. XXX. cap. 16. Munck.

Pag. 23, 20. πιπώ] *Πίπος* appellatur ab Aristotele lib. IX. cap. 1. Πίπῳ δὲ καὶ ἐρωδιῷ πόλεμος. Hesych. Πιπῶ, ὄρνεον πολεμικὸν, ὡς τινες, ἐρωδιός. Adsentior illis, qui emendant: Πιπὼ, ὄρνεον πολέμιον, ὥς τινες, ἐρωδιοῦ. [Toupius Emendd. in Suid. T. IV. pag. 170. ed. Oxon. corr. πολέμιον .. ἐρωδιῷ.] Eadem ergo πιπὼ et πίπος. Iam non

amplius miror, Hadrianum Junium in Nomenclatore bere, piponem ardeam esse stellarem. Seduxit ill prorsus coecutio, Hesychii ille locus. Ut vara se biam, ita ex hoc eius errore alter ortus, *taurun* appellari. Locus Plinii, quem tangit, habetur lib. X *Est quae boum mugitus imitetur, in Arelatensi* *rus appellata.* * Tzetz. in Lycophr. [v. 476.] E pag. 83. *Πιπὼ ὄρνεόν ἐστι θαλάσσιον εὐπρεπὲς* δές. At talis non est *ardea stellaris.* Confer B Isid. pag. 842. * MUNCK.

Pag. 23, 21. ἐρωδιῷ] Xyl. *Erodio.* Ἐ *ardea* Virgilio Georg. lib. I. v. 364. ut iam olim servatum. MUNCK.

Pag. 23, 23. σύνομοι] Vitiosa typothetaru quam Xylandri, Berkelii et Munckeri Editt. inhaere vitiosiorem in Galeana peperit σύνορμοι. σύννομοι, dit cap. 6. i. e. *compares*, monente Valckenari Idem praebet Cod. Paris. et expressit Xylander inte *vivuntque una.*

Pag. 23, 24. πρὸς λίμνας τε καὶ θ Reponendum est πρὸς λίμναις τε καὶ θαλάσσῃ. λίμναις reposui pro λίμνας, postulante id syntaxi. tum quoque in Leidensi editione. MUNCK. Istam nem temerariam iudicat Cl. Abreschius ad Aesch cap. 21. cuiuscumque generis diversa tuto ubiqu demonstrans, quoties vox regens plures admittit ctiones. Exempla, quae me induxerunt, ut Xyland ctionem revocaverim, apud ipsum vide. VERH. Sol veteres Graeci unam eandemque praepositionem a ferre nomina, sed solis fere in iis locis, in qu istorum nominum non immutandi erant. Exempl runt Hermannus ad Viger. pag. 854. Schaefer. ad pag. 498. Thierschius Gramm. Gr. mai. §. 279, 1 Gr. Gr. ampl. T. II. pag. 1191. not. z). ed. sec. Eurip. Phoen. v. 372. Atque de Latinis conf. W Taciti Agric. pag. 351. Casuum vero mutatio ub esset, hanc sibi scripsisse videntur legem, ut ipsam tionem repeterent. Apollon. Rhod. lib. IV. v. 132 χθονὸς, ὅσσα δ' ἐφ' ὑγρὴν Πλαζόμενοι κατὰ πόν v. 1359. Herod. lib. II. cap. 121. lib. IV. cap. 17 VII. cap. 176. Adsunt quidem exempla duo, qu diversi casus ex una praepositione pendere prob unum eorum ex antiquissimo quodam loquendi m candum, alterum revera corruptum est. Herod. lib

122. οἱ Πέρσαι ἐδίωκον πρὸς ἠῶ τε καὶ τοῦ Ταναΐδος. In his facile patet πρὸς ἠῶ formulam esse sollemnem inde ab Homeri temporibus repetendam. Leonidas Epigrammat. Anthol. Palat. VI. 281. sive Epigrammat. Delect. I. 7. ed. Jacobs. ἀνθ' ὧν σοὶ καὶ πολλὰ προνήϊα καὶ παρὰ βωμῷ. Hic si quis παρὰ, quod ad vocem βωμῷ pertinet, ad προνήϊα retrahere velit, profecto vereor, ut salvis grammaticae legibus id fieri possit. Scribendum cum Passovio ἀνθ' ὧν σοὶ παρὰ πολλὰ etc. Quare et in Antonino πρὸς λίμναις praeferam.

Ὀρνιθογ. α'.] Sic restitui e Cod. Paris. pro vulgato Ὀρνιθ. β'. Omisit haec Xylander.

Pag. 23, 26. Εὐμήλου τοῦ Μέροπος] De variis Eumelis vid. quos ad Lactant. pag. 838. Staver. laudat: Heins. et Burm. ad Ovid. lib. VII. Metam. v. 390. et mox ad cap. 18. VERH.

Pag. 23, 27. ὑπερήφανοι καὶ ὑβρισταί] Pro ὑβριστικοί. Solent nonnumquam substantiva adiective sumere. Sic Eurip. Supplic. v. 728. ὑβριστὴς λαὸς, et Lycophr. Alex. v. 816. ἐργάτης μύκλος. VERH. Haec exempla non satis apte elegit Verheykius. Cfr. infra ad pag. 46, 3.

Pag. 23, 28. Κῶν τὴν Μεροπίδα νῆσον] Puto in hisce verbis aliquid latere, quod est a mala manu. Satis hoc est evidens ex geographis Coorum insulam Meropida dictam esse. Mallem tamen locum hunc in modum constituere: καὶ ᾤκουν Κῶν τὴν Μεροπίδων νῆσον. Nisi hoc placeat, dicam post Μεροπίδα aliquid excidisse et ita legi debere: καὶ ᾤκουν Κῶν τὴν Μεροπίδα λεγομένην νῆσον. BERKEL. Non debet sollicitari lectio Μεροπίδα νῆσον. GALE. Quod heic reponitur in nupero Commentario τὴν Μεροπίδων νῆσον, id approbare non possum. Si quid mutare vellem, scriberem τὴν Μερόπων νῆσον. Nam Coi insulares dicti olim Μέροπες. Vide praeter alios Schol. Pind. ad Nem. Od. IV. [v. 40. pag. 701. ed. Heyn.] Pausan. Eliac. [lib. VI. cap. 14, 15.] pag. 370. ἐκ Κῶ τῆς Μεροπίδος. Puta declarationis gratia addi τὴν Μεροπίδα νῆσον. Similia sunt ista cap. 35. ἐν Ἀστερίᾳ τῇ νήσῳ. Cap. 38. Σαλαμῖνα τὴν νῆσον. * Adde illud Callim. Hymn. in Del. v. 160. Ὠγυγίην δ' ἤπειτα Κόων Μεροπηΐδα νῆσον Ἵκετο. Schol. Hom. ad Iliad. Ξ. v. 255. Κατασυρθεὶς τε εἰς Κῶν τὴν Μεροπίδα, ἐκωλύθη ἐπιβῆσαι τῆς νήσου. Eustath. in Hom. Iliad. pag. 73. Ed. Bas. Εὕρηνται δὲ καὶ οἱ Κῷοι, τουτέστιν οἱ τῆς Κῶ τῆς νήσου ἔποικοι, Μέροπες ἰδίως καλούμενοι, ὀνόματι ἐθνικῷ, καὶ ἡ νῆσος αὐτῶν Κῶς Μεροπηΐς. Apud Anonymum modo laud. invenio etiam ad Il. Α. v. 590. Προςέχε τῇ Κῷ τῆς Με-

ροπίδος. Posset ergo refingi *Κῶν τὴν Μεροπίδος νῆσον.* Sed non placet. * Munck. Vulgatam lectionem, quam sollicitari non debere etiam censet Galeus, in altera editione probavit quoque Berkelius. Verh.

Pag. 24, 1. *ὅτι μόνην θεῶν ἐτίμων*] In hisce verbis lacunam debere notari, luce meridiana clarius est: nam Dearum nomina sororibus et fratri invisa inferius allegantur: sed reticetur huius numinis appellatio, quod solum venerabantur, et cuius virtute terra plurimos edebat fructus. Fortassis legendum est: *ὅτι τὴν Δήμητρα μόνην θεῶν ἐτίμων.* Berkel. Ego heic nihil deesse puto. Solam deorum, quorum in numero et terram ponebant stulti pagani, terram venerabantur. Consule Dempst. ad Ros. Antiq. lib. II. cap. 12. Sed adde eius observationibus certamen terrae Athenis institutum, ut memorat Pind. Schol. ad Pyth. Od. IX. [v. 177. pag. 635. ed. Heyn.] Deinde quid esset *Δήμητρα ἐργάζεσθαι?* Sequitur enim, *ἐπιμελῶς αὐτὴν ἠργάζοντο.* Sed Technici scribi iubent *εἰργάζοντο*, ut reposui. Infra cap. 28. *διάπυρον ἐργάζεται μύδρον.* Ceres ipsa terram colit apud Tibull. Paneg. Messal. [lib. IV. el. 1. v. 163.]

Non illic colit arva Deus, Bacchusve, Ceresve.

Quamvis licet verum sit, quod Euripidis Scholiastes scribit pag. 327. Editionis Stephan. *ἡ δὲ Δημήτηρ καὶ γῆ καλεῖται,* tamen *Δήμητρα ἐργάζεσθαι*, quod sciam, dixit nemo. *Γῆ ἐργαζομένη*, non *Δημήτηρ*, *terra culta* est Theophrasto [vid. Indicem.] * Ut enim *operari terram* Latini, ita *γῆν ἐργάζεσθαι, οἱ ὁ* apud Mosen. Schol. Hesiod. pag. 309. Ed. Heins. Macar. Homil. 28. nec dissimiliter, *ἐργάζεσθαι θάλασσαν.* Artemid. lib. II. cap. 42. Sed an etiam *Δήμητρα ἐργάζεσθαι*, Graeci dixere? Hoc mihi negatum affirmare non dubitat Vir Cl. (Berkelius.) Sed attende, quomodo hoc probet. Strabo, inquit, lib. VII. in Excerptis, *ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ μάντεις καὶ μουσικὴν εἰργάζοντο.* * Munck. Neque hanc lectionem sollicitandam esse ait Galeus: est enim Attica locutio, Latinis quoque usurpata, Terentio et Catullo [c. LXIII. v. 70. c. LXIV. v. 38.]. Verh. Add. Xenoph. Cyrop. lib. V. cap. 4. §. 12. Wolf. ad Hesiodi Theog. v. 440. pag. 105.

Pag. 24, 2. *εἰργάζοντο*] Xylandri ed. *ἠργάζοντο.*

Pag. 24, 4. *ἱερὰ ποιῶν*] Bene Xylander: *ad rem Minervae sacram faciendam.* Vid. ad cap. 6. pag. 11, 24.

Pag. 24, 5. *ἀπέλεγεν ... τὴν κλῆσιν*] Cap. 33. *πόλεμον ἀπολέγεται.* Cap. 41. *ἀπολέγεται χρυσόν.* Munck.

Spectat huc Hesychii glossa: Ἀπολέγοντες, ἀπαγορεύοντες. Est igitur: *recusabat invitationem.*

Pag. 24, 7. ὅτι ταῖς αὐταῖς χώραις κόραις ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας] Haec mihi male sana videntur. Emendo hunc in modum: ὅτι ταῖς αὐτῆς χώρας κόραις ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας. Berkel. Pro ταῖς αὐταῖς lege ταῖς αὐτοῦ. Gale. Locus palam corruptus est. Medicinam illi quaerat, qui potest. In me esse si quid opis putas, sanatum eum arbitrer, si deleto χώραις, et transpositis nonnullis, ita legas: οὐ γὰρ ἀγαπᾶν ἔφη γλαυκὴν θεὸν τὰς κόρας, ὅτι αὐταῖς ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας. Sed iudicet attentus lector. Munck. Locus auribus ingratus variis tentatur modis. Munckero adsentitur Ruhnkenius, cui vox χώραις manifeste varians videtur alterius κόραις. Berkel. legit: οὐ γὰρ ἀγαπᾶν ἔφη γλαυκὴν θεὸν, ὅτι ταῖς αὐτῆς χώρας κόραις cet. Galeus mavult: ὅτι αὐτοῦ χώρας κόραις cet. Xylander et Munckerus, Antonini mentem parum adsecuti ita cepere, ac si Agron eo recusasset invitationem, quod sorores, quia nigris praeditae oculis, caesiae Deae essent ingratae. Contra, quemadmodum ἐχθαίρειν παράπαν, ἔφη γλαῦκα τὴν ὄρνιν, μισεῖν νυκτίφοιτον θεὸν, οὐ τιμᾶν κλέπτην θεὸν, ita οὐκ ἀγαπᾶν γλαυκὴν θεόν. Ubique odii huius rationem reddit: Ἀθηνᾶς ὄρνιν, quia γλαῦκα: Ἄρτεμιν, quod νυκτίφοιτον: Ἑρμῆν, quia κλέπτην. Sic γλαυκὴν θεὸν, ὅτι cet. Minervam propter caesios oculos contemnebat; hos enim, si non vitiosos, vitiosis tamen proximos censeri solere docet Heinsii nota, quam perelegantem omnino legi vult Hemsterh. ad Lucian. Dial. D. pag. 69. ad Ovid. A. A. II. v. 659. unde forsan ingeniosa Is. Toussainctii coniectura: ὅτι αὐτῆς (Ἀθηνᾶς) κόραις οὐκ ἐνῆν μέλαν. Durior tamen medica haec manus, quamquam αὐτῆς χώρας vel αὐτοῦ χώρας retinentium sententiae accedere non possum, nam aliarum suae regionis puellarum tantum aberat, ut rationem haberet Agron, ut ipse eiusque sorores omnem hominum consuetudinem fastidirent: οὔτοι ἀνθρώπων οὐδενὶ συνῆλθον, οὔτε εἰς ἄστυ κατιόντες, οὔτε cet. Ut mihi videatur sorores suas, nigris praeditas oculis, caesiae Deae proposuisse, adeoque legendum: οὐ γὰρ ἀγαπᾶν ἔφη γλαυκὴν θεὸν, ὅτι ταῖς αὐταῖς (nam praecedit: ἐκάλεσεν τὰς κόρας) κόραις ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας. Verh. In eandem coniecturam, quam a Berkelio factam supra commemoravimus, incidit Trillerus Observatt. critt. cap. 9. pag. 18, Jacobsius Animadvv. in Eurip. Tragoed. pag. 50. sic disputat: „Legendum videtur: ὅτι ταῖς κόραις ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας. quod cum in ταῖς χώραις mutatum esset,

alius fortasse margini adscripsit γρ. ταῖς κόραις idque p
cum ipsa corrupta lectione locum in textu obtinuit.
aliter hunc locum corrigendum putavit, Munckerus, v
χώραις tamen inducendam esse vidit." Fallitur vir exi
nam vocabuli χώραις in Codice Parisino ne tenuissimum qu
cernitur vestigium atque in Xylandri editionem quomod
repserit, quaerere nihil attinet. Unde cum Verheykio e
stio genuinam lectionem, qualem Codex exhibet, restit
mihi videor.

Pag. 24, 9. καλῷεν] Mendosum esse τὸ κα
certo certius apparet. Iuxta mentem Fabulatoris leger
est: εἰ δὲ καλῶνται παρὰ τὴν Ἄρτεμιν. BERKEL. καλῷε
vocarent. vel καλῷη, si quis vocaret. GALE. Lego κα
h. e. καλείησαν. Est ἀόριστος δεύτερος optat. pass. u
quuntur Technici. Nec peccaveris, opinor, si scrip
καλοῖεν. MUNCK. Καλῶνται vel simile quid coniicit B
lius. Καλῷεν, si vocarent, vel καλῷη, si quis voc
Galeus. Rectius igitur, quod Cl. Ruhnkenius monuit,
καλοῖ ἄν. nam τὶς e praecedenti subintelligendum. V
Cod. Paris. καλῶιεν (sic), unde verissime Bastius καὶ
nam signum literae ω superscriptum indicat, totam lit
esse delendam. Ipsam autem dicendi rationem per negl
tiam quandam sermonis explicat Bastius, qua Graeci, u
sius verbis utar, dicebant: s' ils les invitoient, pro
les invitoit, coll. cap. 34. τὸ δὲ βρέφος ὠνόμασαν Ἀθ
Bene Xylander: sive ad Dianae sacrificium voca
tur. In Graecis cogitatione addi volunt οἱ ἄνθρ
Vid. Bos. Ellips. Gr. pag. 35. et Schwebelii Praef. p
Quamquam et alterum καλῷεν iis defendi posse scio,
attulit Piersonus ad Moer. Attic. pag. 297. b. ed. nostr

Pag. 24, 11. κλέπτην ... θεόν] *Furatrinum*
appellat Fulgent. Myth. lib. I. Confer Hyg. cap. 201.
cian. Dialog. Apollin. et Vulcan. Horat. lib. I. Od. X
7. 8.]. MUNCK. Adde Ciof. ad Ovid. Metam. lib. V
314. VERH.

Pag. 24, 14. τοῖς οἴκοις] De more dederit
οἰκίοις vel οἰκείοις. VERH.

Pag. 24, 22. ἐξύβρισε πρὸς τὸ ὄνομα
Ἀθηνᾶς] Jacobsius Exercitatt. in Scriptt. vett. T. II.
102 sq. „Nihil erat in Minervae *nomine*, quod irrision
teret; *caesios* autem deae *oculos* Eumeli liberi ridere
bant, ut Antoninus monet paullo ante: οὐ γὰρ ἀγαπᾶν
κὴν θεόν, ὅτι ταῖς αὐταῖς κοραῖς ὀφθαλμὸς ἐνῆν

nec ob aliam causam Meropis in *γλαῦκα* mutata esse videtur, quam quod Minervae *γλαυκότητα* reprehendisset. Haec efficiunt, ut Antoninum scripsisse putem: *ἐξύβρισε πρὸς τὰ ὄμματα τῆς Ἀθηνᾶς.* Hoc nisi admiseris, *ὄνομα* non pro nomine, sed pro *cognomine* Minervae, a poëtis ipsi constanter tributo, accipiendum erit." Speciosior quam verior haec Jacobsii emendatio: nam deae alicuius nomen qui contumelia afficit, nonne is deam ipsam eiusque formam calumniari putandus est? Ceterum notatu dignum est verbum *ἐξυβρίζειν* cum praepositione *πρὸς* constructum, quam adamare videtur scriptor noster, saepius singulari modo. Sic cap. 13. pag. 21, 15. *θαυμάζειν πρὸς τὸν ὄγκον.* cap. 11. pag. 18, 15. et cap. 29. pag. 39, 23. *οἰκτείρειν πρός τι.* cap. 25. pag. 35, 14. *ὑπακούειν πρὸς τὸ μαντεῖον.*

Pag. 24, 25. *Λευκοθέας ὄρνις*] Schol. Pind. ad Olymp. Od. II. [v. 51. pag. 222. ed. Heyn.] *φασὶ δὲ καὶ τὴν Ἰνὼ Κάδμου θυγατέρα μετὰ θυγατέρων τοῦ Νηρέως ἐν τῇ θαλάσσῃ διὰ παντὸς χρόνου διάγειν καὶ τετάχθαι. αὕτη δὲ Λευκοθέα, Νηρηῒς γενομένη. οὕτω γὰρ, ἤγουν Λευκοθέα λέγεται.* De eadem et Melicerta Ovid. lib. IV. Met. v. 542.

Leucotheeque deum cum matre Palaemona dixit.

Ita recte nobilissimi Heinsii editio exhibet. Perperam ante erat *Leucothoe.* Alia est *Leucothoe* a Sole adamata v. 208. Cur tamen non *Leucothea* potius, ut est apud Ciceronem lib. III. Nat. Deor. [cap. 15. §. 39.] quam *Leucothee*? *Λευκοθέαν* etiam, non *Λευκοθέην* divam istam Aelian. Var. Hist. lib. I. cap. 20. et Aristot. Oecon. cap. 2. [§. 20. pag. 16. ed. Schneid.] appellant. Sed Ovidius secutus est poëtas Ionicissantes. Hom. Od. *E.* v. 333. *Ἰνὼ Λευκοθέη.* *Matrem Matutam* appellari a Romanis tradit Hyginus cap. 125. et 225. Sed male utrobique scriptum *Leucothoe.* et cap. 243. *Melicerto* pro *Melicerta* vel *Melicerte.* Sunt enim Graeca illa in *ης* primae simplicium saepe cum primae, tum tertiae inflexionis apud Latinos. Sic *Iobates* ad formam tertiae flectitur eodem capite apud Hyginum: *Sthenoboea Iobatis filia.* Quod non animadversum, nisi iniuriam ipsi operae fecerunt, in errorem induxit pinacographum in Hygini Indice notantem: *Iobas pater Sthenoboeae.* Possit tamen videri in Hygino *Iobati* esse restituendum. Nam *Iobaten* illum etiam *Ἰόβατον* comperio appellatum. Pind. Schol. ad Olymp. Od. XIII. [v. 82. pag. 457. ed. Heyn.] *ὄνομα δὲ Λυκίων βασιλεῖ Ἰόβατος.* Munck. De Leucothea cfr. Creuzer. Symb. et Myth. T. IV. pag. 27. ed. sec.

Pag. 24, 27. *χαραδριόν*] Interpres: *Charadriam.*

Quare non potius *Charadrium*? Qualis, et unde haec avis, docet nos Aristot. ἐν τοῖς περὶ ζώων cap. 11. Τὰς δὲ οἰκήσεις οἱ μὲν περὶ τὰς χαράδρας χηραμοὺς ποιοῦνται καὶ πέτρας, οἷον ὁ καλούμενο δριός. Ἔστι δὲ ὁ χαραδριὸς καὶ τὴν χρόαν καὶ τὴ φαῦλος. Gaza *hiaticulam* dici posse autumat. At lib. VIII. *Rupicem* vertit. Fit eius mentio quoq apud Hesych. tum Deuter. cap. XIV. v. 12. Conf nem Allatium ad Eustath. Hexaëm. pag. 187. Munc Timaeus Lex. Platon. pag. 288. ed. meae ibique Ru

Pag. 24, 29. νυκτικόρακα] Gaza Hist. An VIII. cap. 3. *Cicumam* vertit. Vide quae ad voce γλος in Hesych. notata sunt a doctis. Eustath. He δὲ νυκτικόραξ φίλον ἐστὶ τῆς νυκτός, ἢ τῆς ἡμέρα κτὸς κόραξ est Apollin. Ps. CI. κόραξ νυκτερινὸς *Bubonem* ab Apuleio et aliis quibusdam verti obs Apul. Miles. III. Beroaldus. Gloss. *Bubo*, νυκτοκό quibusdam ὦτον hoc vocabulo appellari Aristot. li cap. 12. Munck.

Ibid. κακάγγελος] Talis στὺξ cap. 21. καὶ στάσεως ἀνθρώποις ἄγγελος. Et *bubo* apud Ov [lib. V.] v. 550.

Ignavus bubo dirum mortalibus omen.

Hinc *funereus* audit lib. X. v. 453. Vide prover Suidam, Βύας ὤφθη. Munck.

Pag. 25, 1. Πυγμαίοις] Pauci ignorant, q sias in Excerptis, Aristoteles Hist. Animal. lib. VIII. Strabo, Mela, Plinius, Gellius et alii quam plurimi gmaeis, gente cubitali scripsere, cuique bellum atroc inferunt grues, cuius noster circa finem huius fabu minit. Temerarium foret, omnia, quae de iis t meris figmentis et mendaciis annumerare, cum etiam stra Europa et nostro aevo ad septentrionem reperi Magnus tales homines referat, quos Germanico *Schrelingers* appellat, id est, *unius passus statu bentes.* Sed maiori animadversione dignum est, ipso S. Scripturae textu inveniamus, Pygmaeos Ty propugnasse, Ezech. cap. XXVII. v. 11. iuxta vulgat sionem, Aquilam, Judaeos Hispanos, quorum vers *Enanos*, hoc est, *Nanos*, sive pumiliones. Itaque r Pygmaeos Tyro excludendos esse: nam גמדים g Ezechielis et πυγμαῖοι veri sic dicuntur nullo res staturam, sed ad vim lacertorum, ut Galli vocant *d mes de main*, qui manus promptas habent ad prop

iniurias: Belgice possent dici, *Luyden van een goede handeling om met de vuysten te vegten*: Latine autem, *homines lacertosos.* Dicitur enim *lacertus*, brachium a cubito ad manus vertebram: Sic Cicero centuriones pugnaces lacertosos nuncupavit, Phil. VIII. [cap. 9. §. 26.]. *Quos centuriones pugnaces et lacertosos inter mimorum et mimarum greges collocavit.* BERKEL. De illo Pygmaeorum populo cons. Leonem Allatium ad Eust. Hexaëm. pag. 128. MUNCK. Multus hac in re est Berkelius, quem vide et Micyll. ad Ovid. inprimis Burm. ad lib. VI. Metam. v. 90. Qui eamdem ex eodem Boeo narrat fabulam Athenaeus, mox in scenam prodibit. VERH. Vid. quae collegit Baehrius ad Ctesiae Reliqq. pag. 294 sqq.

Pap. 25, 6. μετρίῳ καὶ ἐπιεικεῖ] Xyl. *Mediocri et probo viro.* Mallem: *Moderato et probo.* Nam *mediocres* plerumque dicuntur Latinis homines parvae fortunae. Just. lib. II. cap. 4. *Cambysi mediocri viro in matrimonium dedit.* Vell. lib. II. cap. 22. *Neque licentia in mediocres saevitum.* Hinc *mediocritas* pro vilitate et humilitate. Vell. lib. II. cap. 104. *Pro captu mediocritatis meae adiutor fui.* Et cap. 111. *Habuit in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi ministri locum.* Eodem sensu *parvitas* Valerio venit in Prolog. *Mea parvitas eo iustius ad favorem tuum decurret.* Minus hoc frequentatum, nec usquam a me, nisi in Praef. Bertrami Tract. de Corp. Christi inventum: *Nostrae parvitatis viribus constat esse difficillimum.* Imo, quod paene me fugerat, apud Hieronym. quoque lib. I. ep. 18. Select. Edit. Canis. *Quibus satisfacis te contra parvitatem meam librum Romam non misisse.* Et Epist. 23. *Sancti patres, qui cum nostra sunt parvitate, plurimum te salutant.* Contra *magnitudinem* ponit pro *amplitudine* et *dignatione.* Epist. 25. *Quanquam igitur tui me terreat magnitudo, invitat tamen humanitas.* Tertium vis? Ecce et Fulgentius illud vocis eo significatu usurpat lib. I. ad Monimum: *Modulum propriae parvitatis agnoscens, sub uno illo domino atque magistro in eius schola positus.* Nihil certius est, quam istam *parvitatem* parvi esse pretii, et deterioris aevi certissimam notam, ut non immerito ea offenderit doctorum hominum aures, non certe Valerius, sed eius Epitomator. Verum ista vox cum non sola Valerii Latinitatem suspectam reddat, quid caussae est, cur adeo prae ceteris ab omnibus vapulet? Non debebat sane impune abire illud *extunc* lib. I. cap. 5. Ex. ext. 2. *Extunc Aeanti ut Deo immolaverunt. Exinde*

Plautus, Virgilius *ex illo tempore* dixisset. Alcimum Avitum et Fortunatum, quorum hic Zenone, ille Justino Juniore imperante floruit, ita locutos ostendi ad Hyginum. Non me fugit interim etiam a Graecis tenuis fortunae homines *μετρίους* dici nonnunquam. MUNCK.

Pag. 25, 9. *Ἥρα δὲ μεμφθεῖσα τὴν Οἰνόην ... γέρανον αὐτὴν ἐποίησεν*]

Hanc Juno victam certamine iussit
Esse gruem.

Ovid. Met. lib. VI. v. 90. Saepius idem illud poëma secutus, ex quo fabulas nobis aliquot enarravit Antoninus: ubi ex eodem Boeo fabulam attigit Athenaeus lib. IX. pag. 393. F. vulgatur: *Ἀγανακτήσασα οὖν ἡ Ἥρα εἰς ἀπρεπῆ ὄψιν τὴν ὄρνιν μετεμόρφωσε.* Forte corrigi debet: *τὴν Γεράνην μετεμόρφωσε*, et paulo ante scribi: *ἣν τις παρὰ τοῖς Πυγμαίοις γυνὴ διάσημος Γεράνη, ... ἢ τοὺς ὄντως θεοὺς ταπεινῶς ἦγεν.* Eustath. in Iliad. Ψ. pag. 1444. 14. *Λέγεται γυναῖκα εἶναι διάσημον ἐν αὐτοῖς Γεράναν τοὔνομα, ἣ, κατὰ θεὸν τιμωμένη, ταπεινοὺς* (lege *ταπεινῶς*) *φασὶν ἦγε τοὺς θεοὺς, καὶ μάλιστα Ἥραν· διὸ ἀγανακτήσασα ἐκείνη μετεμόρφωσε τὴν ἀλαζόνα εἰς ἀπρεπῆ ὄψιν, ἀπορνιθώσασα.* Nomen *Γεράναν* praebet etiam Aelianus de Nat. Anim. lib. XV. cap. ult. indicato etiam in not. ad Ovidium d. l. Haec magno Valckenario debes. Sed quia eidem homini diversa saepe nomina tribuunt Mythographi, et alii alios secuti discrepant nonnumquam, quod hic Aeliani exemplo liquet, ab aliis Geranan, Oenoën ab aliis vocatam fuisse credens Fonteinius eumdem Athenaei locum ex Antonino emendat, quia uterque hanc historiam ex eodem Boeo hauserunt, hoc modo: *Ἀγανακτήσασα οὖν ἡ Ἥρα εἰς ἀπρεπῆ ὄψιν τὴν Οἰνόην μετεμόρφωσε.* De virorum in re critica tam acutorum coniecturis meum non interpono iudicium. Geranan in Athenaeo reperisse sibi visus fuit Farnabius, qui idcirco ad Ovid. d. l. Cl. Burmanno reprehenditur, recte, illud nomen ita ab Aeliano proditum, indicante. Diceres tamen idem voluisse Lactantium Argum. ad Ovid. *Pygantem*, quod forsan ex *Geranen* corruptum est, certe non longius recedit a litterarum ductu, quam Munckeri emendatio *Pygmaeam* vel *Pygmaeam matrem*, etsi haec non firmiore tibicine niti videtur, quam quod poëta d. l. cecinerit:

Altera Pygmaeae fatum miserabile matris
Pars habet.

Ad haec J. Parrhasius Ep. XL. Matrona, inquit, Pygmaeorum genere, nomine Gerana, adeo praestanti forma etc. qui-

bus historiam ex eodem Athenaeo et Aeliano prolixius describit, ex priore addens: *ex hac et Nicodamantena testudo terrestris est*, quod typothetae culpa positum, pro *Nicodamante nata* cet. VERH.

Pag. 25, 11. εἵλκυσε] Male hactenus ediderant ἕλκυσε. MUNCK. Illud confirmat Cod. Paris.

Pag. 25, 18. πόλεμος ἐνέστηκε] i. e. *bellum coortum est et adhuc durat.* Phlegon de Olymp. Fragm. pag. 140. ed. Franz. στάσις ἐνέστη κατὰ τὴν Πελοπόννησον. Similiter idem de Mirab. cap. 2. extr. pag. 36. καὶ συνέβη .. συστῆναι πόλεμον. Pausan. lib. VII. cap. 27. συνεστῶτος πολέμου. Quocum conferas dictionem πόλεμος ἕστηκε, de qua consulendus Wyttenb. ad Julian. pag. 199. et Schaefer. ad eundem Praef. pag. XVI.

Pag. 25, 20. ἐν Φαίστῳ τῆς Κρήτης] Interpres omisit in versione sua τῆς Κρήτης. Est elegans hellenismus, de quo nos olim ad Hyg. Myth. cap. 81. MUNCK.

Pag. 25, 21. βίου δὲ ἐνδεεῖ] h. e. *pauperi, inopi.* Aelian. V. H. lib. I. cap. 31. οἱ τούτων ἐνδεέστεροι τὸν βίον. Aristaenet. lib. II. ep. 12. τὴν τύχην ἐνδεής. Vid. Valckenar. ad Theocriti Adon. pag. 246 sq. Haec Bastius. ἐνδεὴς τινος dicitur, cui aliquid deest. Xenophon. Cyrop. lib. VII. cap. 5. §. 81. ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ τοσούτῳ πλεονεκτήσει τῶν ἐνδεεστέρων βίου, ubi οἱ ἐνδεέστεροι βίου sunt: *quibus minus suppetunt ea, quae ad victum necessaria sunt.* Liban. T. I. pag. 56. εὔποροι (sic leg. e Codd.) δὲ τῆς τεχνῆς ἐνδεεῖς ἰατροί.

Pag. 25, 24. προηγόρευσε] Sic dedi e Cod. Paris. loco vulgati προηγόρευε.

Pag. 25, 25. κόρην, ἀφανίσαι] Lyctus apud Ov. Met. lib. IX. v. 676.

Quae voveam duo sunt: minimo ut relevere labore,
Utque marem parias: onerosior altera sors est:
Et vires fortuna negat: quod abominor, ergo
Edita forte tuo fuerit, si foemina partu,
(Invitus mando: pietas, ignosce) necetur.

Sostrata Terentiana Heaut. IV. v. 1.

Meministin' me esse gravidam, et mihi te maximopere dicere,
Si puellam parerem, nolle tolli?

MUNCK.

Pag. 26, 2. τῶν ὀνείρων] Fonteinius dubitat, num rectius hic legatur ὀνειροκριτῶν. VERH. Jacobs. Animadvv. in Anthol. Gr. Vol. I. P. 1. pag. 324. mutato ordine scribi

mavult τῶν μάντεων ὀνειροκριτῶν, quales compositiones Antoninum amare dicit. Sed nihil mutandum.

Ibid. οἳ προηγόρευον] Ita rescripsi pro οἱ, quod utraque praefert editio. MUNCK.

Pag. 26, 4. ἄῤῥεν λέγουσα τεκεῖν] i. e. παῖδα ἄῤῥενα, quod illustrat Bastius ex Plutarcho de Fluviis cap. 18. sect. 10. ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς ἄῤῥεν (vulgo ἄῤῥενα). Plat. Sympos. pag. 190. B. HSt. ὅτι τὸ μὲν ἄῤῥεν ἦν τοῦ ἡλίου τὴν ἀρχὴν ἔκγονον. Ibid. pag. 191. C.

Pag. 26, 5. ἐξέτρεφον ὡς παῖδα, κοῦρον ὀνομάσασα etc.] Lego et distinguo: Ἐξέτρεφεν ὡς παῖδα κόρον, ὀνομάσασα Λεύκιππον. Quo enim Ionicum κοῦρον, cum modo κόρος dixerit? παῖς κόρος est filius, sive foetus masculus. Cap. 29. ὅτι Διὸς βουλῇ ἐγένετο Ἀλκμήνῃ παῖς κόρος. Sic apud Palaeph. cap. 23. οἱ ἄῤῥενες παῖδες. Et contra apud Demosth. παῖς κόρη. MUNCK. Vid. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. pag. 400.

Pag. 26, 11. Καινὶς μὲν Ἄτρακος] Elati est Hyg. Myth. cap. 14. 242. et 173. Ad quod postremum caput cur annotet Vir Cl. nullum esse Caeneum Elati filium, equidem non exputo. Elati filiam fuisse Caenida, unde novus ille ortus est Caeneus, canit etiam Naso lib. XII. v. 189.

Clara decore fuit proles Elateïa Caenis.

Calculum dat Hom. Schol. ad Iliad. *Α.* v. 264. Quibus accedit, etsi haud magnum afferens momentum, Lutatius in argumentis Met. lib. XII. fab. 4. et 5. Tamen Ovidio dicitur Atracides libri modo laudati v. 209. Sic dictum volunt commentatores ab urbe Thessaliae Atrace. Aliud suadet noster Antoninus. Nescio quid dicam, nisi duplex de patre eius fama fuit. MUNCK. Ovid. lib. XII. Metam. v. 189. vocatur *proles Elateia Caenis*, et v. 497. *Caeneus Elateius*, et Argum. Lactant. *Caenis Elati filia.* Confirmat Schol. Hom. ad priorem Ovidii locum citatus a Micyllo: ὁ δὲ Καινεὺς Ἐλάτου μὲν παῖς, Λαπιθῶν δὲ βασιλεὺς etc. Accedunt, quos Heinsius laudat, Lucianus, Hyginus, et Phlegon Trallianus, unde Vir Illust. Antonino vocem excidisse opinatus hic legendum coniicit: Καινὶς μὲν Ἐλάτου Ἄτρακος οὖσα θυγάτηρ; nam et simpliciter Atracides ipsi Ovidio vocatur v. 209. Nonnumquam ita suppleri veterum debere loca ipse ostendi infra ad cap. 38. ubi pro πρὸς Εὐρυτίωνα Ἄκτορος Apollodoro restituendum monui: πρὸς Εὐρυτίωνα Ἴρου τοῦ Ἄκτορος, at tum articulus, ut feci, addendus, certe ex more Antonini: cap. 2. Οἰνεὺς ὁ Πορθέως τοῦ Ἄρεως. Cap. 17. Γαλάτεια ἡ Εὐρυτίου τοῦ Σπάρτωνος.

Cap. 22. *Τέραμβος Εὐσείρου τοῦ Ποσειδῶνος* cet. Sed eiusmodi minutiis non immorarer, si vel patris vel avi nomen constaret. Verum si quae Viri D. ad Ovid. d. l. et Cl. Burm. in Catal. Argon. de Caeneis et Elatis disseruerunt, conferas, nihil certi erues; nam ipsi veteres sibi non constant, quod uno Hygini cap. 14. satis liquet: *Caeneus Elati filius Magnesius*, et paulo post: *Focus et Priasus Caenei filii ex Magnesia*, non ergo is Lapitha, et tamen addit: *hunc nonnulli foeminam fuisse dicunt.* Mox *Caeneus alter Coroni filius*, ubi citati Hom. in Catal. v. 253. *Κόρωνος Καινείδης*, et Schol. Apoll. Rh. [lib. I. v. 57.] *Κόρωνος Καινίδης. ὁ δὲ Κόρωνος υἱός ἐστι Καινέως. μυθολογοῦσι δὲ τὸν Καινέα πρότερον γεγονέναι γυναῖκα* cet. Apoll. lib. I. cap. 9. §. 16. *Καινέως Κόρωνος* in Coll. D'Orvill. ordine inverso legitur *Καινεὺς Κορώνου.* Simile quid invenias apud Schol. Pind. Olymp. Od. X. v. 30. *Κτέατος καὶ Εὔρυτος ἀδελφοὶ, τῷ μὲν λόγῳ Ἄκτορος καὶ Μολιόνης, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, Ποσειδῶνος καὶ Μολ.* Legendum: *τῷ μὲν λόγῳ Ποσειδῶνος καὶ Μ. τῇ δὲ ἀλ. Ἄκτορος* cet. Apollod. lib. II. cap. 7. §. 2. *Παῖδες δὲ ἦσαν Μολιόνης καὶ Ἄκτορος. ἐλέγοντο δὲ Ποσειδῶνος.* Certe Commentatores ad Ovid. minus placent Munckero ad Hyginum, ubi duos Caeneos, Elati alterum, alterum Atracis filium fuisse videri, et quam Elatidae alii, Atracidae tribuit Antoninus, sententiam utramque miscere potuisse Ovidium observat, quamquam rectius, si quid video, addit: *quod verius putem, dicendum controversum esse Caenei patris vocabulum.* Nam etsi satis constaret, patrem fuisse Elatum, difficultas tamen non tollitur, quae est in *Ἄτρακος*, quod ex Heinsii lectione avi cognomen esse debebat, quod nusquam reperio: nam Ovidianum *Atracides* ad alium quemdam e maioribus respicere potest, ut solent nonnumquam Patronymica. Unde, ubi omnia hac de re confundunt scriptores, et Antoninus non magis quam hi, errorum immunis est, forsan legendum pro *Ἄτρακος*, *Ἄρκαδος*: *Καινὶς μὲν Ἐλάτου τοῦ Ἄρκαδος.* Nam Arcadis filium *Elatum* memorat Pausan. lib. VIII. cap. 4. quamquam inter huius liberos non agnoscit Caenea. Coniecturam prodere in re dubia licet, obtrudere non licet. Pausanias *Ἐλάτου τοῦ Ἄρκαδος* liberos recenset *Αἴπυτον, Περέα, Κυλλῆνα, Ἴσχυν, Στύμφηλον*, ubi *Καινεὺς* facile excidisse potest, aut pro *Περέα* legi *Καινέα*: certe Ischys Elati filius non solum a Pausania, sed passim ab aliis, uti ad cap. 20. videbimus, habetur; sed huius *Ἴσχυος ἀδελφὸς ὁ Καινεὺς* vocatur in MStis Apollodori apud Galeum lib. III. cap. 10. quam le-

ctionem cur Doctus hic Anglus otiosum glossema dicat, non video. Ubi enim maius praesidium, quam in Codd. manu exaratis? VERH.

Pag. 26, 13. ἐγένετο Καινεὺς ὁ Λαπίθης] Caenis virgo fuit, quae praeter alia pro stupri pretio etiam sexus mutationem meruit. Virg. lib. VI. Aeneid. [v. 447.]. — *His Laodamia It comes, et iuvenis quondam, nunc foemina Caeneus. Rursus et in veterem fato revoluta figuram.* BERKEL.

Pag. 26, 14. μιγνυμένους ὄφεις] Eodem modo scripsit Eustathius ex Lycophronis Scholiasta. Apollod. lib. III. [cap. 6. §. 17.] ὄφεις συνουσιάζοντας: Phlegon Trallianus [cap. 4.] ὄφεις ὀχεύοντας: Fulgentius lib II. *Serpentes concumbentes*: Hyginus Fab. 75. *Dracones venerantes.* Ex omnibus hisce formulis facillime coniicitur, Hyginum *venerantes* pro *coëuntes* posuisse, a Venere deducto vocabulo, quemadmodum ante Barthium Jac. Micyllus observavit. Passim grammaticorum filii τὸ *veneror* derivant *a venia orando*: verum haec etymologia, si *venerari* pro concumbere et rem veneream exercere sumatur, non erit huius loci. Procul dubio hanc fabulam Hyginus ex scriptore Graeco transscripsit, apud quem δράκοντας ἀφροδισιαζομένους invenit, et *dracones venerantes* transtulit; quo sensu hanc vocem optime a Venere, uti ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης ἀφροδισιάζομαι, formare licet. BERKEL. * Hygin. cap. 75. *Dracones venerantes*, pro *coëuntes*, recte Micyllus a *Venere* deducto verbo. Barthius: *Venerantes huius scriptoris phrasi est venerem exercentes, cuius ego verbi exemplum nusquam tamen vidisse memini.* Scioppius sic plebem Romanam locutam censet in Famiani Infamia: *Venerari vulgo Romae dicebantur, qui sacra Veneri faciebant, seu libidinabantur*, sed unico Hygini exemplo nixus, quem Augustaei aevi scriptoribus parum critice accenset. Opportune me monuit illustris Heinsius huc pertinere illa ex Gloss. Vett. Ἀφροδιαστὴς, *venerosus.* * MUNCK. Reliqua nihil ad Antoninum spectantia persequitur ad Hygin. d. l. Adde Reines. et Heins. ad Petron. cap. 61. ibi cit. et Voss. in Etymol. v. VERH.

Pag. 26, 16. διὰ τὸ δράκοντα πολλάκις. Πάνακτα δέ] Post haec verba excidisse quaedam, res est manifestissima. Quid reponendum sit, absque veterum librorum ope non facile dixerim. BERKEL. Locus mendosissimus meliores codices implorat. GALE. Locum hunc ita constituendum videri mihi dixi ad Hygin. cap. 75. διὰ τὸ τοὺς αὐτοὺς δράκοντας πάλιν πατάξαι. καὶ Ὑπερμήστραν

etc. MUNCK. Divinaram: διὰ τὸ δράκοντας βακτηρίᾳ πατάξαι, καὶ etc. Hygin. d. l. *Tiresias ... dracones venerantes dicitur* baculo *percussisse.* Ovid. lib. III. Met. v. 324.

Nam duo magnorum viridi coëuntia sylva
Corpora serpentum baculi *violaverat ictu.*

Sed si hos inter se conferas, vel Munckeri πάλιν vix abesse posse vides, nisi malis: διὰ τὸ δράκοντας πολλάκις πατάξαι etc. Apollod. lib. III. cap. 6. §. 7. Ἡσίοδος δέ φησιν, ὅτι θεασάμενος περὶ Κυλλήνην ὄφεις συνουσιάζοντας, καὶ τούτους τρώσας ἐγένετο ἐξ ἀνδρὸς γυνή· πάλιν δὲ τοὺς αὐτοὺς ὄφεις παρατηρήσας συνουσιάζοντας, ἐγένετο ἀνήρ. De Tiresia eiusque fato vid. prolixa Illust. Spanhemii nota ad Callim. H. in Pall. v. 82. VERH. Lineola in codice et asteriscus apud Xylandrum aliquid vitii hic latere indicant. Duplicem corrupta sanandi rationem proposuit Jacobsius, ac primum quidem Ephem. liter. Hal. l. c. διὰ τὸ δράκοντα ποδὶ λακτίσαι; quod vero cum fabula de Tiresia ab aliis tradita haud congruum est; deinde Comment. in Anthol. Gr. Vol. I. P. 1. pag. 324. καὶ αὖτις ἀνὴρ ἐγένετο, πάλιν τῇ ῥάβδῳ αὐτοὺς πατάξας. Bastius: διὰ τὸν δράκοντα πολλάκις παταχθέντα (*sauciatum*), καὶ Ὑπερμνήστραν κ. τ. λ. Tum vero Antoninum iis contraria narrare statuendum, quae habet Apollodorus.

Pag. 26, 17. Ὑπερμήστραν] Tzetzes in Lycophr. [v. 1393.] et Palaephatus [cap. 24, 1.] Munckero ad Lact. citati Μήστραν scribunt. Ὑπερμνήστρα Apollodoro est, sed haec Danai filia. Eodem modo *Polymestor* et *Clytemestra* alibi occurrunt. Vid. Heins. ad Ovid. lib. XIII. Met. v. 430. VERH.

Pag. 26, 18. αἴρασθαι τίμον] Lego τίμιον, h. e. τιμήν. Paroemia vetus est: μικρὸν τὸ ὀβολοῦ τίμιον. MUNCK. Ita quoque Xylandrum legisse ex eius interpretatione colligit Berkelius, adducitque, nescio quam ob causam, Diodori Sic. locum, ubi ἀποφέρεσθαι τιμὴν occurrit; nam ex eodem alterum illud Munckeri etiam probare potuisset, lib. III. cap. 104. τοῦτο τὸ τίμιον ἀπονέμουσιν. Sed haec nihil ad Antoninum. Est, cuius iudicio multum tribuo, qui hac etiam phrasi offensus legendum iudicet, εὑρῆσαι τιμήν. Nihil tamen mutandum, meo quidem iudicio, videtur. Locutio quidem minus obvia, et poëtis, quam aliis, convenientior; eam tamen in Nicandro poëta reperire, et quod saepius solet, servare potuit. Hom. Iliad. *M.* v. 435.

... Ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται.

Τίμος et τιμὴ idem. Aeschyl. Choëph. v. 916.

Ποῦ δῆθ' ὁ τιμὸς ὅντιν' ἀντεδεξάμην.

Ubi vid. Cl. Abresch. qui et vocem hanc probat, et Stephanum, qui vocem in Lexico omisit, in notis de accentu, rectius cum aliis τίμος scribi monere, ostendit. Plura de variato in vocibus utriusque generis tono prodidit Ammonius v. Σταφύλη, Abreschio laudatus. Hoc autem verbum in memoriam revocat locum Aristotelis περὶ σοφιστ. ἐλεγχ. cap. 3. ubi Homeri affert hemistichium, quod Homero adiudicat, et a Philosopho in exemplum esse confictum testatur Alexand. Aphrod. notante Henninio, in suo Hellenismo, pag. 32. qui quoque illud in Homero inveniri negans ab Aristotele ex alio poëta, quem memoriae culpa Homerum dixisset, laudatum credit, cum diserte tamen Il. Φ. v. 297. sed paullo aliter legitur:

. . . *Δίδομεν δέ τοι εὖχος ἀρέσθαι.*

Quod ex Sylburgio didicisse potuerat, et, quem hic laudat, Hartung. Decur. I. c. 4. Vᴇʀʜ. Cod. Paris. αἴρασθαι τιμον (sic), quod, quum ι illud in Codicibus non subscribi, sed verbis tamquam litera inseri soleat, Bastius mutavit in ἄρασθαι. Rectius fortassis ἄρασθαι. Vid. Bast. ad Greg. Cor. pag. 719. Porson. ad Eurip. Med. pag. 65. Vocem τίμος quod attinet, et scriptum legimus, ut modo dedi, et τιμὸς, et τῖμος. Horum postremum unice verum habet Schaeferus ad Greg. Cor. pag. 426. not. ***). Eustath. in Hom. Odyss. pag. 1019, 15. ἡ δέ τοιαύτη τιμὴ, καὶ τῖμος λέγεται κωμικώτερον, ὡς Λογγῖνος δηλοῖ, ὁμοίως τῷ χολὴ, χόλος, ὠνὴ, ὦνος καὶ τοῖς τοιούτοις. Totam autem phrasin ἄρασθαι τίμον recte tuitus est Abresch. Animadvv. in Aesch. pag. 513. Namque cum in usu fuerit dicere ἄρασθαι κλέος, δόξαν, ὄνομα, κῦδος es similia, quidni etiam illud?

Pag. 26, 25. *θύουσι Φυτίῃ Λητοῖ*] Sacrificant Latonae creatrici seu genitrici, ut vult Berkelius, quia φυτεύω, *genero*, *gigno*. Unde Sol Φύτιος, qui sua vi et calore omnia producat, quod an auctoris menti conveniat, vehementer dubito. „Cur Φυτίῃ Λητοῖ, rogat Valckenarius, quia ἔφυσε μήδεα τῇ κόρῃ? Forte scripsit: Θύουσι Φυσιμήδῃ Λητοῖ." Vᴇʀʜ.

Pag. 27, 1. *Εὔμηλος*] Multi fuerunt Eumeli: vid. Munck. ad Lact. lib. VII. F. 15. etc. Heins. et Burm. ad Ovid. lib. VII. Met. v. 390. Sed uterque scriptor de Eumeli non filio, sed filia in avem conversa loquitur. Vᴇʀʜ.

Pag. 27, 2. *ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτίαις*] Dedit, opinor, de more, τῆς Βοιωτίας. Vᴇʀʜ. ταῖς Βοιωτίας dedit Teucherus.

Pag. 27, 5. ἐδαίσατο τὸν ἐγκέφαλον τοῦ ἀρνός] Comedere cerebrum antiquitus μυσαρὸν habebatur. V. quae ad Apollodorum pag. 180. Gale. Ex Apollodoro tradit Athenaeus lib. II. cap. 24. veteres ne nominasse quidem τὸν ἐγκέφαλον, sed, quod Sophoclis, Euripidis aliorumque exemplis confirmat, per μυελὸν vel simile quid expressisse. Contrarium docuit Casaubonus, aliique. Vid. Galeus ad Apollodorum, qui ipse lib. III. cap. 6. §. 8. diserte τὸν ἐγκέφαλον vocat. Innuisse credo, ab eius esu abstinuisse veteres et abhorruisse; nam plus quam barbarum censet Sextus Emp. lib. III. cap. 24. qui voce etiam utitur, quod Tydeus hostis cerebrum comesset, qua quoque de re Palladis odium expertus fuit, teste Apollodoro l. d. Adde Eustath. ad Hom. pag. 757. 54. ubi vel animalium cerebrum comedere, μυσαρὸν antiquitus habitum fuisse vides. De Pythagorico autem, cuius Athenaeus meminit, praecepto adeundus est Hemsterh. ad Lucian. T. I. pag. 415. Et quando vesci coeperint, e Plutarcho refert Casaub. ad Athen. lib. III. cap. 7. Verh. Galeus ad Apollod. l. c. haec habet: „Veteres non edebant, imo non nominabant ἐγκέφαλον, inquit Apollodorus noster apud Athenaeum, quod verum non est. Eustath. pag. 757. Phlegon [cap. 2. pag. 30. ed. Franz.] narrat spectrum comedisse totum infantem πλὴν τῆς κεφαλῆς. Lycophron [v. 1066.] vocat Tydea κρατοβρῶτα, Dosiades in secunda ala ἀνδροβρῶτα. Sextus Empir. lib. III. cap. 24. tangit hunc locum. Plenius enarrat Schol. Pindari Nem. Od. X. [v. 12. pag. 774. ed. Heyn.]."

Pag. 27, 6. πρὶν ἐπὶ τὸν βωμὸν καταθῦσαι] Qui id faciebant, βώμακες et βωμολόχοι dicebantur. Vide Apostol. Cent. V. 87. Munck. De his consulas Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. pag. 55. ed. Koch. Car. Fr. Hermann. ad Lucian. de conscrib. hist. pag. 122.

Ibid. καταθῦσαι] Proprie in altari quid offerre Diis, ac plus esse, quam θύειν, vide quomodo demonstret Perizon. ad Aelian. V. H. lib. I. cap. 1. pag. 330. Verh.

Pag. 27, 7. προςέκρουσε] Male hactenus editum προέκρουσε. Cap. 8. προςέκρουσε τὴν κεφαλὴν παρὰ τὰ σφυρὰ τῆς Κρίσης. Munck.

Pag. 27, 14. ἠέροπον] Nescio an illam intelligat avem, quam cum Aristotele ἀερόποδα appellat Apostol. Cent. III. 39. Munck.

Pag. 27, 16. ἄντρον μελισσῶν] Hoc inde fictum, quod Melissei filiae Amalthea et Melissa caprino lacte et melle Jovem nutrierunt. Vide notata a nobis ad Hygin.

cap. 139. *Μελισσέων παῖδας* apellat Apollod. lib. I. [cap. 1. §. 3.]. Sed procul dubio corrigendum *Μελισσέως*, ut est apud Zenob. Cent. II. 48. Iam illud ipsum de caprino lacte et melle quod fabulantur, inde videri potest ortum, quod altera nutrix Melissa, altera dicta fuerit Aex, de qua noster cap. 36. et Hygin. Astron. lib. II. cap. 13. Sic *Δορκὰς caprea* mulieris nomen Act. cap. IX. Gloss. Steph. *Cornicupia*, leg. *Cornucopiae*, *κέρας Ἀμαλθέας*, leg. *Ἀμαλθείας*, *τῆς θρεψάσης τὸν Δία αἰγός*. MUNCK. Vid. hic Galeus ad Apollod. lib. I. cap. 1. §. 3. ubi Munckeri emendationem occupavit. VERH. Apibus Graecos sanctum aliquid inesse credidisse multis veterum testimoniis probatur. Accurate haec exposuit Meinekius ad Euphorionis Fragm. pag. 95. Cfr. Creuzer. Symb. et Myth. T. II. pag. 83 sq. T. IV. pag. 371. ep. sec.

Pag. 27, 18. *καὶ ἔστιν ὅσιον*] Lego, *καὶ οὐκ ἔστιν ὅσιον*. Qui hellenismum intelligit, rationem non requiret. Sic inferius, *οὐ γὰρ ἦν ὅσιον*. Cap. 32. *γυναικὶ δὲ οὐχ ὅσιον παρατυχεῖν*. Apoll. lib. II. [cap. 5. §. 11.] pag. 105. *ὅσιον γὰρ οὐκ ἦν αὐτὰ τεθῆναί που*. Adde not. ad cap. 41. MUNCK. Fallitur Munckerus. Cap. 41. pag. 53, 12. *ἦν δὲ θεμιτὸν, οὔτε τὴν ἀλώπεκα καταληφθῆναι, οὔτε τὸν κύνα ἐκφυγεῖν*. Quae apte contulit Bastius.

Ibid. *παρελθεῖν*] Et hic Xylandri mens peregrinabatur, cum *praeterire* verteret, quod Meursio in Creta pag. 75. locum hunc expendenti non animadversum miror. *Transire* etiam male Munckerus cap. 41. not. ultim. Paullo infra *εἰς τοῦτο παρελθεῖν ἐθάῤῥησαν* ipse Xylander: *hoc antrum intrare ausi sunt*. Hoc sensu saepius. Supra cap. 13. *Παρελθὼν εἰς τὰ οἰκία*. Cap. 30. *εἰς τὸ πλησίον ὄρος παρελθοῦσα*. Hesych. *Παρελθόντων, εἰςελθόντων*. Plenius Apollod. lib. II. cap. 4. §. 3. *Τολμήσαντας εἴσω παρελθεῖν σπήλαιον*. Pluribus exemplis non opus est: qui tamen desiderat, reperiet in Cl. Alberti Peric. Crit. pag. 43. et Abresch. Obs. ad N. T. pag. 585. ubi et Antonini locus adducitur. VERH.

Pag. 27, 25. *Κελεός*] Meursius d. l. *Κολοιός*, quod et Berkelius, praetulit. Certe constare sibi debet Antoninus, atque adeo aut hic *Κολοιός*, aut infra *Κελεοὶ*, quod Munckero visum, legendum est. VERH.

Pag. 27, 26. *ὅπως .. ἀρύσωνται*] Vid. ad cap. 1. pag. 6, 3. quae dicta sunt.

Pag. 28, 1. *ἀρύσαντο*] Hancce formam Ionicam pro vulgari *ἠρύσαντο* revocavimus e Cod. Paris. et ed. principe.

Pag. 28, 2. σπάργανα] *Cunabula.* Malim *Fascias, Crepundia.* Longo in Past. pag. 4. Εὑρίσκει παιδίον ... τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργάνοις κρείττοσι. pag. 6. Παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα γνωρίσματα, μίτρα etc. Verh.

Pag. 28, 5. οὐ γὰρ ἦν ὅσιον] Meurs. d. l. *Quasi nefas esset ibi mori quemquam.* Perperam omnino. Verh.

Pag. 28, 8. κολοιοί] Xyl. *Coloei*, id est, graculi. *Cornices* ab aliis, vel *monedulae* redduntur. Apostol. Cent. I. 54. ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἵζάνει. Pantinus: *Monedula semper monedulae assidet.* Malim: *Graculus semper graculo assidet.* Nam *graculos* Varro lib. III. R. R. [cap. 16.] *quasi gregaculos, quod gregatim volitent*, dictos autumat. In veteribus Glossis scribitur: *Gragulus*, κολοιός. Glossar. Steph. pag. 105. *Graulus*, κολεός. scrib. *Graculus*, κολοιός. Certe κολοιὸς *Aesopicus graculus* est Phaedro lib. I. cap. 4. Horatio lib. I. epist. 3. *cornicula.* Nimirum Κολοιοὶ, σκῶπες, μικραὶ κορῶναι, docente Hesychio. Ob loquacitatem in primis notatur haec avis, unde loquaces et σπερμολόγοι κολοιοὶ dicti. Pind. Nem. Od. III. [v. 143.] Κραγέται κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται. Hadrianus Junius in Nomenclatore tamquam συνώνυμα coniungit, *gracculus, monedula*, κολοιός. Atqui diversae species, tametsi eiusdem generis, sunt. Plin. lib. X. cap. 29. *Gracculorum monedularumque agmina.* Me iudice, prima est magnitudine *cornix*, secunda *monedula*, tertia *graculus.* Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Νῦν ποιήσω τι πρὸς τὸν Διόνυσον. Valde dubito, an satis sanus sit hoc loco Liberalis noster. Docere vult, ut saepe alias in hac congerie, quatuor istos audaculos in aves eiusdem nominis transformatos. At quae inter κελεὸς et κολοιοὶ similitudo? Forte κολιὸς et κολιοὶ scripserat auctor. Nam et κολιὸς inter aves est. Arist. Hist. An. lib. VIII. cap. 3. ἔτι κολιοί. ἔστι δὲ κολιὸς τὸ μέγεθος ὅσον τρυγών. Gaza: *Etiam galgulus, cui magnitudo, quanta turturi, fere est.* Κολιὸν autem sive κολεὸν (utroque enim modo scriptum invenitur) Gesnerus in picis Martiis eam putat esse avem, quae picus viridis a nobis appellatur, ut ad Arist. annotat Sylburgius. Lib. IX. cap. 1. κελεὸς legitur: καὶ κελεὸς καὶ λιβυὸς, ἰκτῖνος δὲ καὶ κόραξ. Et heic κελεὸν *galgulum* vertit Gaza. Quam recte, non vacat nunc disputare. Sin ita mavis, scribere heic quoque apud nostrum potes κελεοὶ pro κολοιοί. Munck. Vid. Menagii Amoenitt. Jur. Civ. cap. 38. pag. 249 sqq. ed. Francof.

Pag. 28, 9. αἰγωλιοί] Aristot. lib. IX. cap. 17.

αἰγωλιός ἐστι νυκτινόμος. Gaza: *ulula nocte vagatur.* Munck.

Pag. 28, 10. *παρὰ τοὺς ἄλλους ὄρνιθας*] Interpres: *prae aliis rebus.* Scribe: *prae aliis avibus.* Munck. Praepositioni *παρὰ* casui quarto iunctae in comparatione haud raro inest notio praestantiae. Artemidor. lib. V. cap. 20. *ἔδοξέ τις τὸν δοῦλον αὐτοῦ, ὃν μάλιστα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐτίμα, φανὸν γεγονέναι.* Xenoph. Mem. lib. I. 4, 14. Vid. Fischer. ad Weller. T. IV. pag. 270. ad Platonis Apolog. pag. 109. Brunck. ad Aristoph. T. I. pag. 106.

Σιμμίας ὁ Ῥόδιος Ἀπόλλων] Huic loco aliquid deesse, satis evidens est. Fortassis legendum: *Σιμμίας ὁ Ῥόδιος ἐν Ἀπόλλωνι.* Berkel. Una litera adiecta sanatus est locus. Lege *Ἀπόλλωνι.* Cap. 11. *Βοῖος ὀρνιθογονίᾳ.* Cap. 35. *Ξάνθιος Λυκιακοῖς.* Cap. 39. *Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ.* Vidisse et Xylandrum hanc lectionem testatur eius versio: *Quod et Simmias Rhodius Apolline commemorat.* Usitatissima haec ellipsis Graecis in auctoribus citandis. Imitantur eam inter Latinos cum alii, tum praesertim Non. Marcellus. Vide Linacr. de Emend. Struct. lib. VI. *Germanici Scholiastes Fab. Draconis: ut Pannasis Heracleas refert.* Lege, *Panyasis Heraclea.* Hygin. Astron. lib. II. cap. 6. *De hoc etiam Panyasis in Heraclea dicit.* Schol. Pind. ad Pyth. Od. III. [v. 177. pag. 539. ed. Heyn.] pag. 188. *Πανύασις ἐν τρίτῳ Ἡρακλείας.* Plura de isto Panyasi, si Deus volet, olim ad Hyginum dicemus. Munck. Cod. Paris. distincte *Ἀπόλλωνι.* Cf. Luc. Holstenii Not. Posthum. in Steph. Byzant. pag. 130.

Pag. 28, 12. *Μεσοποταμίας περὶ Βαβυλῶνα*] Bastius Ep. crit. pag. 74. ed. pr. pro *περὶ* mavult *παρά:* quae nota excidit in altera Epistolae editione. Genitivum autem illum eundem Bastium non bene explicuisse, monitum iam ad cap. 4. pag. 8, 15.

Pag. 28, 16. *ὁμοῦ τοῖς θεοῖς*] Schol. Sophocl. ad Aiac. v. 778. *ὁμοῦ ἀντὶ τῆς σύν.* Apollon. Rhod. lib. II. v. 891. [889.]

Τῷ καὶ ὁμοῦ φθιμένοισι κακὴν προτιόσσομαι ἄτην.

Schol. *διὸ καὶ σὺν τοῖς* cet. Sic *simul* apud Latinos. Tacit. lib. IV. Ann. cap. 55. *Hypaepeni Trallianique Laodicenis et Magnetibus simul tramissi.* et lib. VI. cap. 9. *Scauro Mamerco simul.* Vid. Stephan. Lexic. citat. Viro D. in Miscell. Observatt. Tom. III. pag. 65. Adde Viros D. ad Nemesian. Cyneg. v. 158. et Drakenb. ad Sil. Ital. lib. VIII. v. 395. Verh. De Graecis vid. Fischer. ad Weller.

T. III. pag. 394. Bergler. ad Alciphr. pag. 70. Kiessling. ad Jamblich. Vit. Pyth. pag. 67.

Pag. 28, 18. *τοῦ ἐν Ὑπερβορέοις*] Malim *τόν*. MUNCK. Sed utrum ad templum, an ad Apollinem referas, perinde esse, recte Berkelius observat. VERH.

Ibid. *Ὑπερβορέοις*] Frequenter et per diphthongum effertur *Ὑπερβόρειοι*. De his incerta admodum veteres scripsere Graeci, adeo ut fuisse omnino eam gentem dubitarint nonnulli, inter quos Herodotus. Posidonius fuisse circa Alpes credidit; idem sensit et Protarchus. Pausan. lib. I. [cap. 31.] pag. 59. quam proxime eos videtur indigitasse, Zenothemin, Aristean et Damasten auctores secutus. Sunt qui putant, tabulam geographicam Ptolemaei, in qua de Hyperboreis agitur, contra ipsius mentem, resupinatam nunc et inversam exhiberi. Plura de his colligas ex Tzetze in Chil. VII. ex Pausania pag. 299. et 617. ex Stephano in *Ὑπερβόρειοι* et in *Γαλεῶται*, ex Schol. Apoll. ad v. 677. lib. II. ex Harpocratione, Porphyrio, Strabone. De sacrificatis autem Apollini asinis testatur Clemens Alex. in Protreptico, ex Callimacho; et Pindarus. GALE.

Pag. 28, 19. *θυσίας τῶν ὄνων*] Asinos apud Hyperboreos Apollini immolari et Pindarus nos docet Pyth. Od. X. [v. 51 sqq.]

Κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας
Ἐπιτόσσαις θεῷ
Ῥέζοντας.

Schol. *οἱ γὰρ Ὑπερβόρεοι ὄνους θύουσι τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς καὶ Καλλίμαχός φησι·*

Τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.

MUNCK. Versum hunc Callimachi exhibet Bentleius in Fragmentis CLXXXVIII. ubi vid. Criticum illud ingenium, et Hemsterh. ad Fragm. praecedens:

Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται ἱροῖς.

Pindarus enim non solum et Callimachus, sed quod vel ex allatis a Bentleio liquet, alii etiam de asinorum victimis apud Hyperboreos egerunt, uti ante iam ostendit Bochart. Hieroz. lib. I. cap. 19. 230. Sed hic ut his fidem detrahat, variorum scriptorum testimoniis probare enititur, neque asinum in Scythia, cuius partem facit etiam Hyperboreos, neque mulum reperiri, quippe Scythici frigoris inpatientes. Praeter vero quod sub festi huius adventum haec aliunde arcessi potuerunt animalia, eo minus haec hypothesis probatur, quo incertior etiamnum est Hyperboreorum situs, quod inter alios pluribus ad hunc locum ostendit Galeus. Vid.

quoque Illustr. Spanhem. ad Callim. Hym. Del. v. 281. et in Apoll. v. 79. uti et Ern. et Ruhnken. Verh. De Hyperboreis nostra aetate acrius quaesitum. Vid. Joh. Henr. Chr. Schubart comment. de Hyperboreis. Marburg. 1825. 8. Hugius *Untersuch. über den Mythus* pag. 57. Tafel. Exercitt. Pindarr. ad Olymp. III. 56. pag. 144 sqq. Mueller. de Dor. P. I. pag. 267 sqq. 273 sqq. Atque de asinis in honorem Apollinis immolatis invenies paucula apud Creuzerum Symb. et Myth. T. III. pag. 213. coll. T. I. pag. 319. ed. sec.

Pag. 28, 24. *εἰ μὴ παύσατο*] Hoc neminem Editorum offendisse miror, cum tamen ex usu linguae legendum sit *παύσαιτο*: nec dubito, quin ignoti literarum characteres Xylandrum fefellerint: nam sequens *ἱερεύσει* nullum plane sensum habet, ultroque legendum requirit: *εἰ μὴ παύσαιτο τ. ϑ. ταύτης, καὶ ... ἱερεῦσαι.* Verh. *παύσαιτο* habet Cod. Paris.

Pag. 28, 26. *τὴν γὰρ τῶν ὄνων ϑυσίαν ἐν Ὑπερβορέοις ἀγομένην αὐτῷ καϑ' ἡδονὴν εἶναι*] Capras, boves ovesque Apollini immolari fuisse solitas, tum hinc, tum aliunde liquet: sed uti apud Argivos peculiaris ei luporum (vid. Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. v. 79.), sic apud Hyperboreos asinorum erat victima, unde omissum *μόνον*, quod frequens Graecis ac Latinis (vid. Duker. ad Thucyd. lib. IV. cap. 2.), subintelligendum vel addendum coniicio: *Τὴν γὰρ τῶν ὄνων ϑυσίαν μόνον ἐν Ὑπερβ.* cet. Fonteinius vero itidem quidquam deesse suspicatus legit: *Τὴν γὰρ τῶν ὄνων ϑυσίαν ἐν Ὑπερβορέοις ἀγομένην μόνην* cet. Baccho etiam asinos fuisse sacros docet Schol. Pind. Pyth. Od. X. v. 50. et Phurnut. de Nat. Deor. pag. 218. Et Agathyrsos Scythiae populos Apollinem Hyperboreum coluisse, tradit Servius ad Virgil. Aen. lib. IV. v. 146. Verh.

Pag. 29, 3. *παῖδες Λύκιος ... παῖδες ἐκ μητρός*] Repetitio τοῦ *παῖδες* ingratior, quam ut admittatur. Recte emendat Fonteinius: *Ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες Λύκιος, καὶ Ὀρτύγιος, καὶ Ἅρπασος, καὶ ϑυγάτηρ Ἀρτεμίχη, πάντες ἐκ μητρὸς Ἄρπης* cet. Verh.

Pag. 29, 6. *ἐκέλευον ἱερεύειν τοὺς ὄνους, καὶ τέρπεσϑαι τῇ ἑορτῇ*] „Suspicor aliquid excidisse. Vix credibile est, Lucium et Harpasum, spreto patris dissuadentis monito, neglectisque ipsius Apollinis vetantis minis, *τῶν ὄνων* tamen *ἱέρευσιν* peragere voluisse, nullo causae iustae praetextu. Incommodum forte tollere licebit, orationem hunc in modum supplendo: *ἐκέλευον ἱερεύειν τοὺς ὄνους, καὶ γὰρ μητέρα τέρπεσϑαι τῇ ἑορτῇ.* Sic certe ti-

mido patri responderint filii, se hoc quidem sacrificio malle gratificari *matri*, quae, dei tam propitii minas, ut neutiquam serias, non aeque reformidans, significasset, sibi *hoc festum*, propter τῆς ὑποθυσίας novitatem, magnae *voluptati fore*, seque aegre laturam, si vano isto patris metu a proposito se deterreri paterentur. Coniectura eo probabilior fit, quod sola hac ratione intelligitur, quam ob causam mater, tametsi, secundum vulgatam lectionem, nullo crimine noxia, in iis tamen, qui paullo post tamquam οὐκ αἴτιοι τῶν ἀσεβημάτων laudantur, non numeretur; quum ex nostra lectione appareat, culpae haudquaquam fuisse immunem, quippe quae, dei interdicto gaudiis suis posthabito, filiis τῶν ἀσεβημάτων auctor exstiterit. Corruptelae origo in similitudine literarum facile deprehenditur." Haec Fonteinio V. Cl. debes. VERH.

Pag. 29, 8. τῷ Ἀπόλλωνι] Fuerat hactenus editum τ' Ἀπόλλωνι. MUNCK.

Ibid. κἀπί] Visitur in utraque editione καὶπί. Perperam omnino. Cap. 12. κἀπεὶ προςεπέλασεν. Sophocl. Ai. Flag. v. 40. κἀπὶ τέρμ' ἀφίκοντο. v. 809. κἀπὶ τῷ λέγει τάδε. Error inde ortus videri potest, quod ῖ olim vocalibus adscribebatur. MUNCK.

Pag. 29, 15. Ἅρπην] Meminit eius Aristoteles lib. IX. cap. 1. Retinet Graecum vocabulum Plin. lib. X. cap. 74. Hesych. Ἅρπη, ἄνεμον (malim ἄνεμος) δρέπανον, ἢ ὀρνέου γένος κατὰ Λατίνους. Nescio an scribi debeat: κατά τινας ἰκτῖνος. Schol. Hom. ad Iliad. Τ. v. 350. Ἅρπη εἶδος ὀρνέου. Τινὲς ἰκτῖνον καλοῦσιν, ἕτεροι δὲ φήνην. MUNCK.

Pag. 29, 24. διαγνῶναι δ' οὐ χαλεπός] Interp. Leid. *Quo non difficulter internoscitur.* Scribe potius, *a qua* etc. MUNCK.

Pag. 29, 29. ἐγένετο κυάνεος] Xyl. *Factus est coeruleus.* Cur non potius *factus est niger?* Κυάνεον enim et *coeruleum* et *nigrum* dicitur. Etiam γλαυκὸν interdum idem quod μέλαν. Gloss. Steph. *Ferrugineum*, γλαυκὸν, κυάνεον. *Ferrugo*, πορφύρα μέλαινα. Hinc Theseae navis vela, quae atra Hyginus cap. 43. Catull. carm. 65. ferruginea facit. Glossariolum, quod Var. Lect. lib. VI. cap. 5. edidit vir Ampliss. Rutgersius: Γλαυκὴ, μέλαινα. Corrigit ille, καλάϊνα. Non premo pollicem. Interim non pauca in illis Glossis reliquit posteris corrigenda. Etsi hoc iam non agimus, paucula tamen quaedam, ut summos quoque viros ignorare quaedam videas, proferam. Ἐκπάγκου; καταπληκτικῶς. leg. ἐκπάγλως. Ἐστυμένως, ὁρμητικῶς. leg. ἐσσυμένως. Ἠ ἐπ' ἦμαρ ἡμέρας καθ' ἡμέρας. Vix dubito

quin scripserit Glossographus: ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ, ἑκάστης ἡμέρας, καθ' ἡμέραν. Θειήσατο, ἐθαύμασε. leg. θηήσατο. Ἰωγμή, δίωξις. leg. ἰωκή. Πῶϊ, ποίμνιον. leg. πῶϋ. Τρισταχεῖ, κατὰ τρεῖς τάξεις. leg. τριστοιχεῖ. Hesychius: Τριστοιχεῖ, ἐπὶ τρεῖς τάξεις. Φάλησκεν, εἴποις ἄν. Noli dubitare, quin scribendum sit, φαίησκεν [φαίης κεν]. Iam tempus ex diverticulo redire in viam. Virgilius posuit, fateor, *coeruleum* pro nigro. Sed ille, ut poëta, graecissat lib. V. Aen. v. 10.

Olli coeruleus supra caput adstitit imber.

Aquilus ille color antiquis dicebatur. Gloss. vet. *Aquilum*, μέλαν, ὡς Λουκίλλιος. Ovidium audiamus lib. II. Metam. v. 633.

Inter aves albas vetuit consistere corvum.

Schol. Pind. ad Pyth. Od. III. [v. 48. pag. 528. ed. Heyn.] Δυςχεράναντα ἐπὶ τῇ ἀγγελίᾳ τὸν Ἀπόλλωνα ἀντὶ λευκοῦ μέλανα αὐτὸν ποιῆσαι. Idem tradit Hyg. Myth. cap. 202. Nec hoc praetereundum tironibus, κυάνεον non nigrum tantum, verum et umbrosum, quod umbra nigrorem quendam efficiat, appellare Graecos. Pind. Pyth. [Olymp.] Od. VI. [v. 69.]

Λόχμας ὑπὸ κυανέας
Τίκτε θεόφρονα κοῦρον.

Quod imitandum sibi duxit Graecorum ille studiosissimus Romanae fidicen lyrae cum alibi, tum lib. I. Od. 21.

Nigris aut Erymanthi
Sylvis, aut viridis Cragi.

Etiam advertit me, quod in Scholiis ad eandem oden Aristides dicit: Ἀσκληπιὸς Ἀπόλλωνος παῖς καὶ Ἀρσινόης· αὕτη δὲ παρθένος οὖσα ὠνομάζετο Κορωνίς. Λευκίππου δὲ θυγάτηρ ἦν τοῦ Ἀμύκλα τοῦ Λακεδαίμονος, καὶ Ἀσκληπιοῦ δὲ καὶ Ἠπιόνης Ποδαλείριος καὶ Μαχάων. Hyg. Myth. cap. 37. *Machaon Aesculapii et Coronidis filius.* At cap. 202. *Coronidem* cum aliis *Asclepii* matrem facit. Haec ἀσύστατα sunt. Non nimis audacter, puto, fecero, si corrigam Hyginum, et scribam: *Asclepii et Epiones filius.* MUNCK. Certe Dionys. Perieg. v. 586. Aethiopes vocat κυανέους, vid. Hill. et Eustath. ad v. 581. VERH. Cfr. Ruhnken. Epist. Crit. II. pag. 168. Naekius ad Choerili Fragm. pag. 186.

Pag. 29, 30. Κορωνίδα τὴν Φλεγύου] Sic constanter, quidquid est Graecorum ac Latinorum scriptorum, quos Heinsius recenset ad Ovid. lib. II. Metam. v. 542. ubi Larissaea Coronis vocatur. Ut frustra sit Lactantius (ad quem vid. Munckerus), eam faciens Coronei filiam; nam ad

seq. fab. ipse ab hac diversam facit illam Coronei filiam, quae in cornicem fuit mutata. Quae vero ab Apolline amata, haec Phlegyae erat filia. Vid. inprimis Heins. ad Ovid. lib. II. Metam. v. 542. Verh. Vid. Ilgen. ad Hom. Hymn. pag. 270 sqq.

Pag. 29, 31. *Ἀλκυονεῖ*] Apollodorus *Ἴσχυν* vocat; conveniunt in significatione utraque nomina; impositum hoc videtur a poëtis. Gale. Supra cap. 8. occurrit *Ἀλκυονεὺς, ὁ Διόμου καὶ Μεγανείρας παῖς*. Apollod. lib. I. cap. 6. §. 1. *Ἀλκυονέα* inter gigantes coelum oppugnantes et ab Hercule confossum refert, eiusdemque meminit Claudianus Rapt. Pros. lib. III. v. 185. *Ἀλκυονεὺς τοῦ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως* est apud Plutarch. de Consol. pag. 119. Sed Alcyoneum, qui cum Phlegyae filia rem habuit, vix apud alios reperias, nisi quod huius nominis vestigium reservavit Edit. Hygini Commeliniana, ut Schefferus notat, cap. 202. ubi pro vulgata lectione: *Cum ea et Chylus Elati filius concubuit:* legitur *Alcionetus*. Ceterorum scriptorum testimonio, quod variis locis ad Hygin. d. l. et ad Ovid. d. l. prodiderunt Viri D. liquet, fuisse Ischyn Elati filium, de quo supra egi ad cap. 17. „Conveniunt, inquit Galeus, in significatione utraque nomina; impositum hoc (Alcyoneus) videtur a poëtis." De hac re non disputo. Apollodori locum (lib. III. cap. 10. §. 3.) huc transferam: *Καὶ φασὶ ἐρασθῆναι ταύτης Ἀπόλλων. Τὴν δὲ καὶ εὐθέως συνελθεῖν, τοῦ δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς γνώμην ἑλομένην Ἴσχυϊ τῷ Ἐλάτου υἱῷ συνοικεῖν.* Ita Aegius, Commelinus, Faber et Galeus, nisi quod distinctiones non easdem posuerint. Locum tamen minus integrum senserunt omnes, et ad eum restituendum singuli sua contulerunt, quamquam vix credo, Aegianam lectionem cunctos fugisse. Hic legendum censet: *Καὶ φασὶ ἐρασθῆναι ταύτης Ἀπόλλωνα καὶ εὐθέως συνελθεῖν· τὴν δὲ* etc. quod idem H. Commelinus pro sua coniectura dedit. Suum autem ingenium sequi solitus Faber: *Κ. φ. ἐ. τ. Ἀπόλλωνα, ἔπειτα δὲ παρὰ τ.* cet. Galeus: *τῇ δὲ καὶ εὐθέως συνελθεῖν. μετὰ τοῦτο δὲ . . . ἑλομένῃ.* Hoc certum vel *Ἀπόλλωνα*, vel, quod Galeani codd. supra scriptum habent, *Ἀπόλλω* legendum. Coll. D'Orvilliana Aegianae emendationi consentit. Verum, quod suorum MSS. lectionem *Καινέως ἀδελφῷ* otiosum glossema dicat Galeus, admodum miror. Adsentirer, si legeretur: *Ἴσχυϊ τῷ Ἐλάτου υἱῷ Καινέως ἀδελφῷ*, sed constanter legunt posteriores duas voces, prioribus quinque deletis. Similiter Coll. D'Orvilliana, nisi quod pro *Καινέως* habeat *Κλεινέως*, quod itidem in Palat. apud Commelinum

invenias, ceteris quoque posthabitis, quod an frustra sit, vix dixerim, certe meam confirmat opinionem, quam prodidi ad cap. 17. ubi vide sis. VERH.

Ibid. πίφιγξ] Haec mihi πίφηξ Aristoteli videtur esse lib. IX. cap. 1. Hesychius: Πίφιγξ, κορύδαλος. Πιφαλλὶς, πέφιγξ. Leg. πίφιγξ. MUNCK.

Pag. 30, 1. αἰγίθαλλος] Istam avem nusquam invenio. Suspicor scribendum, αἰγίθαλος, ut est apud Aristot. lib. IX. cap. 15. Aelian. lib. I. cap. 38. *Parum* reddunt Gaza et Gesnerus. vel certe αἰγοθήλας. qua de ave Aristot. lib. IX. cap. 30. Aelian. lib. III. cap. 39. Corrupte *Aegithus* pro *Aegithalus* scribitur Plin. lib. X. cap. 74. Sane ita censeas, si Plutarchum audias περὶ φθόνου [T. II. pag. 537. B. ed. Franc.] Πολεμοῦσι δ' ἀετοὶ καὶ δράκοντες. κορῶναι καὶ γλαῦκες. αἰγιθαλοὶ καὶ ἀκανθυλλίδες, ὥςτε τούτων γε φασὶ μηδὲ αἷμα κίρνασθαι σφαττομένων. At enim Aristotelis verba lib. I. Hist. An. cap. 9. si consideres, credas non Plinii, sed Plutarchi scripturam esse vitiosam: καὶ ἄνθος καὶ ἀκανθὶς, καὶ αἴγιθος, λέγεται δ' ὅτι αἰγίθου καὶ ἄνθου αἷμα οὐ συμμίσγεται ἀλλήλοις. Huc respexit Plinius. Non ergo sollicitandus. MUNCK.

Pag. 30, 3. Τερείνης τῆς Στρυμόνος ... Θρᾶσσα ... Ἱππόνους ὁ Τριβάλλου ... Πολυφόντη] Fabulae huius ne vestigium quidem apud alios superesse memini, nec nominum, quae vides. Strymon fluvius satis notus: Strymon femina non item, et sic in ceteris. Etiam, qui mox sequuntur Ἄγριος καὶ Ὄρειος. Agrios plures agnoscunt Graeci ac Latini. Inter Gigantas Agrium a Parcis percussum: alium eiusdem nominis Centaurum ab Hercule in fugam conversum, utrumque refert Apollod. lib. I. cap. 6. §. 2. lib. II. cap. 4. §. 4. Agrium Thersitae patrem novimus, cui genuinum, pro *Accio*, nomen acute restituit Canterus apud Ovid. lib. III. ex P. Ep. IX. v. 9. Agrium Oenei fratrem memorat Diomedes ipsius nepos apud Homer. Il. Ξ. v. 115. Vid. Comment. ad Ovid. Ep. IX. Heroid. v. 153. et ipsum Antoninum cap. 38. Sed hi longe diversi ab hoc Antoniniano. VERH. Add. Creuzerus Symb. et Mythol. T. IV. pag. 372. et 373. not. ed. sec.

Pag. 30, 6. ἔργα τῆς Ἀφροδίτης] Idem invenias cap. 37. pag. 47, 11. et cap. 38. pag. 48, 24. ἀφροδίσιον ἔργον. Theocrit. epigr. 4. Κύπριδος ἔργα τελεῖν. Vid. Jacobs. Animadvv. in Anthol. Gr. T. VII. pag. 194 sq. Villoison. ad Longi Past. pag. 76.

Pag. 30, 8. ἐγένετο συμπαίκτρια] Saepissime utitur hoc vocabulo Ant. Liberalis. Fab. 29. Αὕτη παρθένος ἦν συμπαίκτρια καὶ ἑταίρισσα Ἀλκμήνης τῆς Ἠλεκτρύωνος. Et Fab. 32. Ἐπεὶ δὲ αὐτὴν ἠγάπησαν ὑπερφυῶς Ἁμαδρυάδες νύμφαι, καὶ ἐποιήσαντο συμπαίκτριαν ἑαυτῶν. Mallem tamen in istis locis legere συμπαίστριαν, quo alibi Aristophanes utitur. Berkel. * Ut a συμπαίστωρ συμπαίστρια, ita a συμπαίκτωρ συμπαίκτρια cur non aeque bene dicatur, causam nullam dices. * Munck. Eamdem scribendi rationem servat cap. 29. et 32. obnitente Berkelio, qui συμπαίστριαν ubique legendum contendit, quia est multo usitatius, uti ex Aristophane aliisque ostendit. Vix tanti est, ut his immoremur; propterea quod, etsi minus esset usitatum, sufficeret vulgatam lectionem tueri, quia tribus his locis sibi constat auctor. Sed utrumque aeque est analogicum, utrumque optimis scriptoribus adhibitum. Παίκτης ex Epigrammate exstat apud Stephanum aliosque Lexicographos. Xenophon Stephano indicatus Paed. lib. I. [cap. 3. §. 14.] pag. 11. Ed. Thiem. pag. 26. Ἐγώ σοι συμπαίκτορας παρέξω. Hoc commune facit Moeris [pag. 268. ed. Koch.], illud Atticum. Contra Phrynichus [pag. 240. ed. Lob.]: Παῖξαι Δωριεῖς διὰ τοῦ ξ, ὁ δὲ Ἀττικὸς παῖσαι, in hoc cum Moeride conspirans: sed παῖξαι e Philone et Clemente Alexandrino probat Hoeschelius, eumque Atticismum in Platone, ceterisque scriptoribus Atticis saepe a librariis neglectum, si ipsi veteres in hac forma frequentanda tam religiosi fuerint, observat Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 1056. ubi (et in Ran. v. 391.) παῖσαι quidem, sed Scholiast. ὅπερ ἡμεῖς παῖξαι, quod pari modo exprimit Hesychius. Ceteris etiam Grammaticis consentiunt Timaeus et Thomas Magister v. Προσέπαισε: Ad hunc tamen ex Aristide, Dione, Luciano, Demosthene et Aeliano illud παῖξαι et παίξω probant Witten. et Oudendorp. Ab Antoniniana voce non differt, quam ad Theocrit. Idyll. VI. v. 18. exhibet Scholiastes: τὸν ὅμοιον παίκτορα, pro quo mavult docta (credo J. Scaligeri) manus: ὁμοπαίκτορα. Verh. Addo συμπράκτρια a συμπράκτωρ. Schol. Apollon. Rhod. ad lib. III. v. 942. Κύπρις συνεργὸς καὶ συμπράκτρια τῶν σῶν κινδύνων γενήσεται, quod loco vitiosi συμπράκτεια in iisdem Scholl. e Cod. Paris. descriptis ap. Schaef. T. II. pag. 252. reponendum. Cfr. Brunck. ad Aristoph. T. I. pag. 144. Biblioth. Crit. Vol. I. P. 4. pag. 21.

Ibid. συνήθης] Συνήθεις Graeci alias ὁμήλικας, ἰσήλικας et συνήλικας appellare amant, ἀπὸ τοῦ ἧλιξ. Quam-

obrem miror, et a mala manu esse puto illud *ὁμίληξιν* apud Hom. Schol. ad Odyss. A. v. 581. et *ὁμίλιξιν* in Pind. Schol. ad Od. X. [v. 85.] Pyth. pag. 248. [pag. 644. ed. Heyn.]. Et apud Pollucem ed. Basil. lib. III. cap. 5. *ὁμιλικία. ἡ δὲ ὁμιλικία,* inquit, *ποιητικόν.* Imo *ὁμηλικία*, qua voce non semel usus Moeonius vates. Quis credat ita archaissare voluisse Pollucem, ut *ι* pro *η* poneret? Nam, ut notavit Euripidis Scholiastes ad Phoeniss. v. 683. *Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήναισιν Εὐκλείδου, μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων, τοῖς βραχέσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο. Τῷ ῑ ἀντὶ τοῦ η̄, καὶ τῷ ō ἀντὶ τοῦ ω̄.* Haec *ἐν παρόδῳ*. *Ἡλικία* est *aetas*. Glossae: *Aetas*, *aevitas*, *ἡλικία*, *χρόνος*. *Coaequales*, *ὁμήλικες*. Staturam notare volunt *θεολόγων παῖδες* Matth. cap. VI. v. 27. haud scio an necessario. Sensum satis commodum invenias, si de aetate sive spatio vitae accipias. Curis enim quamlibet assiduis efficere nemo potest, ut terminum vitae a Deo cuique fixum transiliat. Non satis attendisse, tamenetsi ipsi moneant, videntur *ψυχὴν* pro vita poni v. 25. Spatium exiguum innuit Euangelista. Notum illud Ps. XXXIX. v. 6. *Palmares disposuisti dies meos.* Ad quem locum consule Schol. ad Vers. *τῶν ό.* Alcaeus apud Athen. lib. X. cap. 7. *δάκτυλος ἁμέρα.* MUNCK.

Pag. 30, 10. *καὶ ἐξέμηνεν αὐτήν*] Duplici ratione dicitur, *ἐκμαίνειν τινὰ ἐπί τινι* et *ἐπί τινα*. Lucian. Vol. III. pag. 281. *ἐκείνη ἐξέμηνε τὸν ἄνθρωπον.* Aristoph. Concion. v. 965. *Κύπρι, τί μ' ἐκμαίνεις ἐπὶ ταύτῃ;* Infra cap. 34. pag. 44, 24. *δεινὸς γὰρ αὐτὴν ἔρως ἐξέμηνεν ἐπὶ τῷ πατρί.* Xenoph. Ephes. lib. I. pag. 20. *ὀμνύω — τὸν ἐπ' ἀλλήλους ἡμᾶς καλῶς ἐκμήναντα θεόν.* Aristaen. I. 15. Haec Bastio debemus.

Pag. 30, 11. *τῇ ἄρκτῳ*] Grammatici notarunt: *ἄρκτος ὁ καὶ ἡ ursus*, *ursa*. Quomodo rem habere cum ursa potuit foemina? Scribendum ergo esset, *τῷ ἄρκτῳ*. Sed fors fuerit, ut *ἡ ἄρκτος* a Graecis tam de masculo interdum, quam de foemella dicatur, quemadmodum *ἡ ἔλαφος*, ut contendit Swart. Anal. lib. I. cap. 2. Sed contra Swartium, ut cervae cornua esse probent, omni ope nituntur Aelian. lib. VII. cap. 39. Schol. Pind. ad Olymp. Od. III. [v. 52. pag. 256. ed. Heyn.]. Sententiam Swartii confirmare videtur, quod cervam illam ab Hercule captam, quam foeminino genere alii, a Sophocle masculino efferri observavi Electr. v. 568.

— *Ἐξεκίνησεν ποδοῖν*
Στικτὸν κεράστην ἔλαφον.

Confer notata a nobis ad Hygin. cap. 30. Sed ante omnes Leonem Allatium ad Eustath. Hexaëm. pag. 72. qui ex cornibus cervi sexum probari non posse ostendere conatur. Swartio accedit Salmasius ad Solini cap. 45. *Dores*, inquit, *τὴν ἵππον* et *τὴν πῶλον dicunt de masculo equorum genere.* Addas licet iam illis *ἡ ἄρκτος*, *ursus.* Sed fecerint caeteris frequentius hoc Dores; non tamen soli sibi sumserunt. Ecce, ut heic *τὴν ἄρκτον ursum* Antoninus, ita *τὰς Διομήδους ἵππους* Palaephatus *equos* Diomedis cap. 41. dixit. Quamobrem minus recte *τὰς ἵππους equas* interpretari superius cap. 7. videtur Xylander. Vir Ampliss. Ez. Spanhemius Dissert. III. de Praest. et Usu Num. pag. 164. *Atticis τὴν ἔλαφον pro cervo usurpari observarunt iam eruditi; atque ita quaedam Aristotelis aliorumque loca, qui cervis eo genere prolatis cornua tribuunt, explicanda.* Vide apud ipsum seqq. Munck. Erravit Bachius ad Xenoph. Oecon. cap. 5, 6. quum scriberet, Graecos de animali aliquo bruto in genere loquentes foeminino uti solere, secutus in his, nisi fallor, Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 165. Etym. M. contendit, Jonibus hanc esse consuetudinem, quod non ex omni parte verum, uti Munckerus supra probatum ivit ad cap. 7. Hoc quidem exploratum mihi est, probos pedestris orationis scriptores distinxisse revera inter utrumque. De poëtis nihil affirmem. Vid. Niclas. ad Geopon. pag. 1124.

Pag. 30, 14. *μὴ θῆρες αὐτὴν διεργάσωνται*] Primo intuitu putabam rescribendum esse: *μὴ θῆρες αὐτὴν διαπράσωνται.* Verum vulgata lectio ferri potest, si τὸ *διεργάζεσθαι* pro *interimere* accipiatur. Berkel. *Διεργάζεσθαι* est *φονεύειν*, ut *ἐκπράττειν* Eurip. Hecub. v. 515. Munck. Latuit igitur interpretes iam Herodotum ita locutum esse, lib. I. cap. 213. lib. V. cap. 20. 25.

Pag. 30, 19. *καὶ εἴ τῷ ξένων ἐντύχοιεν*] Fortassis rescribendum: *τῷ ξένῳ ἐντύχοιεν.* Berkel. *εἴ τῳ ξένων.* Ita constituere hunc locum ausus sum. Pessime antehac editi, *εἰ τῷ ξένων.* Vid. supra cap. 11. Munck. Munckeri emendationem confirmat Cod. Paris.

Pag. 30, 20. *ἀπάγοντες εἰς τὰ οἰκία*] Cod. Paris. *οἰκεῖα*, quod recipi a me debuerat.

Pag. 30, 28. *στὺξ φθεγγομένη νυκτός*] Hesych. *Στὺξ κρήνη ἐν ᾅδου, ἢ ὁ σκὼψ τὸ ὄρνεον.* Est apud Hyginum Styx cap. 28. quam male in Strigem convertit Barthius. Locum Hygini ita nuper censui legendum: *Est Styx super columnam sedens.* Vide not. nostras pag. 66.

Munck. Xylander, cumque eo Berkelius et Galeus dederunt στὺξ, sed ad oram manu, coniicio, Is. Vossii scriptum erat στρὺξ. Simile quid in mentem venit Barthio, qui nescio an hic Munckero iure notetur. Emendarem Στρὶξ vel στρὶγξ propter seqq. φθεγγομένη νυκτός. Hesych. Στρίγλος. τὰ ἐντὸς τοῦ κέρατος. νυκτίφοιτον. καλεῖται δὲ καὶ νυκτοβόα. οἱ δὲ, νυκτικόρακα. Ubi, quamquam variae Doctorum in loco restituendo coniecturae conspiciuntur, inter omnes tamen convenit, vel στριγγὸς loco priore legendum, vel στρίγγα, quod ad νυκτίφοιτον referatur, inserendum. Verh. στὺξ in Cod. Paris. quidem legitur, sed in στρὶγξ quin mutandum sit quis dubitet?

Pag. 31, 4. *Ἄγριον μετέβαλεν εἰς γῦπα*] Sic tacite edidit Berkelius, quod nimium secure secuti fuerunt Galeus et Munckerus. Nihil enim est, quo Ἄγριον μετέβαλεν referas. Ad Mercurium dicis, qui Jovis iussu in eum animadvertit. At tum legendum etiam mox: καὶ διὰ παντὸς ἵμερον αὐτῷ κρέως καὶ αἵματος ἐνέβαλεν, pro ἐνέβαλον, ἀνθρωπείου. Sed praecedit ἔχθιστον θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις. Fateor. At in priore loco eadem observanda ratio: Οὔτοι ἐτίμων οὔτε θεὸν, οὔτε ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐξύβριζον εἰς πάντας. Lege itaque cum Xylandro: Ὄρειος δὲ ἐγένετο λαγωὸς . . . Ἄγριος δὲ μετέβαλεν εἰς γῦπα. Μεταβαλεῖν et μεταβληθῆναι eadem significatione uti solet auctor. Cap. 2. Γόργην καὶ Δηϊάνειραν φασὶν κατ' εὐμένειαν Διονύσου μὴ μεταβαλεῖν. Praeced. cap. Μεταβαλὼν ἐγένετο κόραξ. Cap. 32. Δρυόπη δὲ μετέβαλε, καὶ ἀντὶ θνητῆς ἐγένετο νύμφη. Cap. 37. Αἱ ψυχαὶ δὲ μετέβαλον εἰς ὄρνιθας. ubi vid. Munckerus. Est autem elliptica locutio, quam plenam dedit alibi, ut eodem hoc in loco infra: ἡ δὲ μεταβάλλουσα τὴν φύσιν cet. Verh. Haud infrequens est hic usus verbi μεταβάλλειν sensu, quem dicunt, reciproco, ut sit *se mutare*, vel *mutari et alius fieri*, adeoque in Euripide atque Platone quaerendus. Nam illius in Bacch. ante v. 1320. ed. Br. sive post v. 1328. ed. Elmsl. inserendus est e Cod. Paris. Scholiastae Dionysii Periegetae, quem inspexit Bredovius (vid. eiusd. Epist. Paris. pag. 44 sq.), integer hic versus: δράκων γενήσῃ μεταβαλὼν, δάμαρ τε σή. Plato Phaedr. pag. 241. B. HSt. φυγὰς δὲ γίγνεται ἐκ τούτων καὶ ἀπεστερηκὼς ὑπ' ἀνάγκης ὁ πρὶν ἐραστὴς, ὀστράκου μεταπεσόντος, ἵεται φυγῇ μεταβαλών. h. e. *mutatus*, *alius factus*. Cfr. eiusd. Parmen. pag. 156. C. HSt. Apollod. lib. I. cap. 3. §. 6. μίγνυται δὲ Ζεὺς Μήτιδι μεταβαλλούσῃ εἰς πολλὰς ἰδέας. Et lib. III. cap. 5. §. 4.

αὖθις δὲ μετὰ Ἁρμονίας εἰς δράκοντα μεταβαλὼν εἰς Ἠλύσιον πεδίον ὑπὸ Διὸς ἐξεπέμφθη. Schol. Apoll. Rhod. ad lib. III. v. 168. οἱ μὲν οὖν δι' Ἰὼ τὴν Ἰνάχου οὕτω κληθῆναι φασὶν, ἥτις εἰς βοῦν μεταβαλοῦσα ... εἰς τὴν Εὐρώπην .. ἐπέρασεν. Pollux lib. V. sect. 45. Ἑκάβης εἰς κυνὸς μορφὴν μεταβαλούσης. Huiusmodi autem exemplis, quale hoc est, et similibus, ut infra cap. 21. pag. 31, 9. ἡ δὲ μεταβάλλουσα τὴν φύσιν, viri docti commoti sunt, ut ellipsin vocis μορφῇ, vel εἶδος, vel φύσις etiam in illis statuerent. Vid. Intpp. ad Lamb. Bos. pag. 321. et 521. ed. Schaef. Heyn. ad Apollod. T. I. pag. 266. ed. sec.

Pag. 31, 9. ηὔξετο θεοῖς] E Cod. Paris. restituas ηὔξατο.

Pag. 31, 14. Τέραμβος] Puto hoc nomen in levi mendo delitescere, et mutata unica litera legendum esse Κέραμβος: quia deinde a nymphis mutatur in animalculum huiusmodi nomine. Hoc non est insolens huic scriptori, personas in aves eiusdem nominis transfigurare. Vid. Fab. 11. 24. et aliis in locis. Nam κεράμβυξ, κέραμβος et κεράμβηλον nomina sunt idem significantia. Berkel. An κέραμβος. Gale. In nupero commentario corrigi video Κέραμβος, quod sequatur bestiolae nomen, in quam conversus est, κεράμβυξ. Si Nicandri opus de ἑτεροιουμένοις haberemus, non esset amplius dubitandum: nec de eo, quod ὑλοφάγος in συκοφάγος mutatum itur, quamquam sic satis placet. Certe hic θεοβλαβὴς non *Terambus*, sed *Cerambus* est Ovid. lib. VII. Metam. v. 354. Munck.

Pag. 31, 16. Μηλιέων] Ex vicinitate Othryos colligimus Melienses hos eosdem esse, quos Strabo Malienses vocat. Eum vide sis lib. IX. pag. 433. Ex iis porro quae sequuntur haec in Thessalia gesta constat. Gale. Strabo lib. VIII. pag. 333. Μαλιεῖς scribit, et lib. IX. pag. 433. quem locum Galeus adducit, ut ex vicinitate Othryos liqueat, eosdem esse: τοῖς Μαλιεῦσιν, ὥςπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος πρόποδες. Nec secus Pausanias et Xenophon citati Cl. Valckenario ad Herodot. lib. VII. cap. 132. ubi tamen plerisque Μηλιεῖς esse animadvertit magnus ille Vir. Verh. Μηλιεῖς et Μαλιεῖς revera distinguendos esse dicit Scylax Peripl. in Geogr. Min. T. I. pag. 23. Totum autem discrimen in sola dialecto ponendum. Etenim Dorici idiomatis vestigia non raro apparent in vulgari Graecorum sermone, praesertim in locorum nominibus, cuiusmodi sunt Μαλιεὺς et Μηλιεὺς, de quibus consulas Sylburg. ad Paus. lib. X. pag. 875. Palmerius Exercitt. in Auctt. Graec. pag. 275 sqq.

Santen. ad Catull. Manl. pag. 17 sqq. Wesseling. ad Diod. Sic. T. II. pag. 69. Intpp. ad Alciphr. T. II. pag. 60. ed. Wagner. Meinek. ad Menand. Reliqq. pag. 16.

Pag. 31, 22. σύριγγα ποιμενικήν] Fistulae huius inventionem Pani, nescio cui, tribuit Hygin. cap. 274. ubi vid. Comment. et ad Albric. pag. 906. Verh.

Pag. 31, 23. λύρα πρῶτος ἀνθρώπων κεχρῆσθαι] Sed hac primum usum fuisse Orphea ex Eratosthene apud Hygin. Astron. VII. aliisque constat. Verh.

Pag. 31, 27. τοῦτο κατ' εὐμέν. κ. τ. λ.] τοῦτο ad ποιμαίνειν referendum, quod saepius non intellectum mire vexavit interpretes. Vid. Dorv. ad Char. pag. 331. ed. Lips. Jacobs. ad Achill. Tat. pag. 882. Bene Xyland.: *Pana vero benevolentia adductum monuisse hominem, ut Othry relicto greges in campo pasceret.*

Ibid. κατ' εὐμένειαν] Ampl. Cuperus in Apoth. Hom. pag. 37. legendum hic coniicit κατ' εὐμέλειαν. Coniecturae rationem, si tanti putes, apud ipsum vide. Vulgata unice proba, eodemque sensu capienda, quo saepius adhibuit Antoninus: cap. 2. *Γόργην καὶ Δηϊάνειραν φασὶν κατ' εὐμένειαν Διονύσου μὴ μεταβαλεῖν.* Cap. 32. *Δρυόπην ἥρπασαν Ἀμαδρυάδες νύμφαι κατ' εὐμένειαν.* Verh.

Pag. 32, 1. ἄπιστον χρῆμα χειμῶνος] Herod. lib. VII. cap. 188. τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον. ibique Valckenar. Vid. supra ad cap. 12. pag. 19, 17.

Pag. 32, 2. ἐπεῖναι μέλλειν] Pro ἐπιέναι positum observat D'Orvillius ad Chariton. pag. 511. [pag. 512. ed. Lips.] *Παρεῖναι εἰς χώραν* pro παριέναι dixit supra cap. 8. *Μέλειν* vulg., quod neminem Editorum offendisse mirum, in μέλλειν mutandum esse, ibidem monet Vir Cl. Utrumque verbum a librariis passim confundi, ex ipso illo Charitonis loco liquet. Verh. Quod placuit Dorvillio, Cod. Paris. exhibere nunc video. χειμῶνα καὶ τάραχον ἐπιόντα habet Alciphron. lib. I. ep. 10.

Pag. 32, 5. ἐγίγνωσκεν] Cod. Paris. ἐγίνωσκεν.

Ibid. ἀπέῤῥιψε δὲ λόγον] ἀποῤῥίπτειν de hominibus temere verba iacientibus et stolida aut iniqua effutientibus usurpari solitum, supra docuimus ad pag. 17, 7. Cfr. Wernsdorf. ad Himer. pag. 466.

Pag. 32, 7. γένος μὲν εἰσιν οὐκ ἀπὸ Διός] Nisi κατὰ subaudiendum est, dixisset usitatius, γένος μέν εἰσιν οὐ Διός. Tyrtaeus [v. 31.]

Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστέ.

Serv. ad Georg. lib. III. [v. 4.] *Eurystheus rex fuit Grae-*

ciae *Persei genus.* Quid si scribas? γένος μὲν εἶχον οὐκ ἀπὸ Διός. Vid. not. ad cap. 8. Sed quod in textu est illo Pindari, satis se tuetur Pyth. Od. IX. [v. 26.] ἐξ Ὠκεανοῦ γένος ἥρως δεύτερος. *Ab Oceano heros genere secundus.* MUNCK. Lectio non sollicitanda. Heliod. fin. lib. X. Ἀφ' Ἡλίου γένος .... Ἡλιόδωρος. Euripid. Alcest. v. 508. Ἀφ' αἵματος Περσέω, et v. 638. ἀφ' αἵματος δουλίου. Soph. Antig. v. 199. Παῖς ἀπ' Οἰδίπου. *Genus* autem pro *nepotibus* etiam apud Latinos in usu esse, ostendit Burm. V. Cl. ad Ovid. lib. II. Met. v. 744. VERH. Recte Bastius γένος accipit pro κατὰ γένος, ut vulgus Grammaticorum explicat, conferens Parthen. cap. 4. Οἰνώνη .. εἰς Κεβρῆνα, ὅθεν περ ἦν γένος, ἀπεχώρησεν.

Pag. 32, 8. ἡ δεῖνα τοῦ Σπερχειοῦ] Fortassis reponendum ἡ Δεινὼ τοῦ Σπερχείου. Plurima feminarum nomina in ω exeunt. BERKEL. Δεῖνα quaedam ex filiabus Spercheii. GALE. An scribendum Δεινώ, ut iam ante nos coniectum est, aut vertendum: *filia quaedam Sperchii.* MÜNCK. Ita, vel τῶν Σπερχίου, constanter legit Munckerus, hic in not. et ad Lactant. pag. 828. Male. Cap. 32. Δρύοψ Σπερχειοῦ. Nec secus Homerus, Sophocles, Strabo, Diodorus Sic. alii. Penultimam quoque Latini producunt, Virgilius, Statius cet. Omnes in contextu dederunt ἡ Δεῖνα, ac si esset nomen proprium, quemadmodum etiam Xylander vertit *Dinam*, unde Berkelius coniecit Δεινώ legendum, uti plurima feminarum nomina in ω desinunt. Contra morem Berkelio refragatus Galeus vertit: *quaedam ex filiabus Spercheii.* Quod hic et ad Lactant. d. l. amplectitur Munckerus. Neque aliam sane interpretationem admittit mens Antonini, quae cum tam dilucida sit, videmus, quid simus homines, qui ipso meridie solem detegere non possimus. *Illa quaedam*, ut per contemtum loquitur Terambus, ex *filiabus Sperchii* fuit *Diopatra*. Prius dixerat, Nymphas non esse Jovis filias, sed Neptuni ex quadam cuiusdam Sperchii filia natas, tum ut confirmet, illicitum hunc describit coitum Diopatrae ac Neptuni, unde natae essent Nymphae, quo referas, τοιαῦτα μὲν ὁ Τέραμβος ἐκερτόμησεν εἰς τὰς νύμφας. VERH. Σπερχειοῦ in Cod. Paris., quod iure praetulit Verheykius alteri Σπερχίου. Phil. Lex. Techn. p. 10, 29. ed. Lond. v. Ἀλφειός.

Pag. 32, 10. αἰγείρους] Proprie *populi nigrae;* vid. Munck. ad Hygin. cap. 152. Forte *alnum* et *populum nigram* pro una eademque arbore habuerunt: nam quas Virgil. Ecl. VI. v. 62. in alnos, easdem in populos conversas tradit lib. X. Aen. v. 190. Vid. ad Hygin. d. l. VERH.

Ibid. *ἄχρι αὐτὸς κορεσθεὶς τῆς εὐνῆς ἀνέλυσε*] *Ἀναλύειν* quandoque *redire*, vel *recedere* potissimum *e convivio*, denotare, ostenderunt inprimis Pricaeus ad Ep. II. Tim. cap. IV. v. 6. Bos Exerc. ad Phil. cap. I. v. 23. et Periz. ad Aelian. V. H. lib. IV. cap. 28. Hac de re eumdem huic loco sensum affingit Cl. Albertius in Peric. Crit. pag. 103. (nec mutavit sententiam ad Hesych. v. *Ἀναλῦσαι*, ubi videndus est Kusterus). *Usque dum ipse concubitus satur redierit*, seu *recesserit*. Quod a mente auctoris plane alienum est. Quemadmodum enim, *πάλιν αὐταῖς ἀπέδωκε τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν*, opposita sunt his: *καὶ ἐποίησεν αἰγείρους*, ita sibi contraria sunt *ἀνέλυσε* et *ἐῤῥίζωσε*. Resolvit, quas quasi per radices in terra defixerat. Atque ita capit Cl. Valckenarius: „Albertio non intellectum *ἀνέλυσε* quid notet, vicina monstrant, usque dum eas, expleta libidine, tanquam defixas solveret.“ Loca, quae indicavit Vir Cl. fere *παράλληλα* sunt. Lucian. T. III. pag. 616. 29. *Ἅτινά με καὶ ὡς στήλην ἄναυδον ἔθηκαν, μέχρις ἂν ἡ χρηστή σου λαλιὰ λιθούμενον ἀνέλυσε.* Plutarch. Tom. II. pag. 986. A. Ubi Ulyxes Circae, quae socios in bestias converterat, dicit: *Τούτους δέ μοι δὸς ἀναλύσασα καὶ χάρισαι τοὺς ἄνδρας.* Verh.

Pag. 32, 15. *αἱ χαράδραι*] Xyland. *valles*. Mallem, *fossae*. Gloss. Vet. *Χαράδρα*, *fossa*, *vallis*. Vel certe *torrentes*. Vid. Hesychium. Munck.

Pag. 32, 19. *καὶ ἐγένετο ὑλοφάγος κεράμβυξ*] Coniicit Xylander scribendum esse: *ξυλοφάγος κεράμβυξ*. Verum ego existimo τὸ *ὑλοφάγος* et *ξυλοφάγος* a mala manu esse legique debere *συκοφάγος* utroque loco. Monet me Hesychius, referens hanc bestiolam semper ficui arbori insidere et culices sua voce abigere, cuius verba ita sunt constituenda: *Κεράμβηλον, κήπου προβασκάνιον, καὶ θηρίδιόν τι, ὃ περὶ τὰς συκὰς δεσμευόμενον προδιώκει τῇ φωνῇ τοὺς κνίπας. ἔνιοι τοὺς κανθάρους κέρατα ἔχοντας, ὡς ὁ κέραμβος.* Berkel. Interpres: *mutaverunt in Cerambycem*, *quae est avis lignivora.* Atqui Cerambyx non est avis, sed *ζῶον κανθάρῳ ὅμοιον*, ut loquitur Hesychius. * Haec verba ita verterem: *Factus est Cerambyx*, *quod est insectum frondivorum*, *conspiciturque in arboribus*, *curvis dentibus*, *maxillas semper movens*, etc. *Ξύλα* sunt arbores. Genes. cap. III. *Ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν* etc. Ps. I. v. 3. *Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων.* Eccles. cap. II. v. 10. *Ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς ξύλον πᾶν καρποῦ.* Et sic saepe alibi illi Interpretes. Etiam

Graecorum more Ambrosius Hexaëm. lib. I. cap. 4. *ligna fructifera* appellat arbores fructum edentes. *Lignum pomiferum* est apud Vet. Interpr. Genes. cap. I. v. 11. Ubi Junilius Episcop. Afric. *Patet ex his verbis Dei, quia verno tempore mundi perfectus est ornatus. In hoc enim solent herbae virentes apparere in terra, et ligna pomis onustari.* Ὑλοφάγον verto *frondivorum*, ut apud Diod. Sic. lib. III. pag. 159. Οἱ δὲ ὑλοφάγοι μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐξιόντες, ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰ δένδρα, καὶ τοὺς ἁπαλοὺς τῶν ἀκρεμόνων προςφέρονται. * Munck. Ad oram ed. Xyl. impressum erat: *forte* ξυλοφάγος. Quod inde factum existimo, quia mox: ξυλοφάγος βοῦς καλεῖται, ut est in Xylandri editione, quam secuti sunt Berkelius et Galeus, nec Munckerus relinquere debuerat; nam perinde esse, utrum legas, recte monstravit Berkelius, qui tamen Munckeri interpretationi acquiescere potuisset. Emendare tamen maluit: συκοφάγος, et mox pro ξύλων, ἐπὶ τῶν συκῶν, loco Hesychii motus: *Κεράμβηλον, κήπου προβασκάνιον, καὶ θηρίδιόν τι, ὃ περὶ τὰς συκᾶς δεσμευόμενον ἀποδιώκει τῇ φωνῇ τοὺς κνίπας. ἔνιοι, τοὺς κανθάρους, ὡς κέρατα ἔχοντας, ὡς ὁ κέραμβος.* Sed hic locus vulgatae lectionis immutandae ansam non praebet. Non enim de fructibus agit, sed de arboribus, quarum etsi ficorum prae ceteris adamatarum, frondibus tamen vesci potuit. Et eadem libertate aliquis Antonini loco motus in Hesych. legere posset περὶ τὰ ξύλα, et ἐπὶ τῶν ξύλων. Albertius, mea quidem sententia, rectius ea verba disposuit: *Κεράμβηλον, κήπου προβασκάνιον, καὶ θηρίδιόν τι, ὃ περὶ τὰς συκᾶς δεσμευόμενον, ἀποδ. τ. φ. τ. κν. ἔν. τ. κ. ὡς κέρατα ἔχοντας. τὸν κέραμβον.* Tria tamen vocabula, quae huic animalculo darentur, non deprehendo. *Κέραμβος* enim et κεράμβυξ unum idemque est, nisi quod posterius, ex Antonini certe sententia, solis Thessalis ea terminatione in usu esset, unde et alterum, κεράμβηλον ὑποκοριστικῶς dictum, opinor, et tunc, quod prius observat ὁ μακαρίτης, τὸν κέραμβον respondet τῷ κεράμβηλον, tamquam nova expositio. Praeterea malim, κεράμβυλον: nam sic a τὸ χρέμος vel ὁ χρεμὸς venit quidem *Χρέμης* et *Χρεμύλος*, non *Χρέμηλος*, atque ita in aliis, quae plura ad Aristoph. Plut. pag. 6. exhibuit Hemsterhusius. Verh.

Pag. 32, 20. ἐπὶ τῶν ξύλων] Lego ἐπὶ τῶν συκῶν. Berkel.

Pag. 32, 21. τὰ γένεια κινεῖν] Potius est, ut Liberalem scripsisse credamus κινεῖ. Deinde non γένεια, sed

γέννας esse *malas* docent Lexicographi. Reponendum ergo esset, *γέννας*. * Adeo ut frustra apud Apoll. [lib. I. cap. 6. §. 1.] pag. 19. *Καθειμένοι βαθεῖαν κόμην ἐκ κεφαλῆς καὶ γεννύων*, pro *γενείων* rescribat Cl. T. Faber. Hes. Asp. v. 167. *Μελάνθησαν δὲ γένεια, denigrataeque illis erant maxillae.* Diaconus: *Τὰ δὲ γένεια τῶν δρακόντων, ἤγουν ὁ περὶ τὸ στόμα καὶ τὰς σιαγόνας τόπος μέλας ἦν.* * Apollodorus tamen lib. I. [cap. 6. §. 3.] pag. 17. Ed. Com. *καὶ γενείων τρίχες ἐξηνεμοῦντο.* Sed et ibi Faber corrigit *γεννύων*. Sine magna ratione, ut puto. Nam cum *γένυς* interdum pro *barba*, cur non vice versa pro *mento* vel *mala γένειον* ponatur? Eurip. Hecub. v. 286.

Ἀλλ' ὦ φίλον γένειον αἰδέσθητί με.

Schol. quidem: *ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. γένειον αἱ κατὰ σιαγόνας τρίχες, γένυς δὲ ἡ σιαγών.* Sed non observant perpetuo illud discrimen auctores. Plut. Camill. [cap. 22.] *ἥψατο γενείου, καὶ κατῆγε τὴν ὑπήνην.* Scio religiose Homeri Interpretes servare, ut *τὸ γένειον barbam* vertant, praesertim in illo [Il. Θ. v. 371.], *ἔλλαβε χειρὶ γενείου.* Quasi vero minus rectum foret, *prendit mentum* vel *malam.* Schol. Euripid. ad Hecub. v. 245. *οἱ δεόμενοι ἥπτοντο τῶν γονάτων, ἢ τῆς χειρὸς, ἢ τῶν παρειῶν.* Certe plane alienum est Od. T. v. 176. *circum barbam. Κυάνεαι δ' ἐγένοντο ἐθειράδες ἀμφὶ γένειον.* Gloss. St. *Mentum, γένειον.* Gloss. Cyrill. *γένειον, Barba, mentum.* MUNCK. Lego *κινῶν*, atque ita, quamquam hic *κινεῖ* emendat, paullo ante ipse Munckerus: *Curvis dentibus, maxillas semper movens.* VERH. Xylander quamvis reddat *malas semper movens*, *κινῶν* eum legisse inde non colligas. Cod. Paris. *κινεῖ*, quod unice amplector.

Pag. 32, 23. *κανθάροις*] Vir doctus, qui Antoninum nuperrime edidit, ex Hesychio locum hunc illustravit. Vide Hesychium in *Κεράμβηλον*. GALE. Gloss. vet. *Scarabaeus, κάνθαρος. Papilio, Ἐσπινιη.* leg. *ψυχή.* Quas enim *ψυχὰς* appellat Aristot. lib. V. cap. 19. *Papiliones* transfert Plin. lib. XI. cap. 32. MUNCK.

Ibid. *ξυλοφάγος βοῦς*] Scribendum, ut iam admonui: *συκοφάγος βοῦς.* BERKEL.

Pag. 32, 26. *σὺν τοῖς κέρασι*] Xyl. *Una cum alis.* An caput alas habet? an *κέρατα* sunt *πτέρυγες*? Habere *κέρατα* hanc bestiolam docet Hesych. in voce *Κεράμβηλος*, quo in loco non bene in Leidensi Antonin. editione pro *ἀποδιώκει* substituitur *προδιώκει.* Imo ipse Liberalis cornua illi tribuit, cantharis illam similem dicens. Canthari

autem praecipui cornuti, quorum quatuor recenset species Charletonus Onom. Zoic. pag. 46. MUNCK.

Pag. 33, 1. *Ἄργου τοῦ Φρίξου καὶ Περιμήλης τῆς Ἀδμήτου*] Plures fuisse Argos, eosque saepissime inter se confundi, ostendit Cl. Burm. in Catal. Argon. ubi recte Hymenaeum Magnetis filium facit, quum ad Ovid. lib. II. Met. v. 683. eum vocat Argi et Perimeles, quorum ex Magnete nepos erat, natum. De hoc vid. Gal. ad Apollod. lib. I. cap. 8. §. 2. Ab hoc navim, qua Argonautae vecti, dictam voluit Pherecydes apud Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 4. VERH. Vid. Bachet. de Meziriac. ad Ovid. Epist. T. I. pag. 134. 135. Sturz. ad Pherecyd. pag. 172 sq.

Pag. 33, 3. *ἀπ' αὐτοῦ Μαγνησίαν*] De utraque Magnesia ad Eutropium [lib. IV. cap. 14.] monuisse memini. Clare Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 584. *Τὴν Μαγνησίαν λέγει* (Apollodorus, et hic Antoninus) *τὴν κατὰ Θεσσαλίαν, ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Μαγνησία περὶ Ἔφεσον, ἐκτισμένη ὑπὸ Λευκίππου τοῦ Καρός, μετοικήσαντος ἐκεῖ σὺν Μάγνησι τοῖς ἐκ Κρήτης.* VERH. Vid. Bischoff. et Moeller: *Vergleichendes Wörterb. der alten, mittl. u. neuen Geographie* pag. 720.

Pag. 33, 5. *περίβλεπτος τὴν ὄψιν*] Hanc vocem aliorum exemplis illustrat Perizon. ad Aelian. V. H. lib. II. cap. 12. ubi Antonini locum exponit: *Qui in admiratione est, seu cuius ob os alii ora obvertunt sua propter faciei pulchritudinem.* VERH.

Pag. 33, 6. *Ἐπεὶ δὲ Ἀπόλλων ἀϊδόντα ἔρως ἔλαβε*] In hisce verbis unica tantum litera transposita est, quae sensum obscuriorem reddit. Legendum est: *ἐπεὶ δὲ Ἀπόλλωνα ἰδόντα ἔρως ἔλαβε τοῦ παιδός.* Excellens atque praestans Hymenaei forma, non vero cantus, in Apolline amoris causa est. BERKEL. Recte vidit V. D. legi oportere *Ἀπόλλωνα ἰδόντα.* Confer Apollodorum pag. 199. [lib. III. cap. 10. §. 4.]. Alii dicunt Apollinem ipsius Admeti amore captum fuisse. V. Callimachum Hymno in Apollinem. GALE. Quod hactenus editum fuit *Ἀπόλλων ἀϊδόντα*, typographo imputassem, nisi doctissimum quoque interpretem vitiosa deceptum scriptura animadverterem. Sed ita hunc locum constituendum esse viderunt etiam (quamquam quis non videat?) in editione Leidensi. Xylander videtur legisse: *ἐπεὶ δὲ Ἀπόλλωνα ᾄδοντος ἔρως ἔλαβε παιδός.* MUNCK. Mire Xylander: *Hunc cum Apollo canentem audivisset amoreque eius correptus a domo Magnetis non discederet.* Cod. Paris. verum praebet *Ἀπόλλωνα ἰδόντα.*

Ibid. ἔρως ἔλαβε τοῦ παιδός] Nam ἐγένετο περίβλεπτος τὴν ὄψιν, ideoque Magnetis Hymenaei patris τὰ οἰκία οὐκ ἐξελίμπανε. Unde liquet Antoninum vel posteriores Apollinis amores respexisse, vel aliam plane rem referre. Ceteri enim, quos ad Tibull. lib. II. El. III. v. 11. longo ordine recenset Broukhus. laudatus Cl. Burmanno ad Ovid. lib. II. v. 686. Apollinem ipsius Admeti amore flagrasse tradunt. Verh.

Pag. 33, 11. κυσὶν, αἳ ἐφύλαττον αὐτάς] Inter alia, quibus canum ad pecora custodienda usus antiquis temporibus comprobet, etiam huius loci meminit S. Bochart. lib. II. Hieroz. pag. 685. Verh. In Xylandri editione αἰ.

Ibid. λήθαργον καὶ κυνάγχην] Alterutrum sufficiebat ad scopum. Sensus forsan: *aliis veternum, anginam aliis inmisit.* Λήθαργον ab obliviscendi celeritate dictum vult G. Canter. V. L. lib. I. cap. 15. Κυνάγχην, vel κυνάγκην veteres Medicorum filii vocarunt omnem oris, faucium et adiacentium partium affectum cum spirandi difficultate coniunctum, peculiariter κυνάγχην dictum, quod hoc morbo laborantes aperto ore hiare perpetuo cogantur, et canum more linguam exserere. Vid. Foës. ad Oecon. Hippocrat. pag. 221. Recte itaque κυνάγχην etiam hominum esse, quemadmodum anginam omnium pecorum, secus ac Glossaria, et Serv. ad Virg. Georg. lib. III. v. 497. qui porcorum tantum morbum volunt, ostendit Munck. ad Fulgent. pag. 600. Non. Marcell. *Angina, genus morbi; eo quod angat, et Graece συνάγχη appellatur.* Festus: *Angor est animi, vel corporis cruciatus, proprie a Graeco συνάγκη, id est, strangulatione dictus. Unde et faucium dolor angina vocatur.* Lege in utroque scriptore κυνάγχη. Verh.

Pag. 33, 13. τὴν φυλακὴν ἀπώλεσαν] Jacobsius Exercitatt. in scriptt. vett. T. II. pag. 89. „Male, inquit, legi puto φυλακὴν pro ὑλακὴν, *latratu*, quem edere canes non poterant, qui angina, τῇ κυνάγχῃ, laborabant.“ Probat Bastius et unice convenit.

Pag. 33, 14. βοῦς ἄζυγας] h. e. *iniuges*. Fulgent. de Expos. Serm. Ant. in v. *Manilius Chrestus libro, quem de Deorum hymnis scripsit, ait, Minervae iniuges boves sacrificari, id est, iugum numquam ferentes.* Sive, ut Macrob. lib. III. Saturn. cap. 5. *quae numquam domitae aut iugo subditae sunt.* Vid. Kuehn. ad Poll. lib. I. cap. 1. sect. 29. et Hesych. v. Ἄζυγες, ubi vides, etiam notare ἀγαμήτους, translata significatione. Plenius Eurip. Iphig.

in Aul. v. 806. *Οἱ μὲν γὰρ ἡμῶν ὄντες ἄζυγες γάμων* cet. Verh.

Pag. 33, 16. *ὡς ἂν τὰ ἴχνη τῶν βοῶν ἀφανίσῃ*] Non minori Cacus astutia vertit viarum indicia, aversos in antrum suum boves trahens. Virg. Aen. lib. VIII. v. 209. Ovid. lib. I. Fast. v. 549. Auctor Orig. Gentis Rom. [cap. 6.] *Cacus Euandri servus, nequitiae versutus, et praeter caetera furacissimus, Recarani hospitis boves subripuit, ac ne quod esset indicium, aversas in speluncam traxit.* Quid sibi vult illud *praeter caetera?* scribo, *praeter caeteros.* Ter. Andr. Act. I. sc. 1.

— *Quia erat forma praeter caeteras*
Honesta et liberali.

Virg. Aen. lib. VII. v. 55. *Ante alios pulcerrimus omnes.* Caeterum, quem *Recaranum* hic scriptor appellat, *Garanus* est Verrio Flacco apud Servium ad Aen. lib. VII. v. 203. Uter rectius scribat, non definio. Munck.

Pag. 33, 18. *Πελασγῶν*] Sic dedi e Cod. Paris. Vitiose ante legebatur *Πελάσγων*.

Ibid. *δι' Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος*] * Quaerit heic Vir Doctiss. (Berkelius) quem sensum conficere ista possint, *καὶ δι' Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος. An Achaia fuerit urbs vel locus Phthiotidis? Malle se coniunctionem καὶ inserere*, ut sit *καὶ δι' Ἀχαΐας, καὶ Φθιώτιδος*. At locus non emendatione indiget, sed explanatione. Ut duplices fuere Achaei, Phthiotici et Peloponnenses, ita duplex etiam Achaia, Phthiotidis alia, alia Peloponnesi. Achaeos fuisse in Thessalia, cuius Phthiotis pars, operose ostendit Salmas. in lib. de Lingua Hellenistica pag. 288 et seq. Achaia Phthiotidis est illa, de qua Apollon. Scholiast. ad Argon. lib. I. v. 178. *Ἀχαΐας δὲ μέρος τῆς Θεσσαλίας, ἧς ἡ Πελλήνη.* * Munck. Achaia Phthiotis dicebatur terra exigua ad sinum Maliacum. Liv. lib. XLII. extr.

Pag. 33, 22. *τὸ Μαινάλιον*] Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 168. *Μαίναλον ὄρος Ἀρκαδίας καὶ πόλις, ἀπὸ Μαινάλου τοῦ Ἀρκάδος, οὗ πατὴρ Λυκάων.* Pausan. tamen Arcad. [lib. VIII. cap. 36, 5.] pag. 674. *Τὸ δὲ ὄρος τὸ Μαινάλιον, ἱερὸν μάλιστα εἶναι Πανὸς ὀνομάζουσιν*, videturque distinguere *τὴν Μαίναλον*, urbem. Ibid. [cap. 3.] pag. 603. Verh. Mons ille Arcadiae veteribus dicebatur *Μαίναλον* et *Μαινάλιον*. Vid. Strabo lib. VIII. pag. 267. Schol. Pind ad Olymp. Od. IX. v. 86. pag. 389. ed. Heyn.

Pag. 33, 23. *Ὤικει ... ἐπ' ἄκρῳ τῷ σκοπέλῳ*] Nullam hic difficultatem offendit Munckerus, loci sanitatis,

qua est, satis convictus. Ἐπὶ cum genitivo, de quo nulla est controversia, nonnunquam construi, exemplis probat Berkelius, sed quod erat probandum, perinde esse, gignendi an dandi casui iungatur, praetermisit. Hoc negant alii, vel si dativo iuncta occurrat, hanc praepositionem alias habere significationes contendunt. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. lib. I. cap. 30. ubi ἐπὶ ἵππῳ ἐτύχομεν ὄντες, mutat in ἐφ' ἵππων, quia et Graecae linguae ratio postulat, et usus voculae ἐπὶ, quod variis ipsius Aeliani locis confirmat. Sed contra Mss. ut ad Aristoph. Plut. pag. 124. observat Hemsterh. qui ἐφ' ἵππῳ etiam apud Lysistr. v. 561. ibi a Scholiaste citat. relinqui potuisse, addit. Vir etiam Eruditiss. in Miscell. Observatt. T. II. pag. 153. Perizonii opinionem plurimis exemplis comprobare enititur, adeo ut nullum admittere videatur locum, ubi ἐπὶ dativo iunctum, quo hic sensu, capi possit, unde una voce hic legendum censet: ἐπάκρῳ τῷ σκοπέλῳ, ut esset ellipsis τοῦ ἐν; Οὗτος ἐν ἐπάκρῳ cet. Quamquam alias eiusmodi ellipsin frequenter occurrere non ignoro, in primis praepositionum, unde saepe molestia oritur interpretibus: quemadmodum locum Strabonis lib. III. 160. corruptum et aliqua voce mutilum censet Casaubonus: Τινὲς δὲ καὶ τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται, quem sanum fore existimo, si legas Τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν cet. Illud tamen hoc loco minime necessarium statuere, opinor. E pluribus enim locis, quae adferre possem, pauca tantum proferam, omni exceptione maiora. Xenoph. [Cyropaed.] lib. V. [cap. 2. §. 1.] pag. 119. Κῦρος μὲν ἐφ' ἵππῳ. Novi etiam alibi dixisse ἐπὶ τῶν ἵππων καθήμενοι, sed hinc colligo scriptorem unam eamdemque significationem voculae indidisse seu gignendi sive dandi casui iunctae; si quis tamen ἐφ' ἵππου emendandum contendat, en Hom. Il. Α. v. 88.

Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.

Il. Β. v. 352.

Ἤματι τῷ ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον.

Quod si quis hic tmesin praeferat, is tamen dativus, iuxta Technicorum canonas a vi praepositionis pendet: sic, quod in Misc. illis Observatt. ipse agnoscit Vir Doctiss. dixit paullo ante Liberalis ὃς ταῖς βουσὶν ἐπέβαινεν. Sed controversiam non admittit Aristophanis locus in Pluto v. 338. Λόγος πολὺς ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι καθημένων. Adde Eurip. Iphig. in Aul. v. 5. Καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν. Phoen. v. 74. Ἐπὶ ζυγοῖς καθέζετ' ἀρχῆς. Schol. Ἐπὶ γὰρ τοῦ ὑψίστου ζυγοῦ καθήμενος, ὡς κυβερνήτης πάντας φέρει

τοὺς οἴκαδε. Orest. v. 1058. Ἐπὶ σκήπτροις ἔχων τὴν ἐλπίδ'. Schol. ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ. Apollon. Rhod. lib. I. v. 934. ἐπὶ νυκτὶ, nocte. Dionys. Perieg. v. 42. Σχῆμα μὲν οὖν τρισσῇσιν ἐπὶ πλευρῇσι βέβηκε. Ubi inter alia Eustathius: Καὶ κώμη τις ἐπὶ τῇ τοῦ Δέλτα κορυφῇ, *et pagus quidam situs in vertice huius Delta.* Iterum Apoll. Rhod. lib. I. v. 365. ...Ἀπὸ δ' εἵματ' ἐπήτριμα νηήσαντο Λείῳ ἐπὶ πλαταμῶνι. v. 375. Τὸν δὲ κατάντη κλῖναν ἐπὶ πρώτῃσι φάλαγξιν. Homer. laud. Hoelzl. Il. *B.* v. 89. Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι. Act. Apost. cap. XXVII. v. 43. Ἐκέλευσε ... ἐξιέναι ... οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν, οὓς δὲ ἐπί τινων ἀπὸ τοῦ πλοίου. Eadem notione variato casu. VERH.

Pag. 33, 26. ἐκ τῶν οἰκίων] Cod. Paris. οἰκείων, quod nunc amplector.

Ibid. ἔγνω περὶ τῶν β.] Ovid. lib. II. Metam. v. 686.

— Arte sua silvis occultat abactas.
Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo
Rure senex: Battum vicinia tota vocabant.

In ceteris paullum a nostro dissentit: nam non rogasse, sed a Mercurio ultro offerente accepisse ait mercedem, ut furtum silentii peplo involveret: *nitidam cape praemia vaccam. Et dedit.* VERH.

Pag. 33, 27. ὅτι κλοπημαίας ἄγει] Non eodem modo in hac fabula media vox scribitur; infra reperio: ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῷ, μὴ κλοπιμαίας βοῦς ἔγνω παρελαθείσας. Verum κλοπιμαῖος in usu est, licet vox a κλοπὴ deducenda sit. BERKEL. Xylander hic κλοπημαίας, mox dedit κλοπιμαίας. Hoc usitatum, illud analogicum a κλοπή dicit Berkelius, unde forsan diversam utroque loco scribendi rationem cum Xylandro servavit. Galeus bis κλοπημ., Munckerus toties κλοπιμ. ex frequentiore, opinor, usu. VERH. Rem expediit Bastius. Videlicet adiectiva in ιμαιος desinentia quum maximam partem formentur a substantivis vel in η vel in ος exeuntibus, quo pertinent, ut alia omittam, ἁρπαγιμαῖος (vid. Phrynichi Προπ. Σοφ. in Bekk. An. Gr. T. I. sub v.), ἐπιστολιμαῖος, ὑποβολιμαῖος, ὑποθηκιμαῖος, εὐχωλιμαῖος, πηγιμαῖος, ἀγχονιμαῖος (v. Moer. Attic. pag. 260. a. ed. nostrae), et νεκριμαῖος, τραχηλιμαῖος etc. quorum plurima seriori aetati tribuenda, nemo dubitabit, quin κλοπημαῖος vox sit mero vitio creata atque vere barbara.

Pag. 34, 2. δώσειν ἐπὶ τούτοις] h. e. *hac conditione.* Apollod. sive eius epitomista lib. II. [cap. 2. §. 2.]

pag. 69. θεραπεύειν ἐπὶ μισθοῖς τηλικούτοις. Idem lib. I. [cap. 9. §. 12.] pag. 38. ὑπέσχετο, ἐφ' ᾧ τὰς βόας λήψεται. Sed pag. seq. ὑπὸ μέρει βασιλείας ἰασάμενος αὐτάς. An et heic ἐπὶ reponendum sit, dubito: ὑπὸ enim, quando idem valet, quod *propter*, pro ἐπὶ positum videtur. Vid. Viger. de Idiotis. Linguae Graec. cap. X. sect. 9. Munck.

Pag. 34, 4. ἐν τῷ πρηῶνι] Supra cap. 11. Ἵν' ἐστὶ νῦν ὁ πρηὼν παρὰ τὴν πόλιν. Ita enim πρηών, πρεών et πριών scribitur. Vid. Salmas. in Plin. Exerc. pag. 568. ubi, quod ex ipso illo Antonini loco patet, non nomen proprium, quod hic utroque loco interpres, existimat, sed *collis iugum urbi imminens*, vertit. Unde h[...] cum Cl. Valckenario ἐν τῷ πρηῶνι vertendum *sub montis vertice*, ubi spelunca, in quam boves abdidit. Verh. Πρηῶνι Cod. Parisin.

Pag. 34, 9. χλαῖναν] Male interpres *chlaena*. Χλαῖνα est *laena*. Consule Iuvenalem et Persium. Iam diu est cum id docuit Ferrarius de Re Vest. P. II. lib. I. Munck.

Ibid. διδοὺς δὲ μισθὸν χλαῖναν ... χλαμύδα] χλαμύδα. Haec vox mirifice corrupta est: lege τὴν χλαῖναν, quam Mercurius promissae mercedis loco Batto persolvebat. Berkel. Χλανίδα. Pessime hactenus ediderunt χλαμύδα. Repugnant enim antecedentia. Χλανὶς et χλαῖνα idem. Sane Pindari Scholiastes ad Olymp. Od. IX. [v. 146. pag. 397. ed. Heyn.] ψυχρᾶν αὐρᾶν φάρμακον χλαῖναν et χλανίδα appellat. Hinc χλανίδια vestimenta Eurip. Orest. v. 42. χλαμὺς est *paludamentum*, ut notarunt Glossographi. * Μισθὸν χλαῖναν, quam paullo post χλαμύδα appellat. Sed χλαῖναν pro eo substituit Vir Cl. (Berkel.). Atqui propius accedebat χλανίδα, quod ego volui. Nunc valde dubito, an quidquam sit mutandum. Χλαίνας χλαμύδας interpretatur Hom. Schol. ad Odyss. Ξ. v. 513. cui accedit Apollonius, χλαμύδα appellans id indumentum ad lib. I. v. 763. quod ad v. 721. dixerat χλανίδα. Nec refragatur Hesychius: Χλαῖνα, inquit, χλαμὺς, ἢ ἱμάτιον χειμερινὸν cet. Χλαμὺς, χλαῖνα. Ita enim recte emendant docti homines. Restituenda eadem vox in Fragmento perelegantí Hipponactis apud Tzetz. in Lycophronem, v. 854. Ἐμοὶ γὰρ, inquit, οὔτε χωλαίναν δασεῖαν ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγες, οὔτ' ἀσκέρασι τοὺς πόδας δασείῃσιν ἔκρυψας, ὡς μίμοι χίμετλα γίνηται. Multipliciter corruptum hoc λείψανον. Corrige et distingue, ut iambos esse scazontes appareat:

Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔδωκας οὐδέπω χλαῖναν
Δασεῖαν ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγους,

Οὔτ' ἀσκέραισι τοὺς πόδας δασείῃσιν
Ἔκρυψας, ὥς μή μοι χίμετλα γίνηται.

MUNCK. Ut hic Munckerus, sic etiam Berkelius in altera editione priorem opinionem abiecit, unde nostro suum restituimus. Conf. V. D. ad Hesych. supra laud. et Observv. Misc. T. III. pag. 414. *Χλαῖνα* Latinorum *laena* est, et differt quodammodo a chlamyde, ita tamen, ut alteram per alteram exponant Grammatici, aliique promiscue adhibeant. Vid. Jer. Marklandi Epist. ad Fr. Hare, pag. 87. et seqq. Ovid. l. d. v. 700. aliter: *Iuncta suo pretium dabitur tibi femina tauro.* Lactant. tantum: *praemium promisit.* VERH. *Χλαμὺς* peculiare erat iuvenum vestimentum, *χλανὶς* vestis tenuis hominumque delicatiorum. Vid. Baehr. ad Plutarch. Alcib. pag. 194. Jacob. ad Lucian. Tox. pag. 140. Meinek. ad Menand. Reliqq. pag. 368.

Pag. 34, 13. *ἐῤῥάπισεν αὐτὸν τῇ ῥάβδῳ*] Ita rescripsi pro *ἐράπισεν*, quod utraque praeferebat editio. Matth. cap. XXVI. v. 67. *οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν.* Caduceum Mercurii sceptrum intelligit, de quo Ovid. lib. II. v. 736. Servius ad Aen. lib. IV. v. 242. Hinc *χρυσόῤῥαπις ὁ Ἑρμῆς.* Hesych. Noster superius cap. 10. *αὐτὰς Ἑρμῆς ἁψάμενος τῇ ῥάβδῳ μετέβαλεν εἰς ὄρνιθας.* De Diana cap. 2. *ἄχρις αὐτὰς Ἄρτεμις ἁψάμενος ῥάβδῳ μετέβαλεν εἰς ὄρνιθας.* *Ῥαπίζω* eleganter exponitur in Glossis Cyrilli, *expalmo, alapo.* Gloss. Latino Graec. *Alapatur, ἀλαπάζει. Alapator, καυχητής.* Vide, num hoc vocabulum restitui possit Senecae Controv. lib. II. cap. 12. *Quasi disertus es, quasi formosus es, quasi dives es: unum tantum non es quasi, alapam.* Cogitabam, *alapator*, h. e. *ἀνὴρ ὑβριστής.* MUNCK. Cfr. Lobeck. ad Phryn. pag. 176.

Pag. 34, 14. *εἰς πέτρον.*] Idem Lact. *In lapidem eum, qui ab eventu ... index vocatur.* Ovid. v. 705.

— *Periuraque pectora vertit*
In durum silicem, qui nunc quoque dicitur index:
Inque nihil merito vetus est infamia saxo.

VERH.

Pag. 34, 15. *λέγεται ... παροδευόντων*] Subaudi *ὑπό.* Sophocl. Ai. Flag. v. 820.

Ἔγνωκα δὴ φωτὸς ἠπατημένη.

Nisi melius putas divisim legi, *παρ' ὁδευόντων.* Notat enim *παρὰ* idem interdum, quod *ὑπό.* Id quod etsi non observarunt Technici, nihilo tamen minus verum est. Schol. Pind. ad Pyth. Od. IV. [v. 303. pag. 571. ed. Heyn.] *κατε-*

λείφθη παρὰ τῶν Ἀργοναυτῶν. Apollod. lib. III. [cap. 7. §. 5.] ξενίζεται παρ' αὐτοῦ. Scholiastes in Hypothesi Iliad. Α. παρὰ τοῦ Νέστορος προτρέπεται. Palaeph. cap. 13. παρὰ πατρὸς ἐτάφη. Interpres: *iuxta patrem sepultus est.* Verte tu: *a patre sepultus est.* Vide Ovid. lib. VIII. Metam. v. 234. Munck. Notum est, vel ab optimis scriptoribus omitti aliquando praepositionem ὑπὸ ad verbum passivum relatam. Testem satis locupletem profert Bastius Aristoph. Nub. v. 1087. ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ. atque multis augeri potest haec ellipsis. Tamen praeferendum duco cum eodem Bastio παρ' οὐδενόντων. Verba passiva saepissime adiunctam habere praepos. παρὰ, probant loci permulti, velut Achill. Tat. lib. VII. cap. 1. pag. 151. ed. Jacobs. παρὰ τοῦ Θερσάνδρου δεδιδαγμένος, ubi alii ὑπό. Chion. Epist. 16. καί μοι πρῶτον παρ' αὐτοῦ παρηγγέλθη. Aristaenet. lib. I. ep. 26. lib. II. epp. 10. 18. Heliod. lib. VII. pag. 304.

Pag. 34, 19. αὐτὴν ὑπὸ πολλοῦ καύματος] *aestu.* De hac Cereris oberratione Apollodorus, Clemens Alexandr. et Cicero in Verrinis. Gale. Nicandri, cuius ipsa verba saepe retinet Antoninus, vocem genuinam hic excitavit Piersonus Verisim. pag. 37. Καὶ αὔην ὑπὸ cet. Lactantius et Ovidius, quos testes citat, confirmant; ille *aestu torrida:* hic, *fessa labore sitim collegerat.* Verh. Piersoni coniecturam approbat Bastius, nisi quod αὐτὴν quoque retinendum esse censet. Cfr. Wyttenbach. Epist. crit. pag. 231. Similiter αὖος cum ὑπὸ iunxit Alciphron lib. III. epist. 4. αὖος ὑπὸ λιμοῦ. ibid. ep. 70. αὖος ὑπὸ τῆς ἐνδείας.

Pag. 34, 20. Μίσμη] Hanc historiam tam diverse tradunt scriptores, ut alter cum altero non solum non conciliari possint, sed nec sibi conveniant. Aliter Antoninus, aliter Apollodorus lib. I. cap. 5. aliter Nicander, qui duas, quas Ovidius persequitur, lib. V. Metam. a v. 438. et 462. fabulas confundere videtur. Cl. Burm. ad Ovid. v. 448. sed et ipse Ovidius eamdem hanc fabulam longe diverso modo refert in Fastis lib. IV. a v. 401. In his de Metanira Celei uxore agit, a cuius filiabus primum excepta Ceres ad Metaniram ducebatur, eiusque filium Triptolemum morbo laborantem sanitati restituit, serendique artem docuit Dea, cui epulum apposuit grata mater. In Metamorphosi Cererem ab egena muliere in casam fuisse receptam potuque recreatam tradit. Celeum senem facit in Fastis, et pauperem, contra ac reliqui. Nam Ovidio qui patrocinantur Virgilii loco lib. I. Georg. v. 165. frustra sunt. Eleusiniorum regem Celeum faciunt ibi Servius et Philargyrius, quod confirmatur auctori-

tate Apollod. d. l. τὸν βασιλεύοντα τότε Ἐλευσινίων. Fragm. Homeri ex Hymn. in Cerer. Ἡγήτορα λαῶν laudat. Neapoli ad Ovid. Fast. d. l. et Athenagorae, qui p. mihi 16. Ἀθηναῖοι μὲν Κελεὸν καὶ Μετάνειραν ἵδρυνται θεούς. Unde etiam videmus Celei uxorem Metaniram (alibi et apud alios male *Meganiram*), fuisse, quod Ovidius, Apollodorus, aliique constanter quoque docent, excepto tantum Nicandro in Theriac. v. 486.

— ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις
Ἀρχαίη Μετάνειρα θεὴν δειδέκτο περίφρων.

Ubi nescio quid velit Meursius in Eleusin. cap. 3. legens: *quando in Celei ancillis Therapnis* etc. Vid. Viri D. ad Hesych. v. et inprimis D'Arnaud, qui, quod et Heinsius iam fecerat, hemistichium illud ex Nicandro producit. Verosimilius itaque Cererem prius ab una ex Metanirae ancillis exceptam fuisse, ut alii tradunt, et quidem nomine Jambes, quod ipse Nicander memorat v. 130. Alexiph.

— — ποτόν· ᾧ ποτε Δηὼ
Λευκανίην ἔβρεξεν ἀν ἄστυρον Ἱπποθόωντος
Θρηΐσσης ἀθύροισιν ὑπαὶ ῥήτρησιν Ἰάμβης.

Quem locum ad Ovid. Metam. d. l. Micyllus recte ita interpretatur, ut non Jambe Hippothoontis ancilla dicatur, sed urbs Hippothoontis, nempe Eleusin, in qua habitabat Celeus. Et tamen hic forte locus Scholiasten Euripid. Orest. ad v. 962. in errorem adduxit, quamquam cetera ad historiam illustrandam non parum conducit. Ἡ Δηὼ, νῆστις περιήρχετο, ζητοῦσα αὐτήν· καὶ δὴ περιερχομένη καὶ ζητοῦσα αὐτὴν ὑπεδέχθη ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ Ἱπποθόωντος ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Μετανείρας, ἥτις Μετάνειρα παρέθηκεν αὐτῇ τράπεζαν, καὶ ἐκέρασεν αὐτῇ οἶνον· ἡ δὲ θεὸς οὐκ ἐδέξατο, λέγουσα μὴ θεμιτὸν εἶναι πιεῖν αὐτῇ οἶνον, ἐπὶ τῇ θλίψει τῆς θυγατρός. Ἀλφίτων δὲ κυκεῶνα ἐκέλευσεν αὐτῇ κατασκευάσαι, ὃν δεξαμένη ἔπιεν. Ἰάμβη δή τις δούλη τῆς Μετανείρας, ἀθυμοῦσαν τὴν θεὰν ὁρῶσα, γελοιώδεις λόγους καὶ σκώμματά τινα ἔλεγε, πρὸς τὸ γελάσαι τὴν θεόν. Honesta haec et Apollodoro confirmata Deae magis conveniunt, quam, quod alii volunt, turpi et obscoeno spectaculo, quod et Ovidius, observante Burmanno, praetermisit, delinitam fuisse. Verh.

Ibid. διδοῖ ποτὸν ὕδωρ, ἐμβαλοῦσα γλήχωνα καὶ ἄλφιτον εἰς αὐτό] *Polentatam potionem*, Lactant. et Ovid. lib. II. infra cit. Arnobius lib. V. (p. m. 103.) *Perducit totum Cyceonis laeta liquorem.* Ἀλφίτων κυκεῶνα appellat Euripidis Schol. (infra l.) Hom. Interpres ad

Il. *Λ*. v. 623. *Ἔστι δὲ δίψους ἴαμα ὁ κυκεὼν, ἐκ διαφόρων εἰδῶν σκευαζόμενος*. Eadem verba legas apud Etymol. M. auctorem in *Κυκεών*. Adde Hesych. in *Κυκείω*. MUNCK. Vid. inprimis Heins. et Burm. ad Ovid. v. 450. VERH.

Pag. 34, 22. *τὸ ποτὸν ἀθροῦν*] *ἀθροῦν* contracte pro *ἀθρόον* dicitur. BERKEL. Xyland. *confertim*. Mallem *universum* sive *omnem potum*. * Lactant. *Cum avidius biberet*. *Ἐξέπιε κατὰ δίψος τὸ ποτὸν ἀθροῦν*, quod esset, *totum Cyceonis potum*. Mallem tamen *ἀθρόως*, hoc est, *οὐ διαιροῦσα εἰς μικρότατα τῶν ἐκπομάτων*, ut ait Theocriti Schol. ad Eid. Z. v. 69. Schol. Hom. ad Iliad. *X*. v. 29. *Οἱ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι* etc. Sed *ἀθροῦν* adverbialiter accipi potest. Gregor. Naz. *Στιχ*. *Χόλος προςῆλθε, καί μ' ἔκλειψεν ἀθρόως*. Sed in Excerpt. Vet. Cod. quae penes me sunt, *ἀθρόον*. Vid. Fabr. ad Anacr. pag. 154. Etym. M. Auct. in *Ἀμυστί*. *Ἀμυστὶ πίνειν. οἱ δὲ ἀθρόως*. * De potu illo Ovid. lib. V. v. 450.

Dulce dedit tosta quod coxerat ante polenta.

Ad quem versiculum vide Commentatores. *Ἀλφίτων κυκεῶνα* vocat Eurip. Schol. ad Orest. [v. 962.] pag. 209. Ed. Steph. ubi hanc fabulam habes. MUNCK. Hinc *ἐξαμυστίσαι* Suidae, *ἀμυστὶ, τουτέστιν ἀπνευστὶ καὶ ἄνευ τοῦ ἀναπαύεσθαι πίνειν*. Atque ita *ἀθροῦν* cum *ἐξέπιε* iungendum est. Sic in Apollodoro lib. I. cap. ult. §. 24. *οὓς ἔλεγεν, ἐπειδὰν ἀθρόως θεάσηται*, uti in omnibus Editt. etiam Coll. D'Orvill. est, *ἀθρόους* legendum opinor. VERH. Vid. Koch. Praef. ad Moer. Attic. pag. LXIX. sq. Pierson. ad eund. pag. 17 sqq. Idem Moeris pag. 367. *χανδὸν πιεῖν, Ἀττικῶς. κεχηνότως καὶ ἀθρόως, Ἕλληνες*.

Pag. 34, 23. *παῖς ὁ τῆς Μίσμης Ἀσκάλαβος*] Hic iterum intricata omnia. Quem Antoninus *Ascalabum*, *Stellen* vocat Lactantius. Alii aliter. Vid. Heins. ad Ovid. d. l. v. 451. Mismes filium facit Noster. Lactantius: *puerum quemdam eiusdem casae*. Neque hoc alienum; nam Ovidius, ubi dixerat, *Prodit anus e casa*, subiungit: *duri puer oris et audax Constitit ante Deam*. Poena ab his non ita diverse describitur: ab illo, *Eam procacius est prosequutus, praedicans aviditatem eius in bibendo: cuius dea audacia pueri offensa, in malis partem potionis in eum effudit, fecitque, ut in stellionem converteretur, qui potionem sparsam polenta tergo ostenderet*; ab hoc,

— Neque adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit diva polenta.
Combibit os maculas, et qua modo brachia gessit,

Crura gerit: cauda est mutatis addita membris:
Inque brevem formam, ne sit vis magna nocendi,
Contrahitur: parvaque minor mensura lacerta est.

Certe Antoninus duas hic fabulas confundit, pueri, quicunque fuerit, qui Cererem, quod avidius biberet, irriserit, inque stellionem, id est, lacertam variegatam, vid. Isidor. lib. XII. cap. 4. conversus fuerit; et alterius, qui Proserpinam apud inferos mali Punici grana gustasse indicaverat, ut narrant Apollodorus et Ovidius in sequenti fabula. Huius nomen demum fuit Ascalaphus, uti scribendum ex aliis liquet, nati ex Orphne et Acheronte, ut Lactant. et Ovid. vel ut Apollodorus ait, ex Gorgyra et Acheronte, ob indicium hoc in avem bubonem mutati, ut tradit Lactantius et Ovidius, a quibus tamen magno opere dissentit Apollodorus, qui Ascalapho ob falsum testimonium grave saxum apud inferos impositum scribit, quod tamen, uti idem narrat lib. II. cap. 5. cum Hercules ad inferos delatus revolvisset, tum demum Ascalaphum a Cerere in bubonem fuisse conversum. Ὦτον dicit, ut cum Munckero non sit, quod in Gloss. Steph. reponamus ὠτίς. De Ἀσκάλαβος vid. Suid. v. Ἀσκαλαβώτης, vel ubi eadem reperies, Etymol. M. et in v. Γαλεώτης. Phile de Anim. pag. 120. et Bochart. Hieroz. pag. 1087. Verh.

Pag. 34, 24. ἐποιήσατο γέλωτα] Sic Cod. Paris. Legebatur ἐποίησε. Vid. cap. 32. pag. 42, 22. et Coraës ad Heliod. pag. 200.

Ibid. καὶ αὖτις ἐκέλευεν] Hoc in Cod. Paris. in editionibus ἐκέλευσεν. Veteres tempora variare solent ad venustatem narrationi conciliandam. Vid. Bast. Epist. crit. pag. 218. ed. Wiedeb. Brunck. ad Eurip. Hec. v. 21.

Pag. 34, 26. ὡς εἶχε] Haec omisit in interpretatione Xylander. Vertas *statim*, *confestim*, *sine mora*. Plura qui cupit, is adeat Duker. ad Thucyd. lib. III. cap. 30. Locell. ad Xenoph. Ephes. pag. 194. et 287. Jacob. ad Lucian. Tox. pag. 105.

Pag. 34, 27. ὁ δὲ μεταλαβών] Miratur Bastius, neminem hoc offendisse ante Lennepium, qui ad Phalar. Epp. pag. 273. primum recte mutatum iverit in μεταβαλών. Scilicet utriusque vocabuli confusio fere sollemnis est atque verbum μεταβάλλειν hac in re Antonino familiare, velut cap. 11. pag. 18, 27. Πολύτεχνος δὲ μεταβαλὼν ἐγένετο πελεκᾶν. Cap. 32. pag. 42, 24. μεταβαλὼν ἀντὶ τῆς κλεμμύος ἐγένετο δράκων. At alterum μεταλαβὼν quoque defendi posse

quis neget? Xylander: *Isque mutata natura in variegatam corpus bestiam ascalaphum abiit.*

Pag. 34, 28. ἀσκάλαβος] Vitiose in editionibus vulgatis ἀσκαλαβός. *Ἀσκάλαβος* et *ἀσκαλαβώτης* est *Stellio* Ovid.

— *Aptumque colori*
Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

Miror *Ascalaphum* transtulisse Xylandrum. *Ἀσκάλαφος* enim vocabulum avis, de qua Aristot. lib. II. cap. ult. Eo nomine etiam dictus fuit Orphnes vel Gorgyrae, ut alii, et Acherontis filius, qui Proserpinae suo indicio reditum ademit. Vid. Ovid. lib. V. Metam. v. 539. et Apollod. lib. I. [cap. 5. §. 3.] pag. 13. In bubonem conversum illum canit Ovidius lib. modo laudato. At Apollodorus lib. II. [cap. 5. §. 12.] pag. 107. *Ἀσκάλαφον οὖν Δημήτηρ ἐποίησεν ὦτον.* Interpres: *Ceres Ascalaphum in bubonem mutavit.* Atqui non ὦτος, sed βύας est bubo. Philos. Hist. A. lib. VIII. cap. 12. ὁ δὲ ὠτὸς ὅμοιος ταῖς γλαυξί, καὶ περὶ τὰ ὦτα πτερύγια ἔχων· ἔνιοι δὲ νυκτικόρακα καλοῦσιν. Plin. lib. X. cap. 23. *Otus bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus, unde et nomen illi: quidam Latine asionem vocant.* Gloss. Steph. *Avis Tarda*, ὦτος. corrig. ὠτίς. Gloss. Cyrill. ὠτὶς, τὸ ὄρνεον, *avis Tarda.* Vid. Plin. lib. X. cap. 22. Munck. Cod. Paris. constanter ἀσκαλαβός.

Pag. 35, 3. Ὠρίωνος τοῦ Ὑριέως] De Orionis ortu conf. Viri D. ad Hygin. cap. 195. et Astron. lib. II. cap. 35. ubi, cum in aliis locis eius patris nomen corrupte scribat, diserte legit *Hyriea*, quomodo ubique restitutum ivit Munckerus, et ad Ovid. lib. V. Fast. v. 535. Est itaque etiam Apollodoro lib. III. cap. 10. restituendum, ubi *Ὑρέα*, vel quod deterius, in Coll. D'Orvill. *Ὑβρέα*, reperias. Cum nostro facit Eratosthenes cap. 20. Schol. Hom. Il. Σ. v. 486. et Palaeph. cap. 5. Viris D. iam citati. Verh.

Ibid. ἐν Βοιωτίᾳ] In oppido Boeotiae Tanagra, testibus Hom. Schol. ad Il. Σ. v. 486. * Eustath. ad Il. *P.* v. 200. * Palaeph. cap. 5. Male in Thracia eum locat Hygin. cap. 195. * Aristonicus tamen apud eumd. Astron. II. 24. Thebis eum, Pindarus in insula Chio vixisse produnt. Nimirum ex Boeotia Chium venit, ut insulam a feris bestiis repurgaret, ut scribit Theo ad Aratum, pag. 81. ed. Lond. Tzetzes in Lycophr. [v. 326.] pag. 61. *Ποιμανδρία πόλις Βοιωτίας, ἡ καὶ Τανάγρα καλουμένη.* * Boeotium etiam Nicander facit Theriac. Sed perperam eius patrem Orieum

Scholiastes. MUNCK. Vid. quem ad Hygin. laudat Staveren. P. Leopard. lib. XIII. Emend. cap. 22. VERH.

Pag. 35, 4. *Μητιόχη*] Vid. Ovid. lib. XIII. Metam. v. 692. MUNCK.

Pag. 35, 6. *Ἀθηνᾶ μὲν ἐδίδασκεν . . . ἱστοὺς ἐξυφαίνειν*] Nimirum textoriae artis inventrix Minerva. Unde *ὑφαντικὴν καὶ ὑφαίνειν δῶρα Ἐργάνης δαίμονος* appellat Aelianus Var. Hist. lib. I. cap. 2. ad quem locum consule Clar. Scheffer. MUNCK.

Pag. 35, 7. *ἐξυφαίνειν*] *Pertexendi.* Vindicat hoc verbum Perizon. ad Aelian. V. H. lib. XII. cap. 57. VERH.

Pag. 35, 11. *δύο τοὺς Ἐριουνίους*] Epitheton est, quod proprie Mercurio, de quo hac fab. nulla est mentio, attribuitur. Homerus Iliad. *Ω.* [v. 360.] — *αὐτὸς δ' ἐριούνιος ἐγγύθεν ἐλθών.* ad quem locum vide Eustathium pag. Rom. edit. 1354. Sed vereor, ne locus sit depravatus: si non longius a vulgata lectione recederet, reponerem *χθονίους*, qui deinde invocantur ab Orionis filiabus: *τρὶς δὲ βοησάμεναι χθονίους δαίμονας* etc. BERKEL. Intellige *χθονίους*, Plutonem et Proserpinam. Hesychius et Eustathius ex tragicis sic interpretantur. GALE. Mercurius *κατ' ἐξοχὴν Ἐριούνης* et *Ἐριούνιος* dicitur, hoc est, explicante Eustathio, *ὁ λίαν ὠφελῶν, παρὰ τὸ ἐρι καὶ ὀνῶ, ἢ χθόνιος παρὰ τὴν ἔραν.* *Ἐριούνιος* ergo *Ἑρμῆς* est *χθόνιος Ἑρμῆς* Luciani et Sophoclis Ai. Flagell. v. 843. [831. Lob.]

Καλῶ δ' ἅμα πομπαῖον Ἑρμῆν καὶ χθόνιον.

Quid impedit ergo, cum *ἐτυμολογία* nihil repugnet, quominus et *ἐριούνιοι* iidem dicantur, qui *χθόνιοι?* Exempla tantum aliorum desidero. MUNCK. Exempla, quae desiderat Vir Erud. non longe sunt quaerenda. Ea dabunt ipse Antoninus et Etymologici M. Auctor: Ille eosdem, quos hic *ἐριουνίους*, mox vocat *δαίμονας χθονίους*: hic *Ἐριούνιος, χθόνιος* cet. ut recte hic Berkelius, qui praeter eos alium Etymologici locum et Eustathium laudat. Sed inde, quamquam videmus synonyma esse, et saepe iungi, ut patet ex eodem Etymol. v. *Ἐρεχθόνιος*, Aristoph. Ran. v. 1175. aliisque: constat proprium esse Mercurii epitheton, quod ex Homero, Hesychio, aliis manifestum est. Vid. Schol. Il. *Ω.* v. 360. Il. *Υ.* v. 35. et 73. et Spanhem. ad Aristoph. d. l. Ut hoc loco, quum in tota Antonini fabula ne mentio quidem Mercurii fiat, alii intelliguntur, nempe Pluto et Proserpina, ut bene observat Galeus, quamquam, quod addit, ita exponere Eustathium et Hesychium, invenire non potui, nisi quod hic: *Χθόνιος Ζεύς, ὁ Ἀΐδης.* VERH. *θεοὺς* post

ἐριουνίους addidi e Cod. Paris. Rem ipsam explicuit Creuzerus Symb. et Mythol. T. II. pag. 379 sqq. 619. ed. sec.

Pag. 35, 13. εἰ δύο δυσὶν ἔχουσαι] Restitue ἑκοῦσαι, *volentes.* Gale.

Ibid. ἑκοῦσαι] Ita sententia postulat, ut reposui. *Si duae virgines sponte se offerentes illis duobus immolentur.* Vitiose editum fuerat, ἔχουσαι: et bis inferius, ἔκουσαι. Hoc unum est de responsis in pestilentia datis, de quibus Petronii interpretes. Munck. Ἑκὼν et ἔχων passim confunduntur. Vid. ad Sophocl. Aiac. v. 455. G. Canter. lib. VI. L. N. cap. 23. et Schwebel. ad Onosand. pag. 112. Saepius in pestilentia eiusmodi oraculorum responsa, *virgines immolarentur*, data. Petron. Sat. cap. 1. *Responsa in pestilentia data, ut virgines tres aut plures immolentur*, ubi vid. Burmann. Sed inprimis requirebatur, ut se, quod ait auctor, immolandas traderent ἑκοῦσαι. Hoc elici potest ex Quinctiliani ibidem Wouwerio citati verbis: *In pestilentia responsum est virginem immolandam, sorte ductam pater virginem* negavit, magistratus immolavit, non finiebatur *pestilentia: iterum sortiti sunt, altera immolata est.* Vid. etiam Berkelii nota. Verh.

Pag. 35, 15. γυνὴ θῆσσα] A θὴς, δοῦλος, μισθωτός. Hesych. Dictum, ut γυνὴ πόρνη. Jud. cap. XI. v. 1. Vid. not. ad cap. 35. Munck. Schol. ad Apoll. Rhod. lib. I. v. 193.

Pag. 35, 17. ὡς ἐπύθοντο παρὰ τὸν ἱστὸν, ἑκοῦσαι] Codex Paris. παρὰ τὸν ἱστὸν ἔχουσαι, in quo acquiescens Bastius παρὰ mutat in περί. Omnes norunt, significare ἔχειν περί τι, *versari circa aliquid*, *occupatum esse aliqua re*, et phrasis illa nihil aliud sibi vult quam ἱστουργεῖν. Aelian. V. H. lib. III. cap. 42. καὶ αἱ μὲν περὶ τοὺς ἱστοὺς εἶχον. Lucian. Prom. Vol. I. pag. 189. ἀμφὶ τὴν κάμινον ἔχω τὰ πολλά. Fugit. Vol. III. pag. 371. περὶ πλυνοὺς ἔχειν. coll. Reitz. ad eund. Vol. II. pag. 847. Tamen ἑκοῦσαι unice verum habeo propter sequentia. Namque Codicum auctoritas in his parum valet. Ceterum prave interpunctum in Xyl. ed. π. τ. ἱστὸν ἑκοῦσαι, τὸν etc.

Pag. 35, 18. τὸν ὑπὲρ αὐτῶν θάνατον ἐδέξαντο] Xyl. *Sponte sua mortem pro omnibus delegerunt.* Videtur legisse πάντων. Et certe non deterius est, quam αὐτῶν, quanquam referri id possit ad Γορτυνίων. Munck. Frequens vitium hic quoque corrigi poterit, scribendo ὑπὲρ ἀστῶν, *pro civibus.* Valckenar. Hoc dubio caret. Lactant. *Orionis filiae, quae pro populo Thebano passae erant*

immolari. Ovid. lib. XIII. Metam. v. 695. *Pro populo cecidisse suo.* VERH. Cod. Paris. ὑπὲρ αὐτῶν (sic). Impense mihi placet Valckenarii coniectura. Utramque vocem saepius librarii commutarunt. Cfr. Jacobs. Animadvv. in Euripidis Trag. pag. 25 sq.

Pag. 35, 20. βοησάμεναι] Ruhnken. V. Cl. emendat ἐπιβοησάμεναι. Sic enim cap. 7. Πλεῖστα ἐπιβοώμενον ἀμῦναι τοὺς θεούς. Cap. 11. Πλεῖστα τὴν Ἄρτεμιν ἐπεβοήσατο. Cap. 20. Οἱ δὲ ἀπολλύμενοι τοὺς θεοὺς ἐπεβοῶντο. VERH. Vulgatam tuetur Bastius, hunc in modum explicans: βοησάμενοι, ὅτι χθονίοις δαίμοσι ἑκοῦσαι θύματα γίνονται, coll. Taylor. Ind. in Lys. Vol. VI. pag. 917 sqq.

Pag. 35, 21. ὅτι αὐτοῖς ἑκοῦσαι θύματα γίνονται] Huiusmodi homines sponte sese offerentes et morti devoventes, ut urbs vel regio epidemia quadam noxa februaretur, appellabantur καθάρματα vel ἐπικαθάρματα. Vide Scholiast. Aristophanis ad Pluti actum 2. Scen. 4. Petronius circa finem etiam hunc morem meminit: *Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala civitatis, et sic proiiciebatur.* BERKEL.

Pag. 35, 22. κερκίδι] Κερκίδες radii textorii sunt. Virg. Aen. lib. X. v. 576.

Excussi manibus radii revolutaque pensa.

Schol. Eurip. ad Hecub. v. 1153. κερκὶς κυρίως ὁ ἄτρακτος, ἐν ᾧ ὑφαίνουσι. MUNCK. Adde in Bacch. v. 1235. et Iphig. in Taur. v. 222. vocatur κερκὶς Παλλάδος, texendi quippe artis inventricis, a qua etiam Orionis filias artem eam edoctas tradit Antoninus. VERH.

Pag. 35, 23. ἀνέῤῥηξαν] Sic correxi e Cod. Paris. et edit. Xyl. vitiosum ἀνήῤῥηξαν, quod servarunt Munckerus et Verheykius atque caecus eorum pedissequus Lipsiensis.

Ibid. τὴν σφαγήν] Gloss. St. *Iugulus*, et *Iugulum*, κατακλεὶς, σφαγή. MUNCK. Aliter earum mortem describit Ovid. d. l. v. 693.

Hanc non femineum iugulo dare pectus aperto,
Illam demisso per fortia vulnera telo
Pro populo cecidisse suo.

VERH. Σφαγή i. q. κλεῖς. Vid. Ruhnk. Epist. crit. I. pag. 71. Jacobs. ad Achill. Tat. pag. 661.

Pag. 35, 24. *Φερσεφόνη*] Hesych. Φερσεφόνεια, ἡ τῆς Δήμητρος θυγάτηρ, ἡ φέρουσα τὸ ἄφενος, τουτέστι τὸν πλοῦτον, διὰ τὸν καρπὸν, ἀπὸ τοῦ φέρειν ὄνησιν. Gloss. Bened. *Proserpina*, Φερσεφόνη. MUNCK. Alias dicitur Περσέφασσα. Ovid. cui alibi passim *Proserpina* scribitur, in Fastis semper *Persephonen* retinet. VERH. Vid. Heindorf. ad Platon. Cratyl. pag. 404. C. Welcker: *Zeitschrift für Geschichte und Auslegung der alten Kunst.* T. I. Fasc. 1. pag. 22. not. Voelcker: *die Mythologie des Japetischen Geschlechtes* pag. 201.

Pag. 35, 25. *Ἅιδης*] Colebatur Coronae; Strabo lib. IX. GALE.

Pag. 36, 2. *ἐν Ὀρχομένῳ*] Scribo Ὀρχομενῷ. Ita est cap. 10. et sic ex Pherecyde apud Scholiast. Apoll. Rhod. ubique in Apollodoro reposuit Aegius, nec secus alii. VERH.

Pag. 36, 5. *Προσαγορεύουσι δ' αὐτὰς ἄχρι νῦν Αἰολεῖς*] * Atqui in Aonia natas virgines istas, et ab Aonibus templo honoratas dixit in praecedentibus. An ergo Ἄονες pro Αἰολεῖς reponendum? Ita Viro Cl. (Berkelio) visum, qui nuperrime in Antoninum notas suas recoxit. Non accedo. Quae consecratae primitus fuerint ab Aonibus sive Boeotiis, illas etiamnum ab Aeolensibus Coronidas appellari, nihil habet absurdi. Aeolensium enim nonnulli sedem ceperunt postmodo in Boeotia. Hom. Schol. ad Il. *Π.* v. 233. Ἐπεὶ Πελασγοὶ κατῴκησαν τὴν Δωδώνην, ἐκβληθέντες ἀπὸ Βοιωτίας παρὰ Αἰολέων ἐξ Ἄρνης τῆς Φθιώτιδος. Ne dicam iam plurimos Aeolensium fuisse Boeotios. Etymol. in Αἰολεῖς. Ὀρέστης κατὰ χρησμὸν συνήθροισε πολλοὺς τῶν ὀνομαζομένων Αἰολέων, ὡς μέν τινες, ὅτι πλεῖστοι ἤτοι Βοιωτοὶ ἦσαν, ὡς δὲ Μενεκλῆς, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν συνηθροῖσθαι. Sane ex variis gentibus conflatos esse Aeolenses, et inde nomen sortitos affirmat etiam Tzetzes in Lycophr. pag. 200. Ceterum post τὸ πλεῖστοι interserit Δωριεῖς Sylburgius; quam eius coniecturam cum alia adstruunt, tum et illud, quod ait Eustath. ad Dionys. v. 820. Ἡ Δωρὶς ἡ αὐτὴ τῇ Αἰολίδι ἐστί. Ubi autem Doris, et quae eius urbes fuerint, inter alios breviter refert Aristoph. Schol. ad Plut. Act. II. Sc. 3. Cognationem Aeolensium et Boeotiorum hoc quoque vel inprimis arguit, quod a Varrone lib. III. L. L. Aeoles Boeotii vocantur, et Strabo lib. VIII. docet non aliam esse Doricam dialectum, quam Aeolicam antiquam, et non extra Isthmum solum, sed in Isthmo etiam positas gentes Aeolicas fuisse, quemadmodum

pridem in lib. de Numm. Praest. pag. 62. observavit Illustr. Spanhem. * MUNCK.

Pag. 36, 6. κορωνίδας παρθένους] Ut Κουρεὺς et Κουριὰς foem., ita Κορωνεὺς et Κορωνιὰς formatur. Lego igitur Κορωνιάδας. GALE. Lactant. *Harum* (Orionis filiarum) *proci cum cineribus adusti essent, duo adolescentes inde increverunt: qui et virginum nomine Coronae sunt nominati.* Ubi in MS. etiam *Coronidae* invenit Munckerus, idque probasset, nisi secus Ovid. d. l. qui v. 695. sic canit:

— — Pulcrisque per urbem
Funeribus ferri, celebrique in parte cremari:
Tum de virginea geminos exire favilla,
Ne genus intereat, iuvenes, quos fama Coronas
Nominat.

VERH. Vid. Creuzer. Symb. et Myth. T. II. pag. 383. ed. sec. Völcker: *die Mythol. des Japetischen Geschlechtes* pag. 176.

Ἑτεροιουμένων δ'.] Perperam omnino. Scribendum β' auctore Scholiaste Apollonii ad lib. I. v. 1236. Καὶ Νίκανδρος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἑταιροιουμένων (leg. ἑτεροιουμ.) ὑπὸ πασῶν φησιν αὐτὸν ἁρπαγῆναι τῶν νυμφῶν. MUNCK.

Pag. 36, 7. Ἀργοναυτῶν] Libet de *Minyarum* vocabulo, quod interdum Argonautis tribuitur, heic aliquid commentari. Obiter tantum eam rem tetigi in notis ad Hyg. cap. 14. Sed ut pleraque istius opellae, ita etiam illud fuit deproperatum. Argonautae Minyae dicti, quod Minyae filiae, ut Hyginus autumat, plurimos eorum pepererint. Idem tradit Apollon. lib. I. v. 230. Festus in voce *Minyae.* Non, puto, deterius dixeris, quod Argonautarum praestantissimi ex Minyarum gente erant. Erant autem isti Minyae Thessaliae incolae, ex Orchomeno Minyeo oriundi. Strabo lib. IX. Interprete Xylandro: *Sequitur apud Homerum Orchomeniorum recensio, quos ille a Boeotica gente segregat. Minyeum autem Orchomenum appellat a gente Minyarum. Atque inde quosdam coloniam in Iolcum deduxisse ferunt, unde Argonautis Minyarum sit factum nomen.* Hinc intelligis illud, quod annotavit Apollonii Scholiastes ad lib. I. v. 230. ὁ δὲ Σκήψιός φησι περὶ τὴν Ἰωλκὸν οἰκοῦντας Μινύας προσαγορεύεσθαι. Et hunc locum in animo habuit Eustathius ad Il. *B. Ostendit*, inquit, *Geographus*, ὅτι Μινύαι τινὲς Ὀρχομένιοι ἀπῴκησαν εἰς Ἰωλκὸν, ὅθεν καὶ οἱ Ἀργοναῦται Μινύαι παρὰ Λυκόφρονι. Quamvis licet a Boeotica gente segreget Orchomenios Homerus, nihilominus

tamen in Boeotia Minyeum Orchomenum, unde Thessalici Minyae orti, collocant. Eustath. ad Hom. Catal. v. 18. ὁ *Βοιώτιος* (*Ὀρχομενὸς*) *Μινύειος*, *ἐπεὶ Μινύας ποταμὸς αὐτὸν παραῤῥέει*, *ἢ ὅτι γένος λαμπρὸν οἱ Μινύαι*, *ἀπὸ Μινύου τινὸς βασιλέως κληθὲν*, *ἐν αὐτῷ ἤνθησαν.* Consentit brevium Scholiorum auctor, quem Didymum faciunt, et Pindari Scholiastes ad Olymp. Od. XIV. [init. pag. 471 sq. ed. Heyn.]. Sed unde isti Minyarum populo nomen? Scholiastes Apollonii loco modo laudato, a Minya Orchomeni filio, et urbis cognominis rege. Pindari Scholiastes a Minyo quodam Thessalo. Farnab. ad lib. VI. Met. Ovid. v. 720. a Minyeo Thessaliae fluvio, qui postea Orchomenus dictus. Atqui contra habet. Minyeus a Minyis Argonautarum posteris nomen accepit, teste Strabone lib. VIII. pag. 402. edit. Xyl. qui eum non Thessaliae, ut Plinius lib. IV. cap. 8. sed Elidi cum Pausania lib. V. pag. 296. Edit. Wechel. adscribit, pariterque, si Strabo, quemadmodum censet Ortelius, peccavit, cum Anigro confundit. Denique *ψευδώνυμος* ille Didymus, a Minya flumine Orchomenum praeterfluente. *Ψευδώνυμον* voco, quoniam ipse Didymum auctorem laudat ad Il. *Α*. v. 400. *Δ*. v. 379. 475. Paganismum notat ad Il. *Η*. v. 80. Hebraismum Il. *Κ*. v. 559. *Ε*. v. 329. Fuit ergo Christianus. MUNCK. Vid. O. Mueller: *Gesch. Hellen. Stämme u. Städte* T. I. pag. 258 sq.

Pag. 36, 8. *στρατηγὸς ὑπὸ αὐτῶν ἀποδειχθείς*] *Militiae magistrum, ducem*, Diodorus Siculus. GALE. Argonautarum dux non fuit Hercules, sed Jason. Unanimi navigantium consensu haec provincia ei fuit oblata, quam ille abnuit. Vide Apollon. Rhod. et Hyginum Fab. XIV. *Hi* (Argonautae, inquit Hygin.) *cum exirent ad Colchos, Herculem ducem facere voluerunt. Ille abnuit, sed potius Jasonem fieri oportere, cuius opera exirent omnes.* Deest hic τὸ *dixit*, vel simile quid, nisi pro *sed oportere* malis, *quod oporteret.* Barthius Herculi antliam commissam tradit, ita enim Hygini illud, quod paulo infra sequitur, *ad pitulum* sedere interpretatur, quod illo indignum munus existimo, qui visus erat imperio dignus, praesertim cum rei olim ad antliam, non aliter ac nunc ad triremium remos damnari solerent. Vide Casaubonum ad Suet. Tib. cap. 22. et Pithoeum in Adversariis lib. II. cap. 16. Locum igitur magis conspicuum iuxta tutelare Palladis numen *κατ' ἄκραν τῆς πρύμνης* Herculi assignatum fuisse censeo, quod et apprime cum praecedentibus convenit: binis enim ex celeberrimis in prora collocatis, bini ex adverso in puppi opponuntur. Lo-

cus integer mendosus est et transpositus, quem sic emendatum ad me misit amicissimus meus Flor. Petr. Pittenius: *Ad proram sederunt Peleus et Telamon, ad tutelam Hercules et Idas. Post relicto eo ab Hercule loco eius sedit Peleus Aeaci filius. Caeteri ad remos ordinem servarunt.* Multa ad confirmationem huius lectionis in medium adduci possent: sed alias erit opportunior hanc rem tractandi occasio et locus. Berkel. Facit cum Dionysio, quem etiam hoc tradere scribit Apollod. lib. I. [cap. 9. §. 19.] Munck.

Pag. 36, 9. *παῖδα μὲν Κήϋκος*] Alii Theiodamantis. Gale. Theodamantis filium faciunt Hyg. cap. 14. Prop. lib. I. Eleg. 20. Apollon. lib. I. [v. 1213.] *καὶ ἄλλοι ἄλλων.* Confer Schol. Apollon. ad v. 1207. lib. I. Schol. Theocr. Eidyll. XIII. [v. 6.]. Cuius supinitatem castigat Rutgers. Var. Lect. lib. III. cap. 8. Munck. Apollod. lib. I. cap. 9. §. 19. *Ὕλας ὁ Θειοδάμαντος παῖς.* Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 131. menda liberandus: *Ὕλας Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος τοῦ Τρύοπος.* (leg. *τοῦ Δρύοπος.*) *οὕτω Μνασέας. Ἑλλάνικος δὲ Θειομένητα ἀντὶ Θειοδάμαντος καλεῖ.* Sed et illud nomen alio modo effertur eidem Schol. ubi totam hanc Hylae historiam apud alios diversam memorat v. 1207. *Τὸν Ὕλαν ὁ μὲν Ἀπολλώνιος Θειοδάμαντος φησὶν υἱὸν εἶναι. Ἑλλάνικος δὲ Θειομένους. Ἀντικλείδης δὲ ἐν Δηλιακοῖς ἱστόρησεν οὐ τὸν Ὕλαν εἰς τὴν ὑδρείαν ἐξεληλυθέναι, ἀλλὰ τὸν Ὕλον, καὶ ἀνεύρετον γενέσθαι. ἐγένοντο δὲ πολλοὶ ἐρώμενοι Ἡρακλέους, Ὕλας . . . Σωκράτης δὲ ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεον φησὶ τὸν Ὕλαν ἐρώμενον Πολυφήμου καὶ οὐχ Ἡρακλέους γενέσθαι. Ὄνασος δὲ ἐν πρώτῳ Ἀμαζονίδων ἀληθέστερον τὴν ἱστορίαν ἐκτίθεται, οὐχ ἡρπάσθαι αὐτὸν ὑπὸ Νυμφῶν, ἀλλὰ κατηνέχθαι εἰς κρήνην, καὶ οὕτως ἀποθανεῖν.* cet. Sed alia et his fere opposita vid. ad v. 1236. Ceycis Trachiniae regis, ad quem se recepit Hercules, meminit Diod. Sic. lib. IV. cap. 168. Verh. De hoc Ceyce vid. Intpp. ad Longin. pag. 364. ed. Weisk. Ceterum totam hanc narrationem illustravit Creuzerus in libello: *Briefe über Homer und Hesiodus von Hermann und Creuzer* pag. 178. not. Cfr. Meinek. ad Euphorion. pag. 177.

Ibid. *ἴτυπος' νέον δὲ καὶ καλόν*] Xylander in margine suae editionis *ἀτόπως* videtur restituisse; sed nihil ad rem facit. Lego: *συνεπήγετο μεθ' αὐτοῦ καὶ Ὕλαν, παῖδα μὲν Κήϋκος, ἐκτόπως νέον δὲ καὶ καλόν.* Hac voce etiam utitur fab. 10. et aliis in locis plurimis. Haec si non placet, scribe *ὑπερφυῶς*, ut exstat fabula 32. Berkel.

Pro ἰτυπὸς placet ἐκτόπως. Ad reliqua huius capitis illustranda faciet Scholiastes Apollonii in fine lib. I. Ovidius fabulam ab Hyla ad Narcissum transtulit. Virgilius in Eclogis nobiscum facit. GALE. ἐκτόπως rescripsi pro ἰτυποσ' voce nihili. Nisi operae dormitarunt, mirari convenit doctissimum Xylandrum, cur ἀτόπως potius quam ἐκτόπως, cum istud toties in hoc libello legisset, margini appingendum curaverit. Tametsi nimium iam diu est, cum ita legendum esse vidi, moneo tamen, ne quis fidem meam desideret, hoc in Leidensi quoque Editione esse annotatum. MUNCK. Ita et Berkelius, nisi quod, si illud minus placeat, ὑπερφυῶς scribendum censet. Quid vero est ὑπερφυῶς νέον δὲ καὶ καλόν? Praeterea, uti verba non semper suo loco posita aliquando deprehendes, sic nullus dubitabis, quin cum Cl. Ruhnkenio legendum sit: νέον δὲ καὶ ἐκτόπως καλόν. VERH. Infelicissime Toupius Emendd. in Suid. T. IV. pag. 170. ed. Oxon. συνεπήγετο . . . παῖδα μὲν Κήϋκος, τεθηπὼς, νέον δὲ καὶ καλόν. coll. Parthen. cap. 2. ὃς αὐτὸν κατὰ κλέος σοφίας τεθηπὼς ἐν πολλῇ φροντίδι εἶχεν. Cod. Paris. ἰτυποσ', sed lineolis supra ῑ et post σ̄ additis librarius indicare voluit, quae intercludunt, delenda esse. Bastio in Epist. crit. ed. pr. pag. 126 sq. unice probatum Berkelii ἐκτόπως, sed sententiam suam postmodo in altera edit. pag. 166. atque monitus a viro docto in Ephem. liter. Jen. a. 1810. No. 125. disertius ad Greg. Corinth. pag. 935 sq. ita retractavit, ut totam vocem inducendam statueret, quippe quae mendosa habenda sit nominis antecedentis Κήϋκος repetitio. Hoc vero certissimum.

Pag. 36, 11. Ἀργανθώνης] *Arganthum* appellat Propert. lib. I. eleg. 20. Ἀργανθώνειον ὄρος Apollon. lib. I. v. 1178. Ἀργανθώνιον Strabo lib. XII. pag. 658. ed. Xyl. MUNCK. De muliere Arganthone, quae forte nomen dedit, agit Parthenius cap. 36. Vid. Toupii elegantem notam in Suid. Tom. I. inprimis pag. 169. VERH. Add. Wernsdorf. ad Himerii Orat. 22. pag. 763. Meinek. ad Euphor. pag. 150.

Pag. 36, 12. χειμὼν καὶ σάλος] Infr. cap. 37. ὑπὸ χειμῶνος εἰς Ἰώνιον ἐκφέρεται πόντον. Lucas Act. cap. XXVII. v. 20. Χειμῶνος οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου. Schol. Pind. ad Od. Pyth. V. [v. 108. pag. 601. ed. Heyn.] καταπονηθέντες τῷ χειμῶνι καὶ τῇ πολυχρονίῳ πλάνῃ. Imitatur Virg. Aen. lib. V. v. 11.

Noctem hyememque ferens.

Gloss. Cyrill. Χειμὼν γνοφώδης καὶ μέγας, *tempestas.* MUNCK.

Pag. 36, 15. *χρωσόν*] Scribe *κρωσσόν*; est autem *κεράμιον*, *ὑδρία*, *στάμνος*. Hesychius, Pollux, Eustathius. GALE. Cum *κρωσσὸς* sit hydria, non *χρωσὸς*, non dubitavi pro *χρωσὸν* reponere *κρωσσόν*. Theocrit. Eid. XIII. [v. 46.]

Ἤτοι ὁ κοῦρος ἐπεῖχε πότῳ πολυχανδέα κρωσσόν.

Nasiterna antiquis dicebatur, ut notavit Fulgentius. MUNCK. Consentit Cod. Paris., nisi quod *κρωσὸν* exhibet.

Ibid. *πρὸς τὸν Ἀσκάνιον ποταμόν*] De hoc late agit Munck. ad Hygin. pag. 52. ubi Ascanii nomen in Servio Ecl. VI. Virg. v. 43. restituit: *Apud fontem Calciamnis* (ita invenit) *cum aquatum iisset* cet. *Ciaci amnis* dedit Cl. Burmannus, qui forte *Caici* vel cum Munckero *Ascanii* legendum existimat. Malim *Ciani amnis*. *Κίος* et fluvius et Mysiae urbs. *Κιανοὶ οἱ τὴν Κίον οἰκοῦντες*. Schol. Theocrit. paulo post ad Hygin. cit. Idyll. XIII. v. 30. Et sic Apollon. Rhod. lib. I. v. 1354.

Τοὔνεκεν εἰςέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέουσι Κιανοί.

Hygin. d. l. *Hylas enim in Moesia* (*Mysia*, ut emendant V. D.) *a Nymphis iuxta Cion flumenque Ascanium raptus est.* Dionys. Perieg. v. 805.

Βέβρυκες δ' ἐπὶ τοῖσι καὶ οὔρεα Μυσίδος αἴης,
Ἧχί περ ἱμερόεντα Κίος προΐησι ῥέεθρα·
Τοῦ ποτ' ἐπὶ προχοῇσιν Ὕλαν ἡρπάξατο νύμφη,
Ὀτρηρὸν θεράποντα πελωρίου Ἡρακλῆος.

Schol. *Μύσιος ποταμὸς ὁ Κίος προϊεὶς ἱμερόεντα ῥέεθρα, καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Κίος· περὶ δὲ τὸν Κίον ποταμὸν ἡ θρυλλουμένη ἁρπαγὴ τοῦ Ὕλα συνέπεσεν.* VERH.

Pag. 36, 22. *ἐβόησε πολλάκις τὸν Ὕλαν*] Propert. lib. I. el. 20. v. 48.

Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat responsa: sed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.

VERH.

Pag. 36, 27. *πλεῖστα ποιησάμενος*] *Plurimum laboris*, *omnia expertus*, eleganter dictum de iis, qui magno conatu nihil effecerunt. Vide multis hoc illustrantem Ruhnken. ad Rutil. L. pag. 54. VERH. Magis in usu fuisse videtur loquendi ratio *πάντα ποιεῖν*, *πάντα πράττειν*, de quibus Barthius Adversarr. lib. XXIII. cap. 21. Heindorf. ad Plat. Phaedr. pag. 270. ad Plat. Phaedon. pag. 249. Grauert. ad Aristidis Declam. Leptin. pag. 90 sq. Demosth. Orat. in Mid. init. pag. 514. ed. Reisk. *πάντα ποιοῦντος τούτου καὶ τινων ἄλλων ὑπὲρ αὐτοῦ οὐκ ἐπείσθη* (*ὁ δῆμος*). Xenoph. Anab. lib. III. cap. 1. §. 35. *ἡμῖν δ' ἐγῷμαι πάντα ποιητέα,*

ὡς μήποτε ἐπὶ τοῖς βαρβάροις γενώμεσθα. Eunap. pag. 78. Liban. in Siebenkees. Anecd. Gr. pag. 81. Synes. Ep. 4. Neque aliter Latini. Cicero Epp. ad Famil. XVI. 9. *Scio te omnia facturum, ut nobiscum quamprimum sis.* Ovid. Met. lib. IX. v. 450. *Omnia feci, ut tandem senior essem.*

Pag. 36, 29. *αὐτὸς μὲν ἔπλει μετὰ τῶν ἀριστέων*] Id etiam Demaretes tradidit. Sed negant hoc alii. Apollod. lib. I. [cap. 9. §. 19.] *Ζητούντων δὲ ἀμφοτέρων τὸν Ὕλαν ἡ ναῦς ἀνήχθη. Ἡρόδοτος δὲ* (sribe *Ἡρόδωρος* cum Fabro) *οὐδὲ τὴν ἀρχήν φησι πλεῦσαι τότε, ἀλλὰ παρ' Ὀμφάλῃ δουλεύειν.* Non intellexit illud *τὴν ἀρχὴν* Interpres. Vertit enim: *Herodotus neque iam tum statim navigasse, sed apud Omphalen servitutem serviisse affirmat.* Tu vide Vigerum de Idiotismis Ling. Graecae pag. 18. [vid. pag. 718. ed. Herm.]. Verte, inquam, *omnino non navigasse ait.* Nam Vigerum accuratius dum considero, ut satisfacturus sit tibi, vereor. Producit ex Xenoph. lib. VII. [cap. 7. §. 28.] Exped. *Ὅσῳ περ χαλεπώτερον, ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι, ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι, καὶ ὅσῳ λυπηρότερον, ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι, ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι: Quo gravius ex divite pauperem fieri, quam ab initio divitem non fuisse; quantoque molestius ex rege privatum fieri, quam regem fuisse numquam.* Vellem ut posterius, ita et prius vertisset membrum. Nimirum illud *τὴν ἀρχὴν* respondet saepe *τῷ omnino, prorsus, plane.* Thucyd. *Οὐδὲ πειρῶνται τὴν ἀρχήν, nihil omnino conantur* [vid. quos laudat personatus Kusterus (Reisigius) ad Xenoph. Oecon. pag. 27 sq.]. Familiarem Dioni istam esse locutionem observat Cl. Jacob. Gronovius Supplem. nunc nuper edit. pag. 54. Non tamen, ut hinc vides, singularis est. Theocrit. Eidyll. XIII. [v. 75.]

Πεζὸς δ' ἐς Κόλχως τε καὶ ἄξενον ἵκετο πόντον [*Φᾶσιν.*]. Zenob. autem cent. VI. 21. *καὶ Ἡρακλῆς πρὸς Ἄργος ὑπέστρεψεν.* Scholl. Pind. ad Pyth. Od. IV. pag. 206. Edit. Francof. [ad v. 303. pag. 571. ed. Heyn.] *ὁ δὲ Πίνδαρος συσταλῆναι τὸν Ἡρακλέα φησίν. ὡς δὲ ἐν Μυσίᾳ ἐξῆλθεν ἐφ' ὕδρευμα, κατελείφθη παρὰ τῶν Ἀργοναυτῶν.* In eadem Ode Eurytum appellari invenio alterum Mercurii filium, qui una cum Minyis in Colchida expeditionem suscepit. Nihil ergo necesse est ex Apollon. lib. I. v. 52. pro *Eurytum* reponi *Erytum*, Hygin. cap. 14. ut a me nuper in notis ad illum scriptorem factum. MUNCK.

Pag. 37, 3. *Ὕλᾳ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν*] Memoria imposuit Rutgersio Straboni haec tribuenti lib. III. Var.

Lect. cap. 8. Quod Strabo commemorat, id lib. XII. invenias, et istiusmodi est: *Et nunc quoque apud Prusienses festivitas quaedam celebratur, et montes cum thiasorum choro conscenduntur, Hylasque vocatur, ut si ad eum requirendum in sylvas ivissent.* Eadem ferme apud Solinum habes cap. 54. Ex ista Hylae inclamatione ortum proverbium, de quo Zenob. Cent. VI. 21. Ὕλαν κραυγάζειν. Et Suidas apud Schottum Cent. XIX. 7. Munck. Vid. quem ad Hygin. laudat Staveren. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 805. ubi agit de proverbio Ὕλαν καλεῖν. Huc respicit Virgil. Ecl. VI. v. 43.

— *Hylan nautae quo fonte relictum*
Clamassent, ut littus Hyla, Hyla, omne sonaret.

Verh.

Pag. 37, 7. Θησέως καὶ Ἑλένης τῆς Διός] Enarrator Lycophronis huius rei testem adfert Durin Samium. Gale. De Helenae parentibus admodum differunt scriptores, quos et quorum opiniones congessit Staveren. ad Hygin. cap. 77. Verh. Vid. Bachet de Meziriac. Comment. in Epist. Ovid. T. I. pag. 434 sq.

Pag. 37, 8. Ἰφιγένεια] Eadem est, quae Ἰφιάνασσα. Vid. Triclin. ad v. 157. Electrae Sophoclis, et Schol. Euripidis ad Orest. v. 659. Veterum nonnulli eam Iphigeniam non Agamemnonis filiam, quod alii volunt, sed ex Theseo et Helena natam voluerunt, ut praeter nostrum, Tzetz. ad Lycophr. pag. 40. Iphis est Etymologicographo in Ἶφις. Etiam sororem eius Electram dictam prius Laodicen auctor Xanthus est apud Aelian. V. H. lib. IV. cap. 26. Sed Hom. Schol. Electram aliam a Laodice facit, cum quatuor Agamemnoni filias tribuat ad Iliad. *Δ.* v. 7. Laodicen, Chrysosthemin, Iphigeniam et Electram. Munck. Vid. Meziriac. ad Ovid. Ep. III. Her. pag. 267. et V. Heroid. pag. 484. ad Hyg. cap. 98. Staverenio laudatus. Agamemnon apud Euripid. Iph. in Aul. v. 90. ait: Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ' ἐγώ. Iphigenia ipsa apud eumd. in Taur. v. 4. et 5. Ἀγαμέμνων. τοῦ δ' ἔφυν ἐγὼ τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς Ἰφιγένεια παῖς. Sed Nostro consentiunt alii. Pausan. ad Eurip. Barnesio cit. Corinth. cap. 21. Ἤγετο ἐς Λακεδαίμονα Ἑλένη· ἔχειν μὲν γάρ αὐτὴν λέγουσιν ἐν γαστρὶ, τεκοῦσαν δὲ ἐν Ἄργει, καὶ τῆς Εἰληθυίας ἱδρυσαμένην τὸ ἱερὸν, τὴν μὲν παῖδα, ἣν ἔτεκε, Κλυταιμνήστρᾳ δοῦναι· (συνοικεῖν γὰρ ἤδη Κλυταιμνήστραν Ἀγαμέμνονι) αὐτὴν δὲ ὕστερον τούτων Μενελάῳ γήμασθαι· καὶ ἐπὶ τῷδε Εὐφορίων Χαλκιδεὺς, καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος ἔπη ποιήσαντες, πρότερον δὲ

ἔτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, κατὰ ταὐτά φασιν Ἀργείοις Θησέως εἶναι θυγατέρα Ἰφιγένειαν. Verh.

Pag. 37, 10. *πυνθανομένη τῶν ἀδελφῶν*] Xyl. *fratribus auscultans.* Scilicet illam fratres suos, quemadmodum post raptum se gereret, consuluisse, et, ut virginem se discessisse diceret, edoctam. Nam *πυνθάνεσθαί τινος* est consulere aliquem, et ab eo edoceri. Vid. Pausan. hac de re pag. 25. Edit. Wechel. Munck. Sed Ruhnkenius V. Cl. legendum censet *πυνθανομένων.* Verh.

Pag. 37, 13. *ἐν Αὐλίδι κατείχετο*] Agamemnon haec pluribus enarrans a v. 88. et Menelaus v. 358. *Ἐπεὶ Κάλχας ἐν ἱεροῖς εἶπε σὴν θῦσαι κόρην Ἀρτέμιδι, καὶ πλοῦν ἔσεσθαι.* cet. et Iphigen. in Taur. A. I. S. 1. casus suos memorans, uti neque Antoninus caussae meminere, cur Diana esset placanda. Agamemnon nempe *in venando cervam eius violavit.* Hygin. cap. 98. Hephaestion cap. 5. *κατατοξεύοι αἶγα ἀγρίαν ἱερὰν Ἀρτέμιδος.* Serv. ad Aen. lib. II. v. 116. *Agamemnon Dianae cervam occidit ignarus.* atque ita alii. Verh.

Ibid. *προςεσήμαινον*] Legendum cum Cl. Valckenario: *προεσήμαινον.* Verh. Habet etiam Cod. Paris. *προὐσήμαινον* malebat Koenius ad Greg. Cor. pag. 116. ed. Schaef. collato cap. 41. pag. 53, 3. ubi *προὐτίθησαν.* Xylander: *significarunt vates.*

Pag. 37, 14. *ἐὰν Ἀρτέμιδι θύσωσι*] Sic omnes, quantum scio, qui fabulae huius meminerunt. Hephaestion tamen d. l. *Εἰ θύσειε τὴν θυγατέρα Ἰφιγένειαν Ἀγαμέμνων Ποσειδῶνι.* Forte invenit Neptunum h. e. mare placidum fore, simul Diana esset placata. Ovid. lib. XII. Metam. v. 35.

Ergo ubi, qua decuit, lenita est caede Dianae,
Et pariter Phoebes, pariter maris ira recessit.

Verh.

Pag. 37, 15. *διδοῖ σφάγιον αὐτὴν αἰτούντων τῶν Ἀ.*] Hinc Menelao roganti, quis eum cogeret filiam occidere, respondet Agamemnon: *Ἅπας Ἀχαιῶν σύλλογος στρατεύματος.* Eurip. in Aul. v. 514. Verh.

Pag. 37, 17. *οἱ μὲν ἀριστεῖς*] Cum Cod. Paris. *μὲν* hic inserui.

Pag. 37, 18. *ἔτρεψαν ἄλλῃ τὰς ὄψεις*] Eurip. Iph. Aulid. v. 1577.

Εἰς γῆν δ' Ἀτρεῖδαι, πᾶς στρατός τ' ἔστη βλέπων.

Munck.

Pag. 37, 20. ἔφηνε μόσχον] Cervam suppositam tradunt Ovid. lib. XII. Met. et Euripides Fab. modo laudata. MUNCK. Ἔλαφον dicit Eurip. v. 1587. et in Taur. v. 28. Alii aliter. Multis hoc enucleavit Staverenius ad Hyg. cap. 98. ubi etiam videndum, quid alii senserint, Iphigenia vere immolata fuerit, nec ne. Eam ad deos avolasse ait Euripid. v. 1608. unde Agamemnon uxori, v. 1621. Γύναι, θυγατρὸς ἕνεκ' ὄλβιοι γενοίμεθ' ἄν, Ἔχει γὰρ ὄντως ἐν θεοῖς ὁμιλίαν. In Taur. vero v. 30. Iphigenia refert, quae Antonino conveniunt:

Ἄρτεμις — διὰ δὲ λαμπρὸν αἰθέρα
Πέμψασά μ', εἰς τήνδ' ᾤκισεν Ταύρων χθόνα,
Οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος
Θόας.

Hephaestion nihil horum agnoscit, sed Agamemnonem filiam suam sacrificare recusasse, unde indignati Graeci ei imperium ademissent, et Palamedem regem creassent. VERH. De hac verbi φαίνειν significatione vid. Wernsdorf. ad Himer. Orat. I. pag. 341. Ceterum cfr. Bachet. de Meziriac. Comm. in Epist. Ovid. T. I. pag. 268.

Pag. 37, 21. τὸν Εὔξεινον] Tauroscythae captivam abduxerunt, et Dianae sive Lunae sacerdotem constituere. GALE.

Pag. 37, 24. ἐκάλεσε Ταύρους] Osiris ibi boves aratro iunxit, διὰ οὖν τὸ ζεῦγος τῶν ταύρων τὸ ἔθνος κληθῆναι, inquit Stephanus. GALE.

Pag. 37, 25. αὐτὴν * δὲ ταυροπόλον] Hunc locum defectus signo notavit Xylander, verum tollendus est asteriscus et vox sequens, ut sensum integrum percipias. BERKEL. Nemo dubitat, quin haec sint corrupta. Lego igitur, αὐτὴν δὲ ταυροπόλον, *seipsam vocavit ταυροπόλον*; vel αὐτὴν δὲ ταυροπόλου ἱέρειαν κατέστησε. Scholiastes ineditus ad Aristophanis Lysistratam [v. 447.] sic scribit: Νὴ τὴν ταυροπόλον. οὕτω τὴν Ἄρτεμιν ἐκάλουν. τὴν δὲ αἰτίαν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐκτίθεται. Suidas ὡς τοὺς ὅρους περιεισι πάντα, ὡς Ἀπολλόδωρος. Ceterum Iphigeniam hanc Iphianassam vocarunt Sophocles, Euripides aliique e poëtis. Eamque convertit in anum Diana, secundum alios; alii in ursum mutatam, prodidere; inter quos Phanodemus, teste Tzetze. Scholiastes Aristophanis ineditus ad haec verba Ἄρκτος ἢ Βραυρωνίοις [ad Lysistr. v. 648.] scribit: δοκεῖ δὲ Ἀγαμέμνων σφαγιάσαι τὴν Ἰφιγένειαν ἐν Βραυρῶνι, οὐκ ἐν Αὐλίδι· καὶ Ἄρκτον ἀντ' αὐτῆς οὐκ ἔλαφον φονευθῆναι. Videntur autem mihi sacra Brauronia Tau-

ricorum fuisse imitamina; ipsa enim Iphigenia in Tauris sepulta fuit, cum Braurone ipsius esset tantum κενοτάφιον. Euphorion sic mihi intelligitur apud eundem Scholiastem: Ἀγχίαλον Βραυρῶνα κενήριον Ἰφιγενείας. Gale. Fallor ? an me ludit amabilis insania? Tentavi: αὐτὴν δὲ ἀπέδειξεν ἱέρειαν Ἀρτέμιδος Ταυροπόλου. Hygin. cap. 98. *Iphigeniam per nubes in terram Tauricam detulit, ibique templi sui sacerdotem fecit.* Noster cap. 39. Ἀπέδειξαν ἱερὰν αὐτῆς διάκονον. Ταυροπόλος et ταυροπόλα dicta Diana, et sacrum eius ταυροπόλιον. Vid. Inscript. Grut. pag. 28, 29, 30, 31. Saubert. de Sacrif. vet. pag. 557. Hesych. Ταυροπόλαι, ἡ Ἄρτεμις καὶ Ἀθηνᾶ. Adde Sophocl. Schol. ad Ai. Flagell. v. 173. Ab Hyg. cap. 261. Diana Dictynna et *Fascelis* appellatur. *Fascelis* est etiam Servio ad lib. II. Aeneid. v. 116. sed in prooemio Comment. ad Bucol. *Fascelitis.* Donato in Virgilii vita *Fascelina.* Ego omnium optime *Facelitis* scribi putem ex Graeco φάκελος. Hesych. φακέλους, φόρτους. Dion. φακέλους τῶν ῥάβδων, *fasces virgarum.* Lucil. Sat. 3.

— *Rhegina videbis*
Moenia, tum Liparam et Facelitis templa Dianae.

Haec Lucilii verba cum adducat ὁ πάνυ, miror retinere illum *Fascelis.* Dousae tamen editio Fragmentorum Lucilii exhibet: *Fasceliti templa Dianae.* Atqui Orestes non a Latina voce *fascis*, sed Graeca φάκελος *Facelitin Dianam* sive *Facelitidem* dixit. Sed et haec, et omnia mea doctiorum iudicio lubens submitto. Munck. Galeus legit αὐτὴν δὲ ταυροπόλον, *seipsam vocavit* ταυροπόλον; vel αὐτὴν δὲ ταυροπόλου ἱέρειαν κατέστησε. Simile quid e Diod. Siculo effingere se posse in altera ed. ostendit Berkelius, sed prudentis et sani hominis non esse veterum lacerata scripta alienis pannis reficere existimans meliores Codices exspectare maluit. Ita est. Sed coniecturam edere nihil nocet: quamquam et huc non est, quod aliena intrudantur. Simplicissima est, et, ut opinor, vera emendatio Galei prior: αὐτὴν δὲ ταυροπόλον, vel ταυρόπολιν. Scholiast. quem ineditum citat Galeus, ad Aristoph. Lysistr.: Νὴ τὴν ταυροπόλον· οὕτω τὴν Ἄρτεμιν ἐκάλουν. Eustath. Barnesio ad Eurip. indicatus, in Hom. Iliad. *B.* f. 259. Ἔθνος Βόρειον οἱ Ταῦροι· καὶ Ταυρόπολις ἡ Ἄρτεμις. Verh. Cod. Paris. αὐτὴν δ' ὀσταυροπόλου (sic). Recte correxerunt Galeus et Lucas Holstenius Not. Posthum. in Steph. Byz. pag. 315. αὐτὴν δὲ ταυροπόλον, scil. ἐκάλεσε. Vid. Juliani Aureli de cognominibus deor. gentil. Franeq. 1646. pag. 101 sq.

Heyn. ad Apollod. T. I. pag. 402. ed. sec. Boettiger: *Ideen zu einer Kunstmythologie* pag. 316. not. 5) sqq. Creuzer. Symb. et Myth. T. IV. pag. 198 sqq. ed. sec. Hoeckii Creta T. I. pag. 92. Lobeck. Aglaopham. T. II. pag. 1089.

Pag. 37, 26. χρόνον ἱκούμενον] Legendum esse ἱκνούμενον superius monui ad cap. 3. Munck. Vitiosum servat Cod. Paris. De ipsa phrasi conferri iubet Bastius Henr. Stephani Voc. Jon. Herod. ad v. ἱκνεομένως et Koen. ad Greg. Cor. pag. 257.

Pag. 37, 27. τὴν Λευκὴν λεγομένην] De hac insula Stephanus Ἀχίλλειος δρόμος, νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικήν· ὥς ἔνιοι, Λευκή. Dicitur et Macaron Plin. [lib. IV. cap. 12.]; nempe μακάρων νῆσος. Vid. pag. 257. [i. e. Conon. narr. 18.] et pag. 317. [i. e. Hephaest. Nov. Hist. lib. IV.] et Schol. Apollon. Rh. Gale. Nisi fallor, scripsit auctor, τὴν Λευκὴν λεγομένην νῆσον. Nam Λευκὴ insula est in Ponto Euxino. Vide Etym. magnum, cuius patrem quosdam Musurum facere comperi. Schol. Pind. ad Nem. Od. IV. [v. 79. pag. 705. ed. Heyn.] Ἔστι δὲ ἐπὶ τοῦ εὐξείνου πόντου καλουμένη Λευκὴ νῆσος. Liberalis cap. 12. Εἰς τὴν Κονώπην λεγομένην λίμνην. Scholiast. modo laudatus ad Olymp. Od. III. [v. 79. pag. 260. ed. Heyn.] Εἰς τὴν Ἐρύθειαν λεγομένην νῆσον. Quando autem Apostolius scribit Cent. VII. 34. Ἐπὶ Τανάγραν καλουμένην ὥδευσαν, locum quendam γενικῶς designat, ut Noster cap. 31. παρὰ τὰς λεγομένας ἱερὰς πύλας. De insula ista Pomponius Mela lib. II. cap. 7. *Leuce Borysthenis ostio obiecta, parva admodum, et qua ibi Achilles situs est, Achillea nomine.* Plin. lib. IV. cap. 12. *Insula Achillis tumulo eius clara.* Dicitur quoque ab aliis ἡρώων et μακάρων νῆσος. Munck.

Pag. 37, 28. ἀγήρων καὶ ἀθάνατον] Scribe confidenter ἀγήρω καὶ ἀθάνατον. Berkel. Nihil heic mutandum. Consule Sylburg. ad Clenardum. Munck. Uberius de his disputavi ad Moer. Attic. Praef. pag. LXIV sq. pag. 3. et 440.

Pag. 38, 1. Ὀρσιλοχίαν] Sic scripsi loco vulgati Ὀρειλοχίαν. Codex Paris. ὀρειλοχίαν (σι superscr.) et in capitum elencho ὀρσιλόχην. Ammianus Marcellinus lib. XXII. cap. 8. pag. 252. ed. Ern. *immolantes advenas Dianae, quae apud eos dicitur* Orsiloche, *caesorum capita fani parietibus praefigebant.* Hanc enim Ammiano restituamus oportet pro *Oreiloche* Valesii, quem temere secutus est A. G. Ernestus.

Pag. 38, 2. σύνοικος] Xyl. *Uxor.* Recte Gloss. Cyrill. σύνοικος, ἐπὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, *coniux.* Idem est σύννομος et σύμβιος. Munck.

Pag. 38, 3. Τυφών] Vide quae ad Apollodori pag. 18. et 19. adduximus. Gale. Ita et Τυφὼς et Τυφωεὺς, *Typhon* et *Typhoeus* idem est mutata tantum nominis forma, de qua vide quae diximus supra ad cap. 2. Verh. Galeus ad Apollod. l. c. monet, Τυφὼν Homero dici Τυφωεὺς, Pindaro Τυφὼς, Aeschylo utraque terminatione efferri. Cod. Paris. ubique Τυφῶν, quod, quoniam terminatio άων semper habet ᾱ longum, ut in Ποσειδάων, Ποσειδῶν, ex veterum Grammaticorum praeceptis revocavimus. Arcadius de Accent. pag. 94, 6. ed. Barker. τὸ δὲ λαγῶς καὶ ὀρφῶς περισπῶνται, καὶ ὁ τυφῶν καὶ ταῶν. Cfr. Intpp. ad Hom. Hymn. in Apoll. v. 367.

Ibid. ἐξαίσιος] Gloss. Steph. *Immanis*, ἐξαίσιος, παμμεγέθης. Gloss. Cyrill. ἐξαίσιος, *vastus*, *immanis.* Munck. Hunc ita depingit Hygin. cap. 152. *Immani magnitudine, specie portentosa, cui centum capita draconum ex humeris enata erant.* Verh.

Ibid. δαίμων] Gloss. eaedem: Τύφων, δαίμων, *Typho.* Munck.

Pag. 38, 4. τὴν ὄψιν παρηλλαγμένος] Habebat enim mixtam naturam ἀνδρὸς καὶ θηρίου. Vid. Apollod. lib. I. [cap. 6. §. 3.]. Noster cap. 41. χρῆμά τι ἐξηλλαγμένον, animal prodigiosum. Vid. Hygin. cap. 152. Munck.

Pag. 38, 5. ἐπεφύκεσαν] Cap. 31. ἑστάκεσαν. Apollod. lib. I. [cap. 1. §. 1.] καθειστάκεσαν. Haec Ἀττικίζοντα sunt. Munck.

Ibid. καὶ χεῖρες] Cod. Paris. χέρες, quod in Ionico scriptore praeferam.

Pag. 38, 10. ἐπερχόμενον οὐδεὶς ὑπέμεινε τῶν θεῶν] Xyl. *Impetum facientem nemo deorum substitit.* Latinissime profecto. Ita *feras subsistere*, *hostes subsistere* apud Livium et alios. Ad eundem modum ὑποστῆναι usurpare solent Graeci. 1 Maccab. cap. VII. v. 25. Καὶ ἔγνω, ὅτι οὐ δύναται ὑποστῆναι αὐτούς. Tibull. Paneg. Messal. [lib. IV. Eleg. 1. v. 195.] cum dandi casu construxit:

Pro te vel solus densis subsistere turmis.

Nisi *densas turmas* legendum est. Munck.

Pag. 38, 11. εἰς τὴν Αἴγυπτον] Apollod. lib. I. cap. 6. §. 3. Θεοὶ ... εἰς Αἴγυπτον φυγάδες ἐφέροντο, καὶ διωκόμενοι τὰς ἰδέας μετέβαλον εἰς ζῶα. Hygin. cap. 196.

deos in Aegyptum delatos a Pane iussos fuisse, mutare se in feras bestias, tradit. VERH.

Pag. 38, 12. Ἀθηνᾶ δὲ καὶ Ζεὺς etc.] Lactant. tamen et Ovid. lib. V. Met. v. 293. Jovem ipsum prae metu in arietem versum narrant, unde Typhonis iactantia: v. 327.

Duxque gregis, dixit, fit Juppiter, unde recurvis
Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.

Nostrum quoque inter et Ovidium, quamquam sua e Nicandro mutuari solitos, in reliquis minus convenit. v. 329.

Delius in corvo, proles Semeleia capro,
Fele soror Phoebi, nivea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis ales.

VERH.

Pag. 38, 16. Ἄρτεμις δὲ σίλουρος] Emendat doctissimus Bochartus in eximio opere de animalibus S. Scripturae: Ἄρτεμις δὲ αἴλουρος. Haec vera est et indubitata lectio. BERKEL. Legimus cum aliis αἴλουρος. Stephanus in *Βούβαστος*. πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. οἱ δὲ *Αἰγύπτιοι* βούβαστον τὴν αἴλουρόν φασι. GALE. Ita legendum esse, non σίλουρος, recte monuit Bochartus. Id quod et ego ante visum Bochartum videram ex Ovid. lib. V. v. 330.

Fele soror Phoebi, nivea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit.

Et ex Hyg. Astron. lib. XI. [II.] Fab. Capricorni: *Dianam cato simulatam.* Αἴλουρος enim *catus* sive *cattus.* Schol. ad Callim. Hym. Cereris v. 111. Τὴν αἴλουρον) τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάττον. Imitatur id poëtaster ille in Catal. Pith. lib. IV.

Catus in obscuro cepit pro sorice picam.

Dicebant et κάττα. Gloss. κάττα, *catta. Catta*, αἴλουρος. *Cittus*, αἴλουρος. scrib. *cattus.* Longius abit γάτος, de quo Meursius in Gloss. Graecobarb. *Catam* quater felem appellat Sextus Platonicus nescio quis de medicina ex animal. parte I. cap. 18. MUNCK. Legi hic meretur Bochart. Hieroz. pag. 344. Toup. in Suid. T. II. pag. 169. Felibus his Aegyptiis Ochum proiecit Bagoas. Aelian. V. H. lib. VI. cap. 8. De voce vid. Schol. Callim. H. in Cer. v. 111. Sed inprimis luculenta et meditata Perizonii nota ad Aelian. V. H. lib. XIV. cap. 4. VERH. Cod. Paris. σίλουρος, et in capitum tabula ἄιλουρον (σι superscr.). Xylander dedit *aelurum.* Cfr. Moer. Attic. pag. 34. ed. meae, ibique Pierson.

Pag. 38, 17. τράγῳ δὲ εἰκάζεται Διόνυσος] Non tantum hirci speciem Bacchus assumpsit, sed apud Si-

cyonios caprino nomine colebatur. Lucem aliquam suppeditare possunt huic loco commentaria nostra ad Stephanum Byzantinum de Urbibus et Populis: verum quia lucem nondum vident, lector ad Porphyrium lib. III. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων est ablegandus. BERKEL. * Τράγος Graecorum a Latinis *caper* modo, modo *hircus* vertitur. Notum est, foetorem alarum τράγον dici a Graecis. At illum ut *hircum* Horatius Epod. 12. aliique appellant, ita *caprum* Catullus Carm. 70. et Ovid. III. Art. immo *capram* etiam Horatius lib. I. Ep. v. 29. *Sed nimis acta premunt olidae convivia caprae.* Τράγος erat, qui vitem rodendo putationem hominibus monstravit, ac *hircus* dicitur a Martiali lib. III. ep. 24. et ab Hygino Astron. lib. II. cap. 4. Verum Mythol. cap. 274. *caper*, ut et apud Ovid. lib. XV. Metam. fab. 2. Lactant. ad Stat. Theb. V. v. 159. Certe *caper* est hircus Virgilio Ecl. VII. cum virum eum gregis facit, et Ovidio, cum ait lib. X. Metam. v. 327. *Quasque creavit, init, pecudes caper.* Haec expendant, qui causam nullam vident, cur τράγον transtulerit *caprum* Xylander. Certe hinc discent, non solum ἔριφον dici caprum. Quid autem proprie ἔριφος sit, expressit his verbis in libro de Cibor. Facult. pag. 17. Simeon Sethi: Οἱ γὰρ τοὺς ἕξ μῆνας ὑπερβαίνοντες οὐδὲ κυρίως ἔριφοι ἂν κληθεῖεν, ἀλλ' αἶγες. Putavit forte Vir Cl. (Berkel.) ignorasse Xylandrum versiculum illum Martialis lib. III. epigr. 24.

Dum iugulas hircum, factus es ipse caper. * MUNCK.

Pag. 38, 18. μυγάλη] Μυγαλῆ scrib. ut est apud Aristot. Hist. Anim. lib. VIII. cap. 24. et alios. Item paulo ante ἐλλῷ. Hom. Odyss. T. v. 228.

Ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχε ποικίλον ἐλλόν.

Schol. νεβρὸν, νεογνὸν ἔλαφον. Gloss. Steph. *Mus araneus*, μυγαλῆ. MUNCK. Cod. Paris. μυγαλη accentu deficiente, quem recte posuit Munckerus. Cfr. Lucian. Vol. II. pag. 739. μυγάλη vitiose quoque scriptum apud Sext. Emp. pag. 248. ed. Fabric.

Pag. 38, 21. καιόμενος δέ] Illud δὲ videtur heic positum pro οὖν, ut Luc. Evang. cap. VII. v. 6. Epist. ad Rom. cap. VIII. v. 8. vel certe abundat. MUNCK. Vituperat Bastius, qui hunc in modum explicat: *tum Jupiter Typhonem fulmine perculit, Typhon autem* etc. ἐπεὶ pro ἔπειτα dictum esse ratus. Vid. ad cap. 11. pag. 17, 18. De re ipsa Creuzer. Symb. et Mythol. T. II. pag. 440. ed. sec.

Pag. 38, 22. Ζεὺς δ' οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ' ὁ μέ-

γιστον ὄρος, ἐπιβάλλει etc.] Sic edere placuit e Cod. Paris. pro vulgatis: *Ζεὺς δὲ οὐκ ἀνίησι, ἀλλὰ μέγιστον ὄρος ἐπιβάλλει.* Xylander: *Jupiter autem non dimisit eum, sed montium maximum Aetnam ei iniecit.* At ex ea ratione, qua locum praeeunte Bastio restituimus, *ἀνιέναι* intransitiva potestate usurpatum notionem habet *cessandi, remittendi*, de qua accurate egit Eichstadius Quaest. Philoll. I. cap. 2. pag. 26. 27.

Pag. 38, 26. *ἐργάζεται*] h. e. *ἐπ' ἄκμονι ἐλαύνει.* Gloss. Cyrill. *ἐπ' ἄκμονι ἐλαύνω, cudo.* Munck. Nescio quid Bastii aciem praestrinxerit, cum Epist. crit. pag. 131. ed. pr., quia in capitum elencho scriptum extet *Τυφῶν εἰς διάπυρον μύδρον* et Aelianus A. H. lib. XV. cap. 23. similiter dicat *τὴν ναῦν λίθον ἐργάζεσθαι*, *ἐργάζεσθαι* h. l. idem notare contenderet quod *ποιεῖν.* Nam ineptius quid cogitari vix poterit, quam hoc, Vulcanum impositis in cervices Typhonis incudibus Typhonem ipsum in ferream transmutasse massam. Recte ceperunt Xylander et Munckerus. Praeiverat Aeschylus Prometheo v. 364 sqq. *κεῖται — Ἰπνούμενος ῥίζησιν Αἰτναίαις ὕπο Κορυφαῖς δ' ἐν ἄκραις ἥμενος μυδροκτυπεῖ Ἥφαιστος.*

Pag. 38, 27. *μύδρον*] Callim. Hymn. Dian. v. 48.

— *Ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο*
Ἑσταότες περὶ μύδρον.

Schol. *Μύδρον) Σίδηρον πεπυρακτωμένον, παρὰ τὸ μύρεσθαι καὶ διαῤῥεῖν. Μύδροις βαλὼν* occidit in Titanomachia Clytium apud Apollod. lib. I. [cap. 6. §. 2.]. Munck.

Pag. 39, 1. *Γαλινθιάς*] Proeti filia Nasoni *Galanthis*, et Libanio in Diagematis, a Leone Allatio editis, *Acalanthis* dicitur, uti optime observavit incomparabilis Nicol. Heinsius. Berkel. *Galanthis* vocatur Lactantio et Ovidio, qui totam fabulam refert lib. IX. Met. v. 304. 316. ubi vid. Heins. Idem nomen, origini suae convenientius, Antonino recte restitutum ivit Cl. Schrader. Observ. pag. 21. Error hic penes auctorem videtur, qui eamdem nominis formam infra saepius retinet. Verh. Vid. Creuzer. Symb. et Mythol. T. II. pag. 243. ed. sec. Pausaniae Phocic. cap. 11. vocatur Historis.

Pag. 39, 2. *συμπαίκτρια*] Vid. ad cap. 21. pag. 30, 8.

Pag. 39, 3. *ἑταιρὶς Ἀλκμήνης*] Ita rescripsi pro *ἑταίρισα.* Τὸ *α* ex seq. voc. adhaeserat. Cap. 30. *καὶ ἐποιήσαντο συνδίαιτον καὶ ἑταιρίδα.* Similis error fuit cap. 23. *Ἀπόλλων ἀϊδόντα* pro *Ἀπόλλωνα ἰδόντα.* Munck. Menda eadem in Cod. Paris. Correxerat iam Galeus.

Pag. 39, 4. *Μοῖραι καὶ Εἰλείθυια*] Pausanias in Boeoticis veneficas fuisse prodit. Gale. Parcae ex veterum opinione recens natos ad sortem revocant, Ilithyia parturientibus adest. Hinc Parcas cum Ilithyia haud raro coniunctas legimus. Pindar. Ol. VI. v. 72. *Τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας πραΰμητίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοίρας.* Nem. VII. v. 1. *Ἐλείθυια πάρεδρος Μοιρᾶν βαθυφρόνων.* Vid. D'Arnaud. de diis assessor. cap. XXI. pag. 149 sqq. Singularis prostat Boettigeri dissertatio Ilithyiae nomine inscripta, Vimar. 1799. ubi cfr. pag. 18 sq. Stallbaum. ad Plat. Symp. pag. 206. D. HSt. in Diall. Plat. Sel. I. 3. pag. 116.

Pag. 39, 7. *κρατοῦσαι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας*] De Junone Ovid. lib. IX. Met. v. 300.

— *Digitis inter se pectine iunctis*
Sustinuit partus.

h. e. *ἐπέσχε τὸν Ἀλκμήνης τόκον*, ut loquitur in hac fabula Apollod. lib. I. pag. 79. Munck.

Pag. 39, 8. *ἐκστήσωσι βαρυνομένην οἱ πόνοι*] *Ne ex doloribus moreretur.* Non probo. *Βαρύνεσθαι ὑπὸ πόνων* proprium est in partus doloribus: Callim. Hymn. in Del. v. 202. ita dicit *ὑπ' ὠδίνεσσι βαρυνομένην*, et Theocritus ad illum locum citatus. Ad illorum gravitatem et inprimis retardationem respicit ipsa Alcmene apud Ovidium lib. IX. Metam. v. 289. *Nec iam tolerare labores Ulterius poteram . . . Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus*, cet. Unde forsan locus explicandus: *Galanthis verita, ne dolores Alcmenen a mente velut alienarent* cet. Nam et hac significatione gaudet *ἐκστῆσαι* etiam simpliciter positum. Euripid. Auge apud Stobaeum pag. 164. 34.

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'. ὁμολογῶ δέ σε
Ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον.

Verh.

Pag. 39, 11. *αἱ δὲ ἐκείνων τιμαὶ καταλέλυνται*] His ex verbis aptum sensum erui non posse existimat Boettigerus Ilithya pag. 34 sq. quem ut scriptori redderet, duplicem proposuit emendationem. Atque loco quidem corrupti *τιμαὶ* legi vult vel *φαρμακεῖαι*, quod cum *καταλύεσθαι* iunctum explicat *finem facere fascinationi*, vel quod vero similius ipsi videtur, *λύμαι* h. e. interprete Suida et Hesychio *βλαβαί, φθοραί.* Vocem *λύμη* illustravit his exemplis: Eurip. Heracl. v. 471. ubi de doloribus accipienda, quibus corpus afficitur. Lucian. de Gymnas. cap. 26.

qui ea de tempestate dura usus est. Apollodor. lib. II. cap. 8. sect. 3. Vol. I. pag. 236. ed. Heyn. sec. ubi sunt magorum fascinationes. Sed iure de probitate dictionis λύμας καταλύειν addubitat Bastius, bene, si quid video, vulgatam lectionem defendens. Etenim cum τιμαὶ, ut Latinorum *honores*, saepissime dicantur *ii honores*, *qui diis deabusve debentur*, h. e. *sacrificia*, quo de usu consulendus Heraldus Animadvv. in Jamblich. pag. 158., Antoninus quid voluerit, ante oculos est positum. Nimirum hoc dicit: Galanthis ad Parcas et Ilithyiam festinat annuntiatura, Alcmenen ex voluntate Jovis filium genuisse, et *honores*, qui hucusque ei redditi fuerint, *perditos esse* h. e. de cultu eius actum esse, non amplius ei oblatum iri sacrificia. Verum iam viderat Xylander. Ceterum τιμὴν et τιμὰς καταλύειν saepius legas apud veteres. Vid. supra cap. 3. pag. 8, 8. Stob. Serm. CXXIII. pag. 618. Liban. Vol. IV. pag. 260. Plato Symp. pag. 190. C. HSt. αἱ τιμαὶ γὰρ αὐτοῖς — ἠφανίζετο.

Pag. 39, 16. καὶ τῆς Γαλινθιάδος ἀφείλοντο τὴν κορείαν] Cod. Paris. Γαλινθίδος. In his Boettigerus l. c. vocem κορείαν corruptam censet propter addita verba ὅτι θνητὴ τὰς θεοὺς ἐξηπάτησεν, quae necessario vocabulum aliquod requirere dicit, cui insit *gaudii*, *laetitiae* notio, id quod Ovidius declaret: *Numine decepto risisse Galanthida fama est.* Itaque mutatione sane quam leni facta scribit χορείαν, *saltationem cum cantu coniunctam*, *laetitiam*, coll. Musgrav. ad Eurip. Herc. Fur. v. 1025. Sed receptam lectionem et hic iure tuitus est Bastius. Phrasin autem τὴν κορείαν ἀφελέσθαι, cui suppar est quod legimus cap. 5. ἀφελέσθαι τὰς ὄψεις, non cum Xylandro interpretatur *virginitatem adimere*, sed *facultate gignendi*, *qualis in foeminis cernitur*, *privare*. Quam explicationem egregie comprobant, quae mox narrantur, Galanthida mustelae formam vel naturam induisse, hanc vero bestiolam per aures concipere et ore fetus edere.

Pag. 39, 17. τοὺς θεοὺς ἐξηπάτησε] Lege: ὅτι θνητὴ τὰς θεοὺς ἐξηπάτησεν. Parcas enim et Lucinam deceperat Galinthias. Berkel. Male utraque Editio exhibet τοὺς θεούς. Munck. In altera Edit. etiam Berkelius reposuit τάς. Parcas nempe et Lucinam deceperat Galanthis. Galeus tamen, num de more prioris Edit. Berkelianae contextum secure secutus, an de industria, Xylandrianam lectionem retinuit, eamque, nisi mere vitiosam, retinendam existimo, donec aliunde liqueat, mutatione opus esse. Propterea quod mihi nondum persuasum habeo, vulgatam in

mendo cubare. Si enim idoneis exemplis demonstraverim, *deum* de sequiore sexu dici apud Romanos, cur τὸν θεὸν de eodem genere feminino sumi etiam apud Graecos non posset? Fateor, locum illum Calvi, *Pollentemque deum Venerem* in controversia esse, ut Is. Vossius ad Catull. pag. 259. aliique volunt, quos ad Virgil. et Anthol. Lat. locis paullo post indicandis adducunt elegantiae Latinae statores, Burmanni, patruus et nepos, ac si *deum* pro *deorum* esset repositum, quod tamen secus intellexit Servius (ad Virgil. lib. II. Aen. v. 632.), qui *deus* dici innuit, ut apud Graecos ὁ θεὸς et ἡ θεὸς, vel, uti ego malim, ut τὸ θεῖον. Homer. Il. Θ. v. 7.

Μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς τόγε, μήτε τις ἄρσην.

Sed detur syncope in loco Calvi, alia sunt, de quibus dubium non est. Senec. Herc. Fur. v. 385. *Sequitur superbos ultor a tergo deus.* h. e. ut Interpretibus visum est, *Nemesis*. Virgil. lib. VII. Aen. v. 498. *Nec dextrae erranti deus abfuit;* ubi Servius: *aut Juno fuit aut Alecto.* Anthol. Lat. T. I. pag. 670. quod epigramma paullo aliter exhibet Cicero de N. D. lib. I. cap. 79. Cap. 28. *Auroram* vocat *deum*, et sic *Junonem* saepe dici *deum*, observat ibi Burmannus. Clare Virgil. lib. II. Aen. v. 632. quem locum vindicat Macrob. lib. III. Saturn. cap. 8. *Ducente deo* de *Venere.* et Ovid. lib. XIV. Met. v. 750.

Venit Anaxaretes: quam iam deus ultor agebat.

Deus hic ultor extra controversiae aleam Venus est. Ipse Vossius ad Catull. d. l. observat, uti ἄνα pro ἄνασσα, sic easdem, quas Catullus deas dicit, Callimacho vocari deos, et ὁ θεὸς aeque ac ἡ θεὸς dici, quod tamen aliis exemplis demonstrasset, vellem. Wesseling. V. Cl. ad Herod. lib. VIII. cap. 3. laudat Jac. Elsner. Sched. Crit. pag. 39. ubi muliebres *deas*, utroque sermone, masculino genere recte dici, commonstrasset, sed, ut opinor, non omnino satisfecit. Ipse Herodoti locus, quamquam Cl. Abreschio, Miscell. Obs. V. pag. 236. unicus dicitur, ubi ὁ θεὸς pro dea ponitur, certior est. Δύο θεοὺς μεγάλους Πειθὼ καὶ Ἀναγκείην. Duo praeterea loca succurrunt, quae nescio, cur secus exponantur. Phryn. pag. 32. [pag. 193. ed. Lob.] Νὴ τὼ θεὼ, quod iusiurandum saepius apud Comicos, ὅρκος γυναικὸς cet. Idem enim, ac κατὰ ταῖν θεαῖν, per *deas*, *Cererem et Proserpinam.* Vid. Spanh. ad Callim. Hymn. in Cerer. v. 1. Auctor Etymologici M. v. Μορίαν, οἱ μὲν πᾶσαν ἐλαίαν οὕτω καλοῦσιν· οἱ δὲ τὰς ἱερὰς ΤΩ ΘΕΩ . . . μορίαι, τῆς Ἀθηνᾶς ἱεραὶ ἐλαῖαι. ubi nescio, an iure τῇ θεῷ, certe

nulla auctoritate, reposuerit Ampl. Cuperus, probante etiam Burmanno ad Jov. Fulg. cap. 14. Verh.

Pag. 39, 18. δολερὰν γαλῆν] Xyl. *Fraudulentam felem.* Malim, *dolosam mustelam.* De mustela enim vulgo, non fele, sequentia finguntur. Verum quidem γαλῆν pro *mustela* modo, modo pro *fele* accipi, id quod praeter alios et Erasmus observavit: sed veteres in hac fabula designasse per γαλῆν mustelam videtur innuere Ovid. lib. IX. Metam. v. 321. Dum flavam mansisse Galanthida canit, cum iam in γαλῆν esset conversa. At flavus color est mustelis domesticis, non felibus. Donatus ad Ter. Eun. IV. 4. γαλῆ, *mustela.* γαλεώτης, *stellio.* Hesych. Ἀσκάλαβος, γαλέος. Fungerus corrigit, γαλεῶτις. Scribe tu, γαλεώτης. Notat Taubmannus ad Plaut. Stich. III. 2. in Comm. ad Theophrastum disputare Casaubonum, utrum γαλῆ mustela domestica sit, an felis. Ubi inspexi eius Comm. ad cap. 17. nihilo certior decessi. Ambigere doctos ait, sitne γαλῆ mustela domestica, an felis, praetereaque nihil. Et sane frustra ambigerent, si verum esset quod Tzetzes scribit, αἴλουρον esse γαλῆν κατοικίδιον, vel quod ad Phaedrum notat Rigaltius: *Mustela, felis,* αἴλουρος. Sed γαλῆν ab aeluro mecum distinguit Apostolius Cent. V. 92. et Gloss. St. *Cattus*, αἴλουρος. *Mustela*, γαλῆ. Res omnino crepera est, nec satis certa et perpetua illa distincto, quam ego mihimet olim fingebam: Γαλῆ κατοικίδιος, *mustela domestica, een weseltjen.* Γαλῆ ἀγρία, *viverra, een fret.* Gloss. Cyrilli: Γαλῆ, *mustela.* Γαλῆ ἀγρία, *viverra.* Quemadmodum ob hoc Galanthidis factum culta fuerit a Thebanis mustela, Aelian. lib. XIV. cap. 4. refert. Munck. Proprie quidem αἴλουρος, sive *felis*, est κάττος, vel κάττα. nam γαλῆν *mustelam* dici, *stellionem* γαλεώτην ostendit Jac. Perizon. ad Aelian. V. H. lib. XIV. cap. 4. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 693. Verh.

Pag. 39, 20. θορίσκεται] In antiquorum scriptis huius vocabuli usum nondum reperi. Existimo locum esse vitiatum et legendum: θορνύεται μὲν γὰρ διὰ τῶν ὤτων. Berkel. Dictio ista videtur facta ex θορός. Forte legendum θορεῖται. Aristoteles lib. III. de generatione animalium figmentum hoc evertit. Gale. Existimo scripsisse Liberalem, κυΐσκεται. Antigonus Hist. mir. cap. 25. ἡ δὲ λέαινα δὶς οὐ κυΐσκεται. Quae verba nuper ad Hygin. cap. 185. adduxi. Quam autem illa a veritate aliena sint, docet ex Aristotele Plinius lib. VIII. cap. 16. et ex multis aliis Leo Allatius in Commentario ad Basil. Hexaëm. pag. 156.

Fallit etiam alios, ut ipse falsus est, Julius Firmicus pudicitiae virtutem leoni tribuens. Plinium vide. Munck. Θορνύεται coniicit Berkelius, θορεῖται Galeus. Nihil absurdum, sed deest Mss. auctoritas. Verh. θορίσκεσθαι, *semen concipere*, *gravidam fieri*, unus servavit Antoninus, quod cur mutatum iverint viri docti, profecto miror. Nam analogia satis defenditur, quam videmus in εὑρέω et εὑρίσκω. Quidni statuamus, a θορέω, quod omnino usitatius fuit (vid. Jacobs Animadvv. in Script. vett. pag. 191. Heyn. ad Hom. T. VII. pag. 58.), descendisse θορίσκω?

Ibid. διὰ τῶν ὤτων] E Cod. Paris. et edit. princ. sic correxi vitiosum ὠτῶν, quod reliquis editionibus inhaeret.

Pag. 39, 22. ἐκ τοῦ τραχήλου] Aliter Ovid. lib. IX. Met. v. 322.

Quae, quia mendaci parientem iuverat ore,
Ore parit.

Lactant. eodem modo: *Eam in mustelae figuram convertit, ita ut ore, quo mentita est, pareret.* Aut τράχηλος non per *collum*, sed *os* vertendum; nam pro *capite* usus est Lucianus D. M. pag. 437. et pro *osculo* sive *parvo ore* vesicae, Hippocrates, teste Stephano. Verh.

Ibid. Ἑκάτῃ] Gloss. Steph. *Lucifer*, φωςφόρος. *Lucifera*, Ἑκάτη. Docte profecto, et ex ultima antiquitate. Vid. Apollod. lib. I. Eurip. in Helena [v. 569. al. 577.].

Ὦ φωςφόρ' Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ.

Eaedem Glossae: *Nocticula*, Ἑκάτη νυκτοφαίνουσα. Scrib. *Noctiluca*. Horat. lib. IV. Od. 6. Gloss. Graecolatin. Τρίμορφος, ἡ Ἑκάτη, *Trivia*. Munck.

Pag. 39, 25. τὴν χάριν ἐμνημόνευσε] Imitari id videtur Apulei. Miles. III. *Honorum taliam parem gratiam memini.* IX. *Gratas gratias asino meo memini.* Dicebant et χάριν εἰδεῖν, Aristaen. lib. I. cap. 1. ἀλλὰ καὶ χάριν εἴσομαι τῇ τύχῃ. Sic χάριν ἔχω, χάριν ὁμολογῶ. Εὐχαριστῶ οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἴρηκεν, ut docet Thom. Magist. Munck. Vid. ad Moer. Attic. pag. 400. Inepte hic comparatur illud χάριν εἰδέναι. Recte Xylander: *Hercules ... memor beneficii* h. e. in memoriam revocavit beneficium, recordatus est muneris a Galanthide in se collati.

Pag. 39, 28. καὶ πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῇ θύουσι Γαλινθιάδι πρώτῃ] Galinthias optime dicitur merita fuisse de Hercule, et idcirco *Thebanos in festo Herculis sacrificare Galinthiadi prius seu primae, ante Herculem*, πρώτῃ πρὸ Ἡρακλέους. Ita enim construenda verba, quae pessime vulgo vertuntur: *Thebani ante ferias Her-*

culis, primae Galinthiadi sacrificant. Nec enim coniungenda πρὸ ἑορτῇ Ἡρακλέους, ut facit interpres, siquidem πρὸ requirit gignendi, non dandi casum, sed πρὸ Ἡρακλέους, et tunc ἑορτῇ accipiendum pro ἐν ἑορτῇ, quae ellipsis frequens etc. Perizon. Dissert. V. pag. 373. Magni facio inexhaustam huius Viri eruditionem, sed ad Grammaticae normam saepius exigit, quae ad Criticae artis stateram potius sunt expendenda. Ingeniosior certe, quamquam nescio num vera, est Cl. Heringae coniectura in Obs. pag. 17. καὶ πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῆς θύουσι Γαλινθιάσια [Γαλινθιάδια], ut Διάσια, Διονύσια. etc. de festis et sacrificiis iis diis sacris; nempe ex Γαλινθιάδι ά, quae male prius distincta essent, πρώτῃ rescripsissent librarii, ά numeri notam rati. Acute. Verh. Perizonii interpretatio nimis quaesita, neque Heringae coniectura probabilis, quoniam longius recedit ab auctoris manu. Fallor, aut verum vidit Bastius, unica litera adiecta scribendo πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῆς, id quod pridem assecutus erat Xylander interpretatione sua: *ante ferias Herculis primae Galanthiadi sacrificant*, immerito reprehensus Perizonio. Igitur hoc vult Antoninus, Thebanos Galanthiadi sacra fecisse ante festum Herculis, sicuti cap. 4. extr. Ambraciotas legimus Cragaleo immolasse post festum Herculis.

Pag. 40, 1. Ἀκακαλλίδος] De hac alibi; meminit Stephanus in *Κυδωνία*. Gale. Deiones et Phoebi filium facit Ovid. lib. IX. Met. v. 444. Vid. quos Meursius laudat Cretae cap. 8. *Ariam* matrem (Mileti) vocat Etymol. Auctor in *Μίλητος*. *Μίλητος*, inquit, πόλις· ὅθεν καὶ Μιλήσιοι ἀπὸ Μιλήτου υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρίας. Aut hoc falsum, aut errat Schol. Theocrit. Idyll. VIII. v. 115. Μιλήτου γάρ φησι καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Δαῦνος (lege Καῦνος) καὶ Βυβλὶς etc. Confer Parthen. Erotic. cap. 11. Munck. In matris nomine variant plerique. Vid. Reg. et Burm. ad Ovid. d. l. et Munck. ad Hygin. cap. 14. Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 186. Ὁ δὲ Μίλητος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις Μίλητος, Εὐξαντίου καὶ Μίκωνος ἦν. Οἱ δέ φασιν αὐτὸν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρείας τῆς Κλεόχου. cet. Verh. Cfr. Creuzer. Symb. et Myth. T. IV. pag. 252. not. ed. sec. Hoeckii Creta T. III. pag. 161. not. v).

Pag. 40, 3. δείσασα Μίνω] Quartae inflexionis quidem interdum *Μίνως*, sed inter illa, quae in accusativo casu abiiciunt ν, non invenio *Μίνως*. Scribendum ergo esset *Μίνων*, vel *Μίνωα*, ut cap. 40. Ἐκφυγοῦσα δὲ Μίνωα. Retrahit tamen nos Pausan. Achaic. [lib. VII. cap. 4, 5.]

pag. 403. Edit. Wechel. παρὰ Μίνω ἔφυγεν εἰς Κρήτην, Munck. Τὸν Μίνω etiam Lucian. T. III. pag. 655. Pro Πυθῶνα, quod est apud Apollod. [lib. I. cap. 4. §. 1.] Coll. D'Orvill. habet Πύθω. Herodian. [pag. 398. ed. Koch.] Τὸν Ἥρω, τὸν Μίνω, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ποσειδῶ ἄνευ τοῦ ν οἱ Ἀττικοί. Vid. ibi Piersonus. Verh. Add. Apoll. Rh. lib. III. v. 1107, οἷον ἔειπας Μίνω Πασιφάης πόσιν ἔμμεναι.

Pag. 40, 4. ἐπιφοιτῶντες λύκοι . . . ὤρεγον γάλα] Lupi ergo feminae, ut λύκοι ἐπιφοιτῶσαι dicere potuisset. Festus: *Agnus ex Graeco ἀμνὸς deducitur, quod nomen apud maiores communis erat generis, sicut et lupus, quo* (leg. e Mss. *quod*) *venit ex Graeco λύκος. Contra Agolum pastorale baculum, quod* (leg. eorumdem auctoritate *quo*) *pecudes aguntur.* Nota Numae Pompilii Lex: *Pellex . . . crinibus demissis Junoni* agnum feminam *caedito.* Verh.

Pag. 40, 5. παρὰ μέρος] *Per vices*, recte, i. e. nunc hac, nunc illac ubera praebuerunt. Vid. hunc locum explicantem Perizon. ad Aelian. V. H. lib. VIII. cap. 3. Verh. Usitatius fuisse videtur ἀνὰ et κατὰ μέρος.

Pag. 40, 7. ἐν τοῖς οἰκείοις] Scribe ἐν τοῖς οἰκίοις. Differentiam inter τὰ οἰκεῖα et οἰκία in praecedentibus annotavimus. Berkel.

Pag. 40, 9. ὁ Μίνως κατὰ πόθον ἐνεχείρει βιάζεσθαι] *Desiderio impulsus violare intendit.* Quodnam hoc desiderium, quo quis alteri vim inferre nititur? Turpis, ais, amor, quo Mileto frui vellet Minos; nam ἐγένετο καλός. Nempe nepote avus? Alia omnino Antonino mens. Non tantum καλὸς, quo se multitudini commendaret, sed et δραστήριος, quo, ubi res postularet, strenue se gereret. Hinc ab eo timens Minos illum, quocumque tandem modo amovere studuit, ne regnum sibi eriperet. Ovid. d. l. v. 440.

— *Qui* (Minos) *dum fuit integer aevi,*
Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.
Tunc erat invalidus, Deionidenque iuventae
Robore Miletum, Phoeboque parente superbum,
Pertimuit; credensque suis insurgere regnis,
Haud tamen est patriis arcere penatibus ausus:
Sponte fugis, Milete, etc.

Ultro vides, me summo iure hic reponere φθόνον. Infra cap. 37. Ἐπεβούλευσαν Ἰλλυριοὶ βάρβαροι κατὰ φθόνον αὐτῶν γῆς. Emendationem egregie confirmat Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 186. Μίλητον. τοῦτον δὲ ἀνδρωθέντα καὶ

ΦΘΟΝΟΥΜΕΝΟΝ ὑπὸ τοῦ Μίνωος ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν Σάμον, ἀφ' οὗ καὶ τόπος ἐστὶ Μίλητος· καὶ ἀπὸ τῆς Σάμου μεταβὰς εἰς τὴν Καρίαν, ἔκτισε πόλιν, Μίλητον ἀφ' ἑαυτοῦ καλέσας. Quae multum faciunt ad Liberalem illustrandum. VERH.

Pag. 40, 12. *ἔγημεν Εἰδοθέην*] Non eandem omnes Mileti coniugem statuunt. Ovidius vult, eum ex Cyanee Nympha gemellos genuisse, et Theocriti Scholiastes *ἐξ Ἀρείας*, cuius integrum locum mox producemus. BERKEL. Mileti uxoris nomen non expressit Lactantius, sed Maeandri facit filiam. Consentit Ovid. qui et nomen addit d. l. v. 450.

Filia Maeandri, toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanëe.

Nicaenetus apud Parthenium, non Parthenius, ut est in not. ad Ovid. Tragasiam vocat. VERH.

Pag. 40, 14. *Καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ Καῦνος καὶ Βιβλὶς, ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ, Καῦνος καὶ Βιβλίς*] Caunus in Caria reperitur, estque urbs ad Calbim sita: sed in illa regione non invenies oppidum nomine *Βυβλίς*. Theocriti Scholiastes ad Idyll. VII. testatur, Mileti collem ac fontem huius nominis fuisse *Τετὶς δὲ καὶ Βυβλὶς, ὄρη Μιλήτου καὶ κρῆναι. Μιλήτου γὰρ φασὶ καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Καῦνος καὶ Βυβλίς. ἧς ἐρασθεὶς ὁ Καῦνος ἀπέλιπε Μίλητον.* Ita hunc locum esse legendum, ad Stephanum alibi monuimus. BERKEL. Multum mihi negotii facessit Biblis urbs in Caria. Montem facile et fontem eo nomine, si hypothesi Liberalis servias, invenias, non urbem. Potuit tamen exstitisse, licet eius mentionem alii scriptores non fecerint. Atqui dices apud Miletum erat mons ille et fons Biblis: Miletus autem in Jonia. Sed notandum, deserere heic vulgatam opinionem Liberalem, et conditam in Caria Miletum velle, in qua et a Ptolemaeo et Apollodoro collocatur. Sine auctoritate MSS. nihil temere mutandum: posset alioquin una vocula *κρήνη* vel *ὄρος* ante *Biblis* inserta omne illud de urbe dubium tolli. * Urbis Biblidis qui mentionem faciat, non facile invenias praeter unum Antoninum, qui id facere videtur. Vertit Xylander: *Natique ei sunt gemini liberi, Caunus et Biblis, unde etiamnum sunt Caunus et Biblis Cariae urbes.* Verum hoc si voluisset Liberalis, ita potius scripsisset: *ἀφ' ὧν πόλεις εἰσὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ* etc. Crede mihi male transposita esse verba Antonini. Ordinem illis suum restitues, si ita scripseris: *καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ, Καῦνος, ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν*

ἐν Καρίᾳ, καὶ Βιβλίς. Sic nullam tibi amplius molestiam exhibebit urbs Biblis, quae nulla est. Byblos notissima et celeberrima Phoeniciae urbs. Stephan. Βύβλος πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, Κρόνου κτίσμα, ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου θυγατρός. Nota Byblen dici, quae Byblis est aliis. Etymol. Auctor: Βύβλος πόλις Φοινίκων ἀρχαιοτάτη etc. Ἡσίοδος· Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν. Atque ille versus 912. est in Dionysio, nisi quod ibi exhibetur Σιδόνα, quomodo et pag. 21. in Commentario suo adducit Eustathius. Puto ergo pro Ἡσίοδος in Etymol. reponendum esse Διονύσιος. * Munck. Transpositio ea verborum, qua omnem scrupulum tollit Munckerus, etiam Cl. Heringae in mentem venit, Observv. pag. 226. Verh. Heringae autem verba haec sunt: „Legendum abiectis binis vocibus, quas mala librariorum manus intruserat: καὶ ἐγ. δίδ. π. αὐτῷ, Καῦνος (ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ Καῦνος) καὶ Βιβλίς.“ Unde vides non accurate haec a Verheykio lecta fuisse. Ceterum in eandem cum Munckero emendationem incidit Jacobsius Additam. Animadvv. in Athen. pag. 56. nisi quod Βυβλίς scripsit, quam scripturam Cod. Paris. in hoc unico loco exhibet. Equidem Heringam secutus sum. De urbe Cauno multa collegerunt Baehrius ad Ctesiae Reliqq. pag. 183. Bischoff. et Moeller in opere utilissimo: *Wörterbuch der alten, mittlern und neuern Geographie* pag. 280. Fabulam accuratius exposuit Kannius ad Conon. pag. 69. Cfr. Hoeckii Creta T. II. pag. 313 sqq.

Ibid. Καῦνος] Vid. Parthenium pag. 366. [cap. 11.]. Gale.

Pag. 40, 16. Βιβλίς] Scribendum esse Βυβλὶς, non opus est multis admonere. Berkel. Nihil mutandum puto, tametsi extra dubium in nupero Commentario ponatur, scribendum esse Βυβλίς. Pudenter Nob. Heinsius ad Ovid. lib. IX. Metam. v. 452. *Biblis* ne an *Byblis* scribendum sit, non liquere sibi ait. Certe cum Antonino nostro *Biblis* scribit etiam Pausanias Achaicis [cap. 5, 5.] pag. 406. Ἐν δὲ τῇ Μιλησίᾳ πηγή ἐστι Βιβλὶς, καὶ ὅσα εἰς τῆς Βιβλίδος ἔρωτα ᾄδουσι. Imo Ortelius in suo Thesauro τὸ *Biblis* praefert. Munck. *Byblis* est Lactantio, et Ovid. v. 452.

Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam cet.

Parthenius tamen et Nicaenetus praeferunt Βιβλίς. Contra Conon. cap. 11. Βυβλίς. Suid. Βύβλις, ὄνομα κύριον. ἀδελφὴ Καύνου. Verh.

Ibid. μνηστῆρες] Vocem hanc Graecam esse nemo in dubium vocabit: ea tamen passim Hyginus usus est, ita

enim ille Fab. CXXVI. *Quem cum Eumaeus ad mnesteras perduxisset, et cum ancillis discumberent, ait ad illos: habetis ecce alterum mendicum, qui cum Iro vos delectet. Tunc Melanthius unus ex mnesteribus ait* etc. Eadem vox restitui debet Hygino Fab. LXXXI. Index istius Fabulae recensionem *procorum Helenae* promittit, qui alio nomine *mnesteres* appellantur. Procorum nominibus iam enumeratis, auctor hisce verbis fabulae finem facit: *Helenae mnesteres.* In vulgatis hodie legitur: *Alia veteres.* Doctissimus Barthius lib. VIII. Adverss. cap. 6. testatur, se in MS. codice *Alia noteres* invenisse, petitque, ut alii docerent, quid inde extricandum sit. Aequus lector iudicet, an veram lectionem communicaverim. BERKEL. — Gloss. vett. *Procus*, *μνηστήρ*. *Decubis*, *μνηστὴρ*, *ἀπόκοιτος*. Vocem *Mnesteres* iam abhinc quinquennio Hygino cap. 81. ristituendam esse observavi. Videri usum ea quoque Servium ostendo in notis ad Hygin. cap. 247. MUNCK.

Pag. 40, 17. *ἐκ τῶν πέριξ πόλεων*] Act. Apost. cap. V. v. 16. *Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων.* VERH.

Pag. 40, 19. *αὐτὴν δὲ ἄφατος ἔρως ἐξέμηνε τοῦ Καύνου*] Lactant. *Byblis cum fratrem corporali amore potius, quam pio patrioque*, mallem, quod Colon. praefert, *fraternoque more diligeret.* Ovid. v. 453.

Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellae:
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris,
Non soror ut fratrem, nec qua debebat, amavit.

Haec eo adduxi, quia in contrarium abeunt alii. Caunum amore Byblidis correptum, cum ea potiri nullo modo posset, terram illam deseruisse, tradit Conon. Idem ex Nicaeneto Parthenius, quamquam hic addit, plures tradidisse, Biblida Cauni amore flagrasse. VERH.

Pag. 40, 21. *εἴχετο χαλεπωτέρῳ δαίμονι*] Hanc aliasque eiusdem fere generis locutiones egregie, ut solet, illustrat Hemsterhusius Praefat. ad Lucian. pag. 32. VERH. Cfr. Valckenar. ad Callim. Fragm. pag. 29. Usitatissimum *κατέχεσθαι ἐκ θεῶν*. Vid. Ast. ad Plat. Phaedr. pag. 281. Intpp. ad Xenoph. Symp. cap. 1, 10.

Pag. 40, 22. *καταβαλεῖν ἐκ τῆς πέτρας ἑαυτήν*] Assiduo moerore et fletu fatigatam concidisse ait Lactantius, nec secus Ovidius d. l., nexo de zona laqueo e nuce se ipsam suspendisse, Conon; alligato ad quercum balteo collum innexuisse, ex aliis Parthenius. VERH.

Pag. 40, 25. *νύμφαι . . . αὐτὴν ἤλλαξαν ἀπ' ἀνθρώπων εἰς δαίμονα*] Hac de re nihil alii, nisi quod Ovid. v. 651. ei humi iacenti opem ferre enisas fuisse Nymphas refert. Lectio non est sollicitanda. Parthen. cap. ult. *Ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη.* Infra cap. 33. *Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμόν.* Verh.

Pag. 40, 26. *πολὺν ὕπνον*] Corrige *καὶ πολλὴν ὕπνον.* Berkel. Male *πολὴν* ediderant. Munck.

Ibid. *ἤλλαξαν ἀπ' ἀνθρώπων*] An *ἀπ' ἀνθρώπου?* Cap. 39. *ἐποίησεν ἐξ ἀνθρώπου λίθον.* Nisi hoc dictum, ut *ἀφανισθῆναι ἐξ ἀνθρώπων.* cap. 33. Munck. *Ἀπ' ἀνθρώπου* praeferendum. Theocrit. Eidyll. XV. v. 106. ex emendatione Cl. Valckenarii: *τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς Ἀνθρώπω, ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν.* Verh.

Pag. 40, 29. *καλεῖται δὲ τὸ ῥέον ἐκ τῆς πέτρας . . . δάκρυον Βιβλίδος*] Lactant. *Nympharum Lelegeïdum misericordia exspirantis lacrymae in fontem conversae sunt, qui dominae nomine est insignis.* Ovid. d. l.

Sic lacrymis consumta suis Phoebeïa Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet dominae, nigraque sub ilice manat.

Conon [cap. 2.]: *κλαιούσης αὐτῆς ἐῤῥύη τὰ δάκρυα, καὶ κρήνην ἀνῆκε, Βυβλίδα τοῖς ἐπιχωρίοις ὄνομα.* Parthen. [cap. 11. extr.] *φασὶ δέ τινες, καὶ ἀπὸ τῶν δακρύων κρήνην ῥυῆναι ἰδίᾳ, τὴν καλουμένην Βυβλίδα.* Verh.

Pag. 41, 3. *Λυκάονος τοῦ αὐτόχθονος ἐγένοντο παῖδες Ἰάπυξ καὶ Δαύνιος καὶ Πευκέτιος*] *Αὐτόχθονες*, quos Romani Aborigines vocant, *γένος*, ut ait Dionys. Halicarn. lib. I. Ant. R. cap. 10. *καθ' ἑαυτοῦ γενόμενον.* Hoc Antonino additum, ut vetustiora respicerentur tempora, et ad eum Lycaonem, qui Pelasgi filius, saevitia in hominibus, quos hospitibus apponebat, mactandis detestandus, a Jove in lupum conversus vulgo creditur, iisque adnumeratus, quorum ob facinora diluvium illud Ogygium fuerit immissum. Hoc ut colligam, facit Peucetius, qui uti ab Antonino, ita et ab Apollodoro lib. III. cap. 8. eius filiis accensetur, quos sex et viginti nomine recenset Pausanias in Arcad. cap. 3. quinquaginta Apollodorus d. l. Sed hoc in numero, si utrumque scriptorem conferas, octo tantum nomina conveniunt. At nusquam apparent Daunius et Japyx, ut mirer Cl. Burmanni, qui ex hoc Antonini loco ad Ovid. lib. XIV. v. 515. pro vitiosa nominis varietate, *Peucetiosque sinus* acute reposuerit, industriam effugisse, nec Daunium neque Japygem quidquam ad Lycaona, cuius

tamen filios Antonini fide statuit. Lycaon fuit Arcas, Arcades eius filii; id quod de Daunio dici non potest. Festus: *Daunia appellatur a Dauno Illyricae gentis claro viro.* Plin. lib. III. cap. 2. *Hinc Apulia Daunorum cognomine a duce Diomedis socero* (vid. Casaub. ad Strab. 242.), qui, ut alii, Pilumni et Danaes filius perhibetur. Quamquam et Festus et Plinius veritati propius absunt. Verosimilius enim Dauniam a Daunio vel potius Dauno rege dictam fuisse, qui, quod sibi adversus Messapios opem tulisset, Diomedi post Aegialeam ob adulterium reiectam, filiam in matrimonio collocavit, atque adeo eius socer Plinio recte dicitur. Late haec narrat Antoninus mox cap. 37. Japyx, unde Japyges et Japygia, Daedali ex Cressa muliere filius dicitur eidem Straboni, 279. confirmat Solinus cap. 8. *Quis ignorat, Japygas ab Japyge, Daedali filio, conditos?* atque adeo non Arcas, sed Cretensis hic fuit, quemadmodum eum Cretensium quoque ductorem diserte facit Strabo d. l. Japyx et Daunus unus idemque dicitur Ciofan. ad Ovid. d. l. v. 458. et sane hic illud videtur indigitare: *sub Japyge maxima Dauno moenia condiderat.* v. 510. *Japygis arida Dauni arva.* Lactant. ibi: *Qui sub Dauno Japygiae rege domicilium posuisset.* Et si Dionysio auscultamus, locus ille, ubi Peucetius in Italiam delatus consedit, antea iam ab Japyge, qui ergo Peucetio antiquior fuit, nomen acceperat. Ut forsan ad alterum Lycaona descendendum sit, sive is Priami, ut Strabo lib. XIII. pag. 585. narrat, sive alterius filius fuerit. Certe de hoc latius agit Halicarnassensis, eique tribuit id, quod suo Antoninus. Praeterea quod omnes Lycaonis prioris filii, simul pater in lupum converteretur, a Jove perierunt, atque adeo in his, etiam Peucetius, eiusdem facinoris affines, excepto Nyctimo, qui patri successit, narrante hoc Apollodoro d. l. Ut tempora inter se longe diversa enarret Antoninus. Quamquam et alteri Lycaoni filius fuisse potest, etiam Peucetii nomine. Verh.

Pag. 41, 5. *ἀφίκοντο τῆς Ἰταλίας παρὰ τὸν Ἀδρίαν*] Optime Xylander: *ad Italiae Adriam venerunt;* scilicet genitivus τῆς Ἰταλίας pendet a voce Ἀδρίαν neque ab ἀφίκοντο, quod olim opinabatur Bastius. Cfr. Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. III. P. 3. pag. 125. et Jacobsius in Ephem. liter. Hal. a. 1806. No. 32. Vid. supra ad pag. 8, 15.

Pag. 41, 7. *Αὔσονας*] S. Ausonia ab Ulysse filio Ausone dicta fuit, quae est receptissima sententia scriptorum; Lycaonis aevo erant in Italia Ausones. De Lycaone eiusque stirpe vide Apollodorum. Gale.

Pag. 41, 8. *Ἰλλυριοὶ, Μεσσάπιοι*] Desideratur hic copulativa coniunctio *καί*. Berkel. Hanc nemo hodie desiderabit.

Pag. 41, 9. *ἐπεὶ δὲ τὸν στρατὸν ... ἐμέρισαν τριχῇ, καὶ ὠνόμασαν*] Vid. ad cap. 11. pag. 17, 8.

Pag. 41, 10. *ὡς ἑκάστοις ἡγεμόνος εἶχε*] Subaudi τὸ ὄνομα. Eodem redit, si scribas, ἑκάστου ἡγεμόνος. Sophocl. Ai. Flag. v. 1068. *ἀλλ' ἐᾶν ὡς ἔχει.* Interpres: *Sed sinas ita, ut est.* Munck.

Pag. 41, 12. *ἀπὸ Τάραντος*] Tarentum a Strabone, Pausania, et in numis antiquis *Taras* dicitur. Munck.

Pag. 41, 14. *ἐν ᾗ πόλις ᾤκηται*] An ᾤκισται? Apollod. tamen lib. I. [cap. 7. §. 5.] *ἐκ Θεσσαλίας Αἰολέας ἀγαγὼν ᾤκησεν Ἦλιν.* Sed et ibi ᾤκισεν mallet Fab. quod probo. Lib. II. [cap. 4. §. 5.] pag. 78. *γεννᾷ Τάφιον, ὃς ᾤκισε Τάφον.* Eurip. Hecub. v. 2. *ἵν' ᾅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.* Vide Thom. Magistrum in voce οἰκῶ. Idem, quod heic, vitium occurrit in Schol. ad Eurip. Orest. v. 934. *μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐν ὄρεσιν οἰκούντων τῶν Ἀργείων, πρῶτος αὐτοὺς συνῴκησεν Ἴναχος.* Leg. συνῴκισεν. Aliud οἰκέω, aliud οἰκίζω. Sed κοιμάω interdum idem, quod κοιμίζω. [vid. Wernsdorf. ad Himer. Orat. pag. 743.] III. Reg. cap. XVII. v. 19. *ἐκοίμησεν αὐτὸν ἐπὶ κλίνης.* Apollod. lib. I. [cap. 9. §. 24. extr.] pag. 51. *Τὸν φυλάσσοντα δράκοντα κατακοιμήσασα.* Vereor, ne frustra corrigat Faber, κατακοιμίσασα. Munck. *Ὤικισται* legendum coniicit Munckerus. Et ubique fere illud οἰκεῖν, quando accusativo iunctum apud scriptores occurrit, in *οἰκίζειν* mutant Viri D. Vid. ad Aelian. de Anim. lib. XI. cap. 16. ad H. V. lib. VIII. cap. 5. ad Herod. lib. VII. pag. 585. Alii alibi. Accusativum admittunt nonnulli, quando *administrandi* vim obtinet; negant, si simpliciter *degere* vel *habitare* in loco significat. Differentia inter οἰκέω et οἰκίζω tyronibus nota, nec dubito, quin posterius reponendum sit, quotiescumque *condendi*, *instaurandique* notione occurrat. Ubique tamen non mutem, quandoquidem ipsi scriptores eam differentiam sollicite non observarunt, quod de κοιμάω et κοιμίζω hic animadvertit Munckerus. Aelian. V. H. d. l. *Οἱ δὲ ᾤκησαν τὴν Νάξον*, quod minime in ᾤκισαν mutandum; nam aliis in locis, ubi ea mutatio admitti potest, iuvant Codd. Uti nec lib. IX. cap. 7. *Τὴν Ἰταλίαν ᾤκησαν πρῶτοι Αὔσονες*, et paullo post *ὅτι τὴν Ἰταλίαν φασὶν οἰκῆσαι ἔθνη πάμπολλα.* Prior certe locus controversia maior est; nam ipso confitente Perizonio, nec condiderant Naxum, neque instauraverant, sed inhabita-

bant. Lucian. in Vit. Auct. T. I. pag. 549. *Τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀπολιπὼν, ἢ Τάφον οἰκήσεις* cet. Sic *χωρία δύςπορα οἰκεῖν* dixit Arrian. de Exp. Al. lib. I. cap. 7. *Πόλιν μεγάλην οἰκοῦσι.* ibid. cap. 28. Antonin. infra cap. 32. *Οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι . . . ᾤκησαν τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς.* Et ut hic, passive Homer. Il. *Δ.* v. 18.

Ἤτοι μὲν οἰκέοιτο πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.

Sed praeterea hoc loco nec *ᾤκηται* mutarem in *ᾤκισται*, nec verterem, *conditum est.* Verum, qua significatione gaudet passivum, *iacet*, *situm est.* Arrian. lib. IV. cap. 25. [cap. 24.] *Ταύτην μὲν δὴ πόλιν, ὅτι ἐν ἐπικαίρῳ χωρίῳ ἐδόκει ᾠκεῖσθαι* [*ᾠκίσθαι*]. et cap. 28. *Πόλιν, ἣ ξύνεγγυς τῆς πέτρας τῆς Ἀόρνου ᾠκεῖτο.* VERH.

Ibid. *τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐντὸς τοῦ Τάραντος*] Ego plane contrarium statuerem, legendo: *τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐκτὸς τοῦ Τάραντος ἐγένετο Πευκετίων.* *Quod enim ultra Tarentum erat, Peucetiis obtigit.* Hoc modo si locum constituas, non opus est ut asterisco notetur. BERKEL. Locum sanum esse pronunciant in Edit. Leidensi, si *ἐκτὸς* pro *ἐντὸς* reponatur. Nihil quod dicam habeo nisi illud vetus N. L. Suspicor tamen post *τὸ Τάραντος* excidisse *θάλασσαν.* Inspice Geographorum mappas. MUNCK.

Pag. 41, 16. *ἐνδοτέρω*] Gloss. Steph. *citerius, ἐνδοτέρω. cisci, ἐντός.* Leg. *cis.* Gloss. Cyrill. *ἐντὸς, cis, intra, intro.* MUNCK.

Ibid. *τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον Δαύνιοι*] Transcriptorum incuria primam vocem esse corruptam, manifestum videtur. Lego: *ἔπλεον Δαύνιοι* sive *ἔπελον*, quod magis placet. BERKEL. Videtur scribendum: *τῇ θαλάσσῃ. Πλεῖν θαλάσσης* dici forte possit, ut *οἰκεῖν γῆς* cap. 4. subaudito *ἐπί.* Sed *ἐπιπλεῖν θαλάσσης* non satis concoquo. MUNCK. Locutionem *τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον* non satis concoquit Munckerus, sed, si dici forte possit, ut ait, *πλεῖν θαλάσσης*, ut *οἰκεῖν γῆς*, pro *πλεῖν ἐπὶ θαλάσσης*, cur dici etiam non potest *θαλάσσης ἐπιπλεῖν?* Solet Antoninus praepositionem nomini detractam verbo addere: cap. 33. *Ἐξελάσας αὐτοὺς τῆς πατρίδος.* Cap. 37. *Ἐδεήθη τον πόλεμον αὐτῷ συμπολεμῆσαι.* Cap. 39. *Ἀπὸ Τεύκρου τοῦ ξυνελόντος Ἴλιον Ἀγαμέμνονι.* Cap. 41. *Αὐτῷ συστρατεῦσαι*, et mox: *Εἰ μὴ αὐτοῖς συνεξέλοι.* Berkelius omnem ellipticam locutionem in Antonino respuens, ut Munckero obloquatur, quamquam mox, quod mireris, in *ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται νυμφῶν τε καὶ παίδων* ellipsin quaerit, rescribendum contendit: *τὴν θάλασσαν ἐπέπλεον*, quia sic loquitur Ho-

merus: sed, ut ego opinor, alia notione. Quid, quaeso, *mare Daunii navigabant?* Regionem in tres partes diviserant, ut describit auctor, sed ita, uti interpretor, ut Dauniis ea pars obtigerit, in qua *imperium maris tenerent*, vel ut Nepotis utar verbis, *mari potentes essent*. Arrian. lib. II. cap. 17. *Πλεόντων ἡμῶν τὴν θάλασσαν*, *nobis imperium maris tenentibus.* Cum altero verbo eidem: *ἐφ' ἧς* (*πεντηκοντόρου*) *Πρωτέας Ἀνδρονίκου ἐπέπλει*, *cui praefectus erat Proteas* cet. Plena igitur et sana locutio hac significatione: *ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον.* Cluverius Berkelio citatus vertit: *ultra hos Daunii sedes fixerunt*, sed tum *separato mari*, vel simile quid addendum erat. Sed totum locum refingit (in Ital. Ant. pag. 1209.): *Τὸ μὲν ἀπὸ Τάραντος ἄχρι πρὸς τὴν ἐσχατιὰν τῆς Ἰταλίας ἐγένετο Μεσσαπίων. ἐν ᾗ πόλις Βρεντέσιον.* (deleto ᾤκηται) *τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐκτὸς τοῦ Τάραντος ἐγένετο Πευκετίων. ἐνδοτέρω δὲ τούτου τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον Δαύνιοι.* *Quod a Tarento erat usque ad extima Italiae, Messapiis obtigit: ubi est Brundisium. quod ultra Tarentum erat, Peucetiis. Ultra hos Daunii sedeis fixerunt.* In aliis Xylandro melius, in aliis etiam deterius. Certe *ᾤκηται* et *θαλάσσης ἐπέπλεον*, quomodo verteret, vix se expedire potuit, neque, opinor, *ἐκτὸς* et *ἐνδοτέρω* utrumque significat *ultra*. Ut Berkelio parum praesidii hinc accedat: nam quod *τὸ σύμπαν ἔθνος ὠνόμασαν Ἰάπυγας* pro *Ἰαπύγων* legat idem Cluverius, nihili est. Integritatem huius loci mox vindicabit Munckerus ad verba: *ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται νυμφῶν τε καὶ παίδων.* Illa *τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐντὸς* cet. se offendisse, inque eorum explicatione non admodum sibi satis facere indicat Munckerus Heinsio Tom. V. Syll. Epist. pag. 355. et vellem Viro nob. Antoninus tum ad manum fuisset, quod respondens negat, et lucem aliquam loco affudisset. Me non minus offendunt *ἐνδοτέρω δὲ τούτου.* VERH.

Ibid. *ἐ π έ π λ ε ο ν*] Satis hoc sanum mihi videtur. Mare illud navibus invadebant, et usum eius sibi sumebant. Florus, quamquam de hostili invasione, lib. III. cap. 6. *Cilices invaserant maria.* Quomodo poëticum heic verbum *ἔπελον* locum habere possit, non video: *ἔπλεον* tolerabile est. MUNCK.

Pag. 41, 17. *Ἰ α π ύ γ ω ν*] Xylandriana editio exhibebat *Ἰαπήγων*, quod est a mala manu. Quod in hac voce mendi residuum est, ita corrigo: *τὸ δὲ σύμπαν ἔθνος ὠνόμασαν Ἰάπυγας.* BERKEL.

Pag. 41, 22. *Ἐ π ι μ η λ ί δ α ς*] Arcades Dryadas et

Ἐπιμηλιάδας vocant nymphas, quas alii *Ναΐδας* dicunt. Pausanias, quod et alibi observavimus. Gale. Idem quod *ἁμαμηλίδας*. A *μηλέα* vel *μηλὶς* *malus*, ut a *δρῦς* *ἁμαδρυάδες*. * Ut a *δρῦς* Nymphae dictae sunt *Dryades* et *Hamadryades*, ita a *μηλὶς* *pomus*, *Epimelides* et *Hamamelides* dictas voluere nonnulli. Verum Scholiastes Homeri a *μῆλον* *ovis* cum Servio dictas eas censet, cum ait ad Il. *Υ*. v. 8. *Αἱ τὰ ἄλση κατοικοῦσαι Νύμφαι ἀλσηΐτιδες καλοῦνται, αἱ δὲ ἐπὶ τῶν δένδρων ἁμαδρυάδες, αἱ δὲ τὰ νάματα τῶν ὑδάτων, ναΐδες καὶ ὑδριάδες, καὶ τούτων αἱ μὲν κρηνίδες, αἱ δὲ ἐπιποταμίδες, αἱ δὲ τῶν βοσκημάτων Ἐπιμηλίδες, αἱ δὲ ἐπὶ τῶν ὀρῶν, ὀρεστιάδες, καὶ ὅσαι ταύταις ὅμοιαι, ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἑλῶν ἑλιονώμοι.* Leg. *ἑλιονόμοι*. Advertit me, quod fluentorum Nymphas *Hydriadas* vocat; atque adeo suspicor in loco Isidori (lib. VIII. Orig. cap. 2.) pro *fontium, Hamadryades*, reponendum esse, *fontium, Hydriades*. Certe aptius, imo verius foret. Munck. Vel, ut syllabarum numerus staret, apud Isidorum legi posset *Ephydriades*, nam eaedem, atque *Hydriades*. Vid. Behotii Apophor. lib. II. cap. 1. Epimelidum vero non ita frequens mentio fit. Earum meminit Pausan. in Arcad. cap. 4. Galeo etiam citatus, sed scribit *Ἐπιμηλιάδας*; ut *Κρηνίδες* et *Κρηνιάδες*, *Ἑλικωνίδες* et *Ἑλικωνιάδες*. Vid. Toupii Cur. Post. in Theocritum, pag. 2. Has autem *Ἐπιμηλίδας* et *Δρυάδας* ab Arcadibus ita dictas ait, quas alii vocabant *Naiadas*. Sed si *Naiadum* et *Hydriadum* originem *ἀπὸ τῶν ναμάτων τῶν ὑδάτων* cum Homeri Scholiaste deducimus, quid hae ad *Dryadas*, aut *Epimelidas*, sive ab arboribus seu pecoribus nomen sortitas? Forsan Pausanias voluit: *Δρυάδας γὰρ δὴ καὶ Ἐπιμηλιάδας τὰς ἑαυτῶν ἐκάλουν Ναπαίας* pro *Ναΐδας*. Napaeae saltuum et convallium Nymphae, uti Dryades sylvarum, atque adeo non ita diversae; et Epimelides ab Hesiodo Oreadibus et Hamadryasin iunguntur, nisi statuamus, Pausaniam voluisse Arcadas in genere Nymphas vocasse vel Dryadas vel Epimelidas; nam ita Hamadryades nonnumquam de quibusvis Nymphis. Ceterum Suidas cum nostro facit. *Ἐπιμηλίδες, Νύμφαι.* Et has easdem esse, quae aliis *Meliades* et *Meliae* dicuntur, existimat Gyraldus pag. 176. Vid. et pag. 174. et Natal. Com. lib. V. cap. 12. Sed de his plura dabit, et Eruditorum voto satisfaciet magnus Valckenarius ad Theocritum, cuius novam editionem iamiam editurus est. Verh. Tertiam formam *Ἐπιμελίδες* exhibet Schol. Paris. ad Apoll. Rhod. lib. IV. v. 1322. Cfr. Phrynich. *Προπ. Σοφ.* in Bekk. An. Gr. T. I. v. *Ἀντριάδες*. Vid.

Valckenar. ad Theocrit. Idyll. I. pag. 9. Villois. ad Long. Past. pag. 153. Creuzer. in: *Briefe über Homer und Hesiodus* pag. 165 sq. not. **). Völcker: *Mythologie des Japet. Geschlechtes* pag. 272 sqq. Wolf. ad Hesiod. Theog. v. 187. pag. 83.

Pag. 41, 26. ἐπὶ πλέον] Cod. Parisin. coniunctim ἐπιπλέον.

Pag. 42, 2. πᾶν ὅσον ἢ πλεῖστον] Quid illud ἢ heic denotat? Scribo ἦ. Imperfectum hoc ab εἰμί. Πᾶν ὅσον ἦ pro σύμπαντα eleganter dicitur. Alias omitti solet verbum substantivum, ut μύριοι ὅσοι, μύρια ὅσα. vid. Vigerum de Idiotis. Ling. Graec. cap. 3. sect. 10. Perperam haec vocula etiam exarata in Hesychii Lexico: ἢ θέμις, ὡς δεῖ, ὡς δίκαιον. Leg. ἦ θέμις. Pariter peccatum in οὐ. Σημαίνει δὲ, inquit, καὶ ὅπου, καὶ ἔνθα τὸ οὖ. Scrib. οὗ, et refer ad οὐ δασυνόμενον, quod proxime sequitur. Ridiculum dicam, an miserabile, quod mox non Hesychius sane, sed librarius subiunxit: οὐαὶ, φυλαί. Emenda φεῦ, αἴ. Munck. In Cod. Paris. haec sic distincta: ταῖς δὲ νύμφαις, πᾶν ὅσον ἢ πλεῖστον, ἐπ. εἰς κ. Bastio legendum videtur: ταῖς δὲ νύμφαις πᾶν, ὅσον ἦν (vel simpliciter πᾶν ὅσον), πλεῖστον ἐπέδωκεν εἰς κάλλος i. e. *omnia quaecunque erant*, coll. Demosth. adv. Lept. ἔστι δὲ πάντα μὲν . . . ὅσα ἐστὶ τὰ ὀνείδη φευκτέον. et Wyttenbach. ad Plutarch. de Sera Num. Vind. pag. 40. Aegre tango Jacobsii conamen in Ephem. liter. Hal. l. c. qui mendam altius latentem odorans in corruptis ἢ πλεῖστον verbum aliquod poëticum deprehendisse sibi visus est, ἔπλισσον vel ἐπλίσσοντο, atque intelligit πάντα τῶν νυμφῶν βήματα καὶ κινήματα, ut poëta, ex quo haec desumta sint, fortassis scripserit: Πᾶν ὅσον ἐπλίσσοντο ποσὶν εἰς κάλλος ἔδωκε. Haec non scripsisset vellem vir eximius. Nobis certe legentibus continuo in memoriam recurrebat Homericum illud, quod de mulis dictum, εὖ πλίσσοντο πόδεσσιν et ingratam excitabat rei imaginem. Quid multa? Verba ἢ πλεῖστον ad difficilius πᾶν ὅσον explicandum ab aliena manu adscripta per errorem orationi ipsi illata esse mihi persuasum est, quare in vincula conieci. Plana tum omnia neque ad sensum aliquid deest, quem egregie iam perspexit Xylander: *at nymphis omnia ad elegantiam subinde accreverunt.*

Pag. 42, 5. νεῖκος ἤρασθε] Apollod. lib. II. [cap. 4. §. 3.] pag. 75. Νηρηΐσιν ἤρισε περὶ κάλλους. vid. not. ad cap. 9. Achilles Tatius: πρὸς τὰ τοῦ λειμῶνος ἤρισαν ἄνθη. Munck. Vid. ad pag. 15, 21. Addo Longin.

de Sublim. sect. 16, 2. pag. 68. ed. Weisk. τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνα ἀράμενοι.

Ibid. οὐκοῦν] Male divisim scripserant οὐκ οὖν. Munck.

Pag. 42, 8. ἐγένοντο δένδρη] Sic rescripsi e Cod. Paris. pro vulgato δένδρα. Supra cap. 22. pag. 32, 17. δένδρεσιν. Vid. quae dixi ad Moer. Attic. Praef. pag. LXXXV sq.

Pag. 42, 10. ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται νυμφῶν τε καὶ παίδων] Praepositio ἀπὸ huic loco excidit. Legendum est: ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται ἀπὸ νυμφῶν τε καὶ παίδων. Berkel. Ita superius: ἔθνος ὠνόμασαν Ἰαπύγων. Ad utrumque genitivum substantiva ἔθνος et τόπος subaudienda arbitror. * Defecta esse haec verba et excidisse particulam ἀπὸ vel ἐπὶ censet Vir. Cl. (Berkel.) legitque ὀνομάζεται ἀπὸ νυμφῶν τε etc. At nihil opus esse ista praepositione pertendo. Sensus est, ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται νυμφῶν τε καὶ παίδων τόπος. Geminus in Phaenom. pag. 45. Οἱ δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τοῦ Περσέως κείμενοι ἀστέρες Γοργόνων καλοῦνται, scil. ἀστέρες. Schol. Theocrit. Idyll. Α. v. 123. Λυκαίου ὑπὸ τῷ Λυκαίῳ φησὶ χωρίῳ καλουμένῳ Καλλιστοῦς, εἰς ὃ ἐλθοῦσαν τὴν Λυκάονος θυγατέρα Καλλιστώ, ἄρκτον οὖσαν, ὑπὸ Ἑρμοῦ τραφῆναι. etc. Loquuntur ita et Latini interdum. Nepos Agesil. cap. 8. *Cum venisset in portum, qui Menelai vocatur.* Auctor Vitae Apollinaris pag. 134. ed. Laz. *Ad urbem, quae vocatur Ravennatum.* Curt. lib. III. [cap. 3, 11.] *Equus eximiae magnitudinis, quem solis appellabant.* Lactant. ad Stat. pag. 121. ed. Tiliobr. *Fontem efficit, qui Hippocrenes dicitur*, sed ibi *Hippocrene* reposuerim. Lactant. Argum. Ovid. Met. Fab. 50. *Insulam Tiberis ingressus est, ibique se occuluit: qui locus draconis vocatur.* Vet. Interpr. Cant. Salom. *Oculi tui columbarum*, sc. *oculi.* Victor Illustr. Vir. cap. 7. *unde illae fossae Quiritium sunt dictae.* * Munck. Ac si haec parum, multo plura exempla iis subiunxit Staverenius ad Albr. Philos. pag. 911. Verh.

Pag. 42, 12. Δρύοψ ἐγένετο Σπερχειοῦ] Dryopis huius genus parum constare dicit Staveren. ad Hygin. cap. 90. Sed non vidit, plures Dryopas confundi, et Schol. Apoll. Rhod. in mendo cubare. Sic Pherecydis locum exhibet lib. I. v. 1213. Πολυδώρᾳ τῇ Δαναοῦ μίσγεται Πηνειὸς ὁ ποταμός. Τῶν δὲ γίνεται Δρύοψ, ἀφ' οὗ Δρύοπες καλοῦνται. ubi Berkel. recte emendat Σπερχειὸς ὁ ποταμός. Sequitur: οἰκοῦσι δὲ ἐπὶ τῷ Σπερχειῷ ποταμῷ. Alter itaque Priami et Hecubae filius, qui est apud Apollod. lib. III.

cap. 11. §. 5. idemque, qui Drypon Hygino d. l. dicitur, et Dryops Dict. Cretensi lib. IV. cap. 7. Alter denique, qui Apollinis filius. Pausan. Messen. cap. 34. *Παῖδα τὸν Δρύοπα Ἀπόλλωνος εἶναι λέγοντες*, cet. Schol. Lycophr. ad v. 480. *ὁ δὲ Δρύοψ υἱὸς Ἀπόλλωνος καὶ Δίας τῆς Λυκάονος.* Sed Lycaoni Pelasgi filio unica tantum filia fuit, nomine Callisto. Pausan. in Arcad. cap. 4. *Ἐπὶ δὲ τῷ γένει παντὶ τῷ ἄρσενι θυγάτηρ Λυκάονι ἐγένετο Καλλιστώ.* Confirmat Schol. Theocr. Idyll. I. v. 123. Alterius itaque Lycaonis filia, sed tum pro *Δίας*, quod e compendio natum suspicor, apud Schol. Lycophr. et alios legendum existimo *Δηϊανείρας.* Dionys. Halic. lib. I. cap. 11. *Τούτου δὲ Λυκάονος Δηϊάνειρα θυγάτηρ.* Munckerus sua auctoritate dedit *Δρύωψ.* Ceteri *Δρύοψ*, quomodo ex Pherecyde apud Schol. Apoll. Rhod. d. l. Schol. Lycophr. d. l. et Etymol. M. auctore scribendum contendit Berkelius, unde et apud Apollod. lib. III. cap. 11. ubi etiam *Δρύωψ*, male legi censet. VERH. De Dryopibus vid. Heyn. ad Apollod. T. I. pag. 475. Ilgen. ad Hymn. Hom. pag. 578. Groddeck. de Hymn. Hom. Reliqq. pag. 52. Sturz. ad Pherecyd. pag. 93. 107. Mueller. de Dor. pag. 41 sqq.

Pag. 42, 13. *Πολυδώρης*] (*Ionice* pro *Πολυδώρας* dictum voluerat Berkelius.) * Sed quis dixit ei *Πολυδώρη* esse Ionicum? Ionissat ergo etiam Apollod. lib. III. cap. 12. Ego Atticum potius dixerim. Etymol. M. Auctor col. 32. ed. Sylb. *Αἴθρα τὸ κοινόν. καὶ Ἀττικὸν, Αἴθρη.* Remanserint ista et id genus alia ex Ionismo in Attica lingua. Una enim Attica olim et Ionica dialectus, ut inter alios notavit et Eustathius ad Dionys. pag. 109. confirmant etiam ista verba Schol. Aristoph. in Plut. [v. 673.] Act. III. Sc. 2. *Ἀθάρα, μόνη ἡ σεμίδαλις· Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ η ἀθάρης, Αἰολεῖς ἀθήρας· ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος διὰ τοῦ α ἀθάρας.* MUNCK. Viro Doctiss. refragatur Koenius ad Corinth. pag. 251. ubi Munckero hic cum Salmasio pro Berkelio, rem esse, existimat. Certum est apud Apollodorum etiam duobus locis *Πολυδώρη* legi, sed toties iisdem locis *Πολυδῶρα* diserte exhibet Coll. D'Orvilliana. Sed solet Antoninus, quod in omnibus, qui aliorum opera in compendium redigunt, semper animadverti, et stylum et ipsa fere suorum scriptorum verba retinere: alioquin sibi minus esset constans. Supra cap. 22. *Εἰδοθέας νύμφης.* et cap. 30. *Ἔγημεν Εἰδοθέην.* Nisi quid librariorum oscitantiae imputandum, quandoquidem utroque capite solum Nicandrum secutus fuit. Supra tamen cap. 8. habet etiam *Μεγανείρης.* Polydoram autem, quam

Danai filiam Antoninus, et Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 1213. faciunt, Apollodorus lib. III. cap. 12. vocat Pelei et Antigones, et tamen, eamdem esse ex iis liquet, quae addit, eam Boro Perieris filio, h. e. Sperchio, nuptam fuisse, ut se explicat §. 4. Omnia vero haec hausta ex Homero Iliad. Π. v. 173.

Τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ,
Υἱὸς Σπερχειοῖο διϊπετέος ποταμοῖο.
Τὸν τέκε Πηλῆος θυγάτηρ καλὴ Πολυδώρη,
Σπερχειῷ ἀκάμαντι, γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα.
Αὐτὰρ ἐπίκλησιν Βώρῳ Περιήρεος υἷι.

Ubi alia ex aliis Eustathius, et ad Apollod. pag. 125. Aegius. VERH.

Pag. 42, 15. Δρυόπη] Stephanus Eurypyli filiam fuisse scribit. GALE. Haec Antonino dicitur μονογενὴς patris, atque adeo hic Dryops quoque diversus est a Dryope supra cap. 4. memorato, cui filius erat Cragaleus in Dryopide habitans; aut μονογενὴς ad filiam referendum, ut unicam hanc haberet filiam. Sed magna hic difficultas oboritur: nam de hac Dryope agere Lactantium et Ovidium lib. IX. Metam. a v. 324. eo liquet, quod illam prius ab Apolline amatam postea Andraemoni nupsisse, id quod hic etiam Antoninus persequitur, tradant: et tamen uterque ei adiungunt sororem Iolen, sed ex altera matre natam dicit Ovidius, patrem vero non Dryopem, sed Eurytum facit iterum uterque. Valerio Flacco lib. II. v. 174. recensetur quoque Dryope, sed haec ab illa diversa videtur Cl. Burmanno ad Ovid. d. l. v. 331. VERH.

Pag. 42, 21. κλεμμύς] Cod. Paris. passim κλεμύς. Margini h. l. additum χελώνη.

Pag. 42, 22. γέλοτα] Scribe γέλωτα. Eadem noster utitur phrasi Fab. 24. ὁ δὲ παῖς ὁ τῆς Μίσμης Ἀσκάλαβος ἰδὼν ἐποίησε γέλωτα. BERKEL.

Ibid. παίγνιον ἐποιήσαντο τὴν κλεμμύν] Hab. cap. I. v. 10. τύραννοι παίγνια αὐτοῦ. Noster cap. 22. Τοῦτον οἱ παῖδες παίγνιον ἔχουσι. MUNCK.

Pag. 42, 28. ἔφασε] Leg. ἔφασκε. Achilles Tatius [lib. II. cap. 21.]: ὁ δὲ τοιοῦτος, ἔφασκε, τὸν ἀλεκτρυόνα φοβοῦμαι. Dositheus Magister lib. III. δι' ὧν ἔφασκε πλείονας εἶναι δανειστάς. Schol. ad Eurip. Phoen. v. 511. ἄλλως τε εἰ ἔφασκεν etc. Neque enim solet δωρίζειν noster. Doricum est ἔφασα pro ἔφησα, ut in versiculis his a Pindari Scholiaste adductis ad Pyth. Od. III. [v. 14. pag. 525. ed. Heyn.] quos Hesiodo attribuit:

Τῇ μὲν ἄρ' ἦλθε, κόραξ φάσε) δ' ἄρα ἔργ' ἀΐδηλα*
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτ' ἄρ' Ἴσχυς ἔγημε Κόρωνιν
Εἰλατίδης Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

Cum Apollod. hic poëta Ischyn Elati filium facit, non Ischum vel Ischyum. Restitui hoc vocabulum Hygino cap. 202. et facit mecum Pausanias lib. II. [cap. 26, 5.] Hyg. Astr. lib. II. cap. 40. * *Ἔφασε* Doricum facit Vir Cl. (Berkel.) Omnino autem legendum *ἔφασκε.* Parthen. Erot. cap. 4. *Ἡ δὲ συνιέται μὲν ἔφασκεν εἰς τὸ παρόν.* Aelian. Var. Hist. lib. VI. cap. 4. *Οὐ δὲ ἔφασκεν ἄξεσθαι.* Laërtius in Aristotel. [lib. V. sect. 17. T. I. pag. 324. ed. Huebner.] pag. 311. Ed. Casaub. *Τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκεν εὑρηκέναι πυροὺς καὶ νόμους.* Schol. Hom. Odyss. M. v. 70. *Ὁ δὲ ἔφασκε χρῆναι αὐτόν.* * MUNCK. Quid si cum Cl. Ruhnk. *ἔφραςε* legamus? Supra cap. 11. *Ἀηδὼν δὲ φράσασα πρὸς* cet. VERH. Hoc verum; atque exaratum sic in Cod. Paris.

Pag. 43, 1. *Ἀνδραίμων ὁ Ὀξύλου*] Andraemonis pater, Amphissi vero avus, ab Ovid. lib. IX. [v. 356.] Met. Eurytus appellatur: *At puer Amphissus, namque hoc avus Eurytus illi Addiderat nomen.* BERKEL. Andraemon iuxta Apollodorum [cap. 8. §. 6.] pag. 143. fuit pater Oxyli. GALE. In toto hoc libello nihil intricatius, quam hic locus, unde forsan tacite praetermissus a Munckero, id satius ducente, quam cum aliis errare. Et sane dissertationi potius, quam notae accommodata est materies. Andraemon Pylius, qui Colophonem condidit, occurrit apud Strabonem lib. XIV. pag. 633. Hic nonnullis diversus habetur ab Andraemone Codri filio, Ionum duce, de quo Pausan. in Achaic. cap. 3. Sed qui hos scriptores conferat, vix dubito, quin eumdem censeat. Alios eiusdem nominis plures fuisse statuo, ut e seqq. patebit, et quidem in una gente, a priore illo forsan longe diversa, quamquam et hinc magna oboritur difficultas, quisnam fuerit, ab Antonino descriptus. Nimirum Oxyli facit filium, nisi ὁ *Ὀξύλου*, ut alibi articulus ille nonnumquam designat, interpreteris: *Andraemon Oxyli pater:* ita enim diserte Apollodorus lib. II. cap. 8. §. 3. *Ὄξυλος τοῦ Ἀνδραίμονος.* Unde lux affulget Pausaniae lib. V. cap. 3. *Ὁ δὲ ἀνὴρ ἦν Ὄξυλος Αἵμονος τοῦ Θόαντος,* qui locus alios in errorem adduxit, adeo ut Galeus ibi adnotet: *Andraemon eius erat avus. Haemon, Thoas, Andraemon, qui ex Gorge Oenei fil. Thoantem genuit,* et Cl. Burmann.

---

*) *φάσεν* dedit Verheykius. Nunc *φράσσεν* receptum est. Vid. Hesiod. Fragm. XXIX. in edit. Lud. Dindorfii pag. 81.

ad Ovid. lib. IX. Met. v. 331. dubitet, num e Pausania in Scholiastae Pindari loco Olymp. Od. III. v. 22. pro Ἀνδραίμονος reponendum sit *Αἵμονος*. Sed, quamquam timide a tantis viris dissentire soleo, quod tamen modeste licet, contra Pausaniae Ἀνδραίμονος restituendum opinor. Quemadmodum enim Galeus duos observat Thoantes, sic duos minimum Andraemonas ego invenio, avum alterum, alterum nepotem; nam uti hoc nostra aetate receptum, sic priscis etiam temporibus obtinuisse, plura exempla loquuntur, quam ut in dubium quisquam vocet. Ipse Pausanias, qui locus neque Burmannum fugit, huic emendationi favet in seqq. *Καὶ ἀδελφαὶ Θόαντι τῷ Ἀνδραίμονος, καὶ Ὕλλῳ τοῦ* leg. *τῷ Ἡρακλέους ἦσαν μητέρες.* Et eumdem esse Oxylum, quem describunt Pausanias et Apollodorus, atque adeo Ἀνδραίμονος esse legendum, eo liquet, quod uterque eamdem de illo narrent historiam. Uxorem vero Andraemoni tribuit Antoninus Dryopen, Dryopis Sperchii filii, et Polydorae unius Danai filiarum filiam, quod frustra apud alios quaeres. De Dryope ad cap. 4. et paullo ante egimus. A Dryope Apollinis et Lycaonis filia nato Dryopidem et Dryopas nomen accepisse, testantur Tzetz. ad Lycophr. et Etymol. M. auctor, a quibus recte emendat Berkelius Apollonii Rhodii Scholiasten, pro τοῦ Ἀπόλλωνος et τῆς Λυκάονος, depravate τοῦ Λυκάονος et τῆς Λυκαονείας, legentem. Ab his dissentit Stephanus Byzant. Dryopidem dictam volens a Dryope Eurypyli filia. Parum refert a mare an a femina sortita fuerit nomen, nisi Eurypyli obstaret, quod in Εὐρύτου mutandum existimo. Hoc enim Dryopes patri tribuit non tantum Lactantius: *Dryope Euryti filia ... Andraemonis coniux* cet. sed et Ovid. d. l. v. 356.

At puer Amphissus (namque hoc avus Eurytus illi
Addiderat nomen.) etc.

Unde Berkelii error patet, qui poëtam Eurytum (avum maternum) pro Oxylo Andraemonis patre sumsisse hallucinetur. Oxylus enim Amphissi, non Andraemonis, sed Apollinis filii, avus dici non poterat. Ab Anton. proxime abest idem Ovid.:

— — notissima forma
Oechalidum Dryope: quam virginitate carentem,
Vimque dei passam, Delphos Delonque tenentis,
Excipit Andraemon, et habetur coniuge felix.

Incertum tamen Andraemon num Oxyli filius an pater: nam, quod Oxylum Aetoli filium, qui Andraemonis erat, ab illo Pindari Scholiaste vocatum existimet Vir Cl. ad Ovid. d. l. in eo erravit. Verum est Pausaniam Oxylo e Pieria uxore

natos tribuisse Aetolum et Laian, sed addidit Aetolum mature obiisse: *Προαποθανόντος δὲ Αἰτωλοῦ, θάπτουσαν αὐτὸν γονεῖς*, unde natu minor Laias patri in regnum successit. Verba Scholiastae sunt: *Ἀπὸ Ὀξύλου· ὃς ἦν Αἰτωλοῦ τοῦ Ἀνδραίμονος*, quod verterem *filius Andraemonis Aetoli* sive *Aetoliensis*, quod ad patriam referendum; nam sic Pausanias d. l. *Συνεπεπτώκει δὲ τῷ Ὀξύλῳ φυγάδι ἐξ Αἰτωλίας εἶναι.* Aetolus enim, a quo Aetolia fuit dicta, *Ἐνδυμίωνος* erat filius. Vid. Pausan. in Eliac. cap. 1. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 431. et ad Homer. Il. *N.* v. 216. Ipse Schol. Pind. [ad Olymp. Od. III. v. 22. pag. 248. ed. Heyn.] *Ὄξυλος γάρ τις εἰς Αἰτωλῶν . . . Ἠλείων ἡγεμονίαν λαμβάνει.* Et hinc Thoas Aetolus, Homer. Il. *Δ.* v. 527.

Τὸν δὲ Θόας Αἰτωλὸς ἐπεσσύμενον βάλε δουρί.

Il. *O.* v. 281.

Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀγόρευε Θόας, Ἀνδραίμονος υἱός,
Αἰτωλῶν ὄχ' ἄριστος cet.

Existimarem tamen Antoninum innuisse Andraemonem primum, et, cui alii Gorgen, Oenei filiam, uxorem adiudicant, alterum fuisse, cui etiam regnum Oenei viribus confecti concessit Diomedes, narrante Apollodoro lib. I. cap. 8. §. 1. et §. 6. Eustath. ad Iliad. *B.* v. 638. *Αἰτωλῶν τεσσαράκοντα νῆες ἦσαν, ὧν Θόας ἡγεῖτο, υἱὸς Ἀνδραίμονος, καὶ Γόργης τῆς Οἰνέως θυγατρός.* Aetolia enim prius in duas divisa partes, quae circa Calydonem erat, tenebatur ab Oeneo, qui idcirco Calydoniae rex dicitur; Pleuronia vero Agrii erat, a quo, per Thestium Oenei socerum occupata ad Oeneum quoque accessit, unde de Thoante Andraemonis filio et Oenei ex Gorge nepote Homerus Il. *N.* v. 216.

— *Ἀνδραίμονος υἷι Θόαντι,*
Ὃς πάσῃ Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι,
Αἰτωλοῖσιν ἄνασσε, θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ.

Ubi Andraemon, de quo Antoninus, in terra Dryopide habitavit, et iam eumdem hic Dryopem innui censeo, de quo cap. 4. egit Liberalis. VERH.

Pag. 43, 4. *παρὰ τὴν Οἴτην*] Male in priore editione excusum reperi: *παρὰ τὴν Οὔτην*. BERKEL.

Pag. 43, 5. *ἐβασίλευεν*] Hoc restituimus e Cod. Paris. Ante legebatur *ἐβασίλευσεν*.

Pag. 43, 6. *παροῦσαν*] Si quis *παριοῦσαν*, *in quod ingressam*, malit, per me licet. Quamquam vulgata proba est, idemque significat. *Παρεῖναι εἰς Ῥώμην* sic dixit Plutarchus. Noster cap. 8. *εἰς ἥντινα παρέσονται χώραν.* Hinc *παρουσία adventus.* Et ne de Participii usu dubites, Aesch.

Budaeo inter alios cit. de Fals. Legat. pag. m. 260. [pag. 347, 101. Bekk.] Συνήλθομεν εἰς ταὐτὸν καὶ Φίλιππον ἐκ Θράκης παρόντα κατειλήφαμεν. Lucian. T. I. pag. 471. Ἐμοὶ δοκεῖν ἔκ τινος πολέμου παρόντες. VERH. Vid. W. Fabrici ad Plutarch. Brut. pag. 126.

Pag. 43, 9. ἀντὶ δὲ ἐκείνης αἴγειρον ἀνέφηναν . . . ἐγένετο νύμφη] Lactant. et Ovid. uti per totam fabulam nonnihil ab Antonino differunt, ita hic Dryopen in *lotum*, quia eius arboris, in quam Nympha Lotis mutata fuerat, ramum, vel flores, ut filium delectaret, decerpserat, conversam, referunt. V. d. d. l. l. VERH.

Pag. 43, 21. Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρ. ἀφαν.] Apollod. in eadem historia lib. II. cap. 8. Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεούς. VERH.

Pag. 43, 22. Εὐρυσθεύς] Hic Mycenarum rex fuit, et, ut Apollod. d. l. dicit, Stheneli et Nicippes filius; quod ad Hom. Il. T. v. 118. vindicat Barnesius, rectene dubitat Wesseling. Probabil. cap. 7. pag. 66. quum pag. praec. verum matris nomen, quod habet Tzetzes Chiliad. II. 36. credat esse Ἀρχίππην, quae antiquo Homeri enarratori Λευκίππη dicitur. Astydamiam vero Schol. Thucyd. lib. I. cap. 9. vocari, animadvertit Staveren. ad Hyg. cap. 30. ubi illa quoque e Wesselingio profert. VERH. De tota hac narratione consulendus est Sturzius ad Pherecyd. pag. 197 sqq.

Ibid. ἐξελάσας αὐτούς] Vereor ne scripserit auctor τοὺς ἀπογόνους vel παῖδας αὐτοῦ. Apollod. lib. II. sub finem: μεταστάντος δ' Ἡρακλέους εἰς θεοὺς οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα πρὸς Κήϋκα, παρεγένοντο. Sed minore mutatione aeque bene legas, τοὺς αὐτοῦ. Apollod. eiusdem libri pag. 123. κατῆγε τοὺς Ἡρακλέους εἰς Πελοπόννησον. MUNCK. An et hic legendum ἀστούς? Nihil praecedit, quo αὐτοὺς referas. Num vero αὐτοὶ hic *cives*, *viri*, ut apud Thucyd. lib. V. cap. 82. καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι πανδημεὶ, καὶ αὐτοὶ, καὶ γυναῖκες, καὶ οἰκέται ἐτείχιζον? VERH. Bene Xylander: *Herculis posteros ipso e mortalibus sublato patria expulit.* In Graecis vero quaedam turbata esse videntur, quae nescio an maiore audacia quisquam emendare potuerit quam Lennepius ad Phalar. Epp. pag. 279. legendo: ἐξελάσας τοὺς Ἡρακλείδας αὐτὸς ἐβασίλευεν. Bastius tentavit: ἐξελάσας αὐτοῦ τοὺς παῖδας αὐτὸς ἐβασίλευεν, coll. cap. 4. Nam τοὺς παῖδας addit et τῆς πρίδος in MS. facile confundi potuisse. Quam emendationem multis praedicat Creuzerus Historr. Graecc. Fragment. pag. 55. not. 44). Denique Sturzius ad Pherecyd. pag. 197. verba

illa *αὐτοὺς τῆς πατρίδος*, de quibus quaeritur, facile deleri posse existimat. Nihil mutem, siquidem Antoninum Pherecydis narrationem abscissam nobis exhibere haud improbabile est, in qua illud *αὐτοὺς* ad praegressa, quibus caremus, pertinebat.

Pag. 43, 23. *Οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι* etc.] Apollod. d. l. narrat Herculis filios Eurysthea fugientes primum ad Ceycem (Trachiniae regem) se recepisse, ac tum, quum, hic ut eos sibi traderet, bellum minitans Eurystheus peteret, metu perculsos per Hellada fugisse, et tandem, Eurystheo illos persequente, Athenas concessisse, Athenienses vero eos non solum non dedidisse, sed et bellum intentatum sustinuisse, et quatuor Eurysthei filios cecidisse. Verh.

Pag. 43, 24. *ᾤκησαν τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς*] De *οἰκεῖν* hoc sensu posito dixi supra. Tetrapolis autem dicta regio, quod quatuor constaret urbibus, quas Strabo pag. 383. *Ξοῦθος τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας, ᾤκισε τὴν Τετράπολιν*, vocat *Οἰνόην*, *Μαραθῶνα*, *Προβάλινθον*, *καὶ Τρικόρυθον*. Verh.

Pag. 44, 1. *αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει*] Ab Iolao autem interiit, ut testatur Pausanias in Atticis sub finem, et Pindarus Pyth. Od. IX. [v. 137 sqq.] Scholiastes eius [pag. 632 sq. ed. Heyn.]: *ὁ γὰρ Ἰόλαος τεθνηκὼς ἐπεὶ ἔμαθεν Εὐρυσθέα ἐξαιτούμενον παρὰ Ἀθηναίων τοὺς Ἡρακλείδας, ἀπαπειλοῦντα πόλεμον εἰ μὴ δώσουσιν, εὔξατο ἀναβιῶναι· καὶ ἀναβιοὺς ἀπέκτεινε τὸν Εὐρυσθέα, καὶ πάλιν τέθνηκε*, adde sequentia. Apollod. lib. II. [cap. 8. §. 2.] in alia omnia abit, et ab Hyllo interfectum eum scribit cum Zenobio Cent. II. 61. Munck.

Pag. 44, 3. *Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ σὺν αὐτοῖς*] Corruptissimus locus, quem emendari putem, si ita scribas: *καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι σὺν αὐτῷ*, deleto *τῷ καί*, quod natum suspicor ex ultima praecedentis vocis syllaba. Munck. Munckero, cui accedit Sturzius ad Pherecyd. pag. 198. praeivit Xylander, ut qui verterit: *Hyllus et alii Heraclidae cum ipso.* Abreschius Paraphr. et Annotat. in Epist. ad Hebr. Specim. pag. 37 sq. pro *καὶ σὺν αὐτοῖς* scribendum esse arbitratur *καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς* vel potius *οἱ σὺν αὐτῷ*. Atque in prius quidem incidit etiam Jacobsius Animadvv. in Athen. pag. 22. reiecta, quem ante proposuerat in Exercitt. Critt. in Scriptt. vett. T. II. pag. 187., audaciore coniectura: *Ἡρακλεῖδαι καὶ Ἀλκμήνη σὺν αὐτοῖς*. Illam vero emendationem quin reciperem non dubitavi, quoniam lenissima est et rei ipsi convenientissima.

Nempe multos fortunam Heraclidarum secutos esse constat. Ceterum Hyllus ille est Herculis e Deianira filius. Vid. Apollod. lib. II. cap. 7. §. 8. Schol. Sophoclis ad Trach. v. 354. Meliten, Aegaei fluvii filiam, matrem eius facit Schol. Apoll. Rhod. ad lib. IV. v. 1149. atque nutricem eius Abiam Pausanias lib. IV. cap. 30.

Pag. 44, 5. κατοικίζονται πόλιν ἐν Θήβαις] Locus multis modis tentatus. Xylander: *Thebas urbem incolunt.* Sturzius ad Pherecyd. Fragm. pag. 198. hunc inesse sensum existimat: „oppidum aliquod incoluerunt in agro Thebano ab illa Thebarum parte situm, ubi erant portae Electrae." Ex Graecis, uti nunc leguntur, hanc sententiam erui posse negat Bastius, quem duo maxime effendunt, πόλις ἐν Θήβαις, *urbs in urbe Thebarum*, et locutio κατοικίζεσθαι πόλιν, cuius loco dici necessario debuisset ἐν πόλει. Iam in vulgata scriptura emendanda mirum animadvertere licet doctorum hominum consensum. Etenim Abreschius in libello paullo ante nominato pro πόλιν scribendum esse contendit πάλιν atque omnia tum optime concordari: Thebis enim antea ab Eurystheo expulsos fuisse Heraclidas. Graeca sic vertit: *Hyllus vero ceterique Heraclidae, qui cum ipso erant, mortuo Eurystheo Thebas denuo habitatum mittuntur* vel *habitandas concedunt.* Accedit, quod utraque vocula non semel confusa; vid. Markland. ad Eurip. Iphig. Aul. v. 778. Schaef. ad Greg. Cor. pag. 440. Eiusdem inventi laus tribuenda Bastio et Clavièro ad Apollod. Vol. II. pag. 335. qui ita explicat: *comme leur* (Heraclidarum) *père était né à Thèbes, et qu'il y avoit demeuré long temps, on parloit de leur retour à Thèbes, comme de leur retour dans le Péloponnèse; et c'est à ce retour qu'a rapport l'expression πάλιν.* Attamen recepta lectio ita defendi poterit, ut statuamus, Antoninum Pherecydis auctoritatem secutum referre, Herculem eiusque posteros inhabitasse urbem quandam *ad Thebas* i. e. in earum vicinio sitam. Praep. ἐν saepissime vicinitatem denotare in vulgus notum. Vid. Wesseling. ad Diod. Sic. lib. XVII. cap. 10. XIX. 58. Wolf. ad Demosth. Lept. pag. 275. 293. Ernesti ad Callim. Hymn. in Dian. v. 238. Spohn. ad Niceph. Bemmid. sub fin. Neque ἀποικίζεσθαι πόλιν in tali scriptore, qualis Antoninus est, scrupulum iniicere mihi potest.

Ibid. Ἐν δὲ τούτῳ] h. e. Ἐν τούτῳ χρόνῳ, vel ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον. Sic ἐκ τούτου, *ex illo tempore* cap. 16. Et apud Aelian. Var. Hist. lib. II. cap. 18. ἐξ οὗ, *ex quo tempore*, apud Soph. Ai. Flag. v. 674. pro quo et

ἐξότου dicebant: quae vox turbat tamen versum in Epigram. Agathiae lib. III. c. IX. Anthol.

Τρισσὴ δ' ἀμφιλύκη δρόμον ἤνυσεν ἐξότου μίμνει.

Lege ἐξότε, quod extat lib. V. epigr. 109. Et lib. VII. epigr. 55. Caeterum, ut ἐν τούτῳ Antoninus, ita *in hoc* videtur dixisse Hyginus Mythol. cap. 40. *In hoc Daedalus exul cum venisset.* Nec causam, cur hanc explicationem meam valde damnem, video. Cap. 32. *Hercules eo intervenit*, id est, *eo tempore*, ut ipse explicat Cl. Schefferus. Plene loquitur Cic. pro Quinctio [cap. 1.]: *In hoc tempore plurimum possunt.* Et Gell. lib. XII. cap. 2. *Quem in eo tempore Romae plurimum sectabar.* * Schefferus ad Hyg. cap. 40. copulat: *petiit in hoc auxilium ab eo*, i. e. *in eam rem*, quod nescio, quomodo nunc magis, quam antehac, arridet. Tertull. Exhort. ad Cast. cap. 2. *In hoc probatur nostra in Deum mens.* Horat. Epod. ult. *Ingrata misero vita ducenda est in hoc*, h. e. *propter haec*, ait Schol. Justin. lib. II. cap. 15. *Legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos*, et lib. XXIV. cap. 2. *In hoc mitteret arbitrum iurisiurandi.* Ovid. lib. X. Met. v. 408. *In hoc mea (pone timorem) Sedulitas erit apta tibi.* Lact. Argum. VI. Met. Fab. I. *In hoc ad eam venit.* Phaedr. V. 1. [lib. IV. Prol. v. 2.] *In hoc, ut aliis esset materiae satis.* Justin. lib. XXXVIII. cap. 3. *In quod tum missi Aquilius et Manlius Maltinus legati.* * Munck.

Pag. 44, 8. παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας] Xyl. *ad Electras portas.* Ἀτρείδη, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. verte tu, *Electrae portam.* Dicta autem illa ita ab Electra Cadmi sorore. vid. Pausan. Boeot. [lib. IX. cap. 8, 3.] pag. 555. Munck. *Electras portas* optime Xylander, ut caecutiat Munckerus. Graecis enim Ἠλέκτραι πύλαι sive Ἠλεκτρίδες dicebatur ea porta Thebarum, per quam ex Attica venientes urbem ingrediebantur, ex opinione Emlsleii ad Eurip. Bacch. v. 779. pag. 99. ed. Lips. Vid. Schol. Apollon. Rhod. ad lib. I. v. 916. Heyn. ad Apollod. T. I. pag. 283. ed. sec. Valcken. ad Schol. Eurip. Phoen. pag. 120. Meier Marx ad Ephori Fragm. pag. 102.

Pag. 44, 10. εἰς μακάρων νήσους] Has fortunatas insulas in Oceano collocant poëtae. Describit illas Horat. Epod. XVI. Pind. Schol. ad Olymp. Od. II. [v. 123. pag. 232. ed. Heyn.] Muret. Var. Lect. lib. V. cap. 1. Mela lib. III. cap. 10. et ad illud Vossius. In iisdem campos Elysios esse, sunt, qui velint. Sed praeter illas, quae in Oceano, quam multae felicium nomen consecutae sint, docet

nos modo laudatus Vossius ad Mel. lib. II. cap. 7. Adde Zenob. Cent. III. 86. Munck. Gataker. ad Antonin. X. §. 8. pag. 295. Heynii Opusc. Academ. T. I. pag. 395 sqq.

Pag. 44, 12. *λίθων*] Corrige: *λίθον δ' ἀντ' αὐτῆς ἐντίθησιν.* Berkel.

Pag. 44, 13. *εἰς τὴν σορόν*] Hesych. *Σορὸς, μνῆμα, θήκη.* Gloss. vet. *Arca, et arcela, κιβωτὸς, κάμπτρα, λάρναξ.* Corrupta heic quaedam. Pro *κάμπτρα* lege *κάμψα.* Pro *arcela*, *arcula* vel *arcella.* Sequitur enim inferius, *Arcula, κιβωτὸς, λάρναξ.* In eodem mendo cubant Glossae Cyrill. *κάμπτρα, campsa. καμπτροποιὸς, campsarius.* Munck.

Pag. 44, 18. *ἐν Θήβαις*] Cod. Paris. *ἐν δήβ.* (sic) quod non male quidem explevit Xylander; sed inter literas erasas quum appareat *ν*, Bastius antiquitus scriptum fuisse suspicatur *ἐν Θήβησιν*, quod simili *ἐν Ἀθήνησι* defendi possit. Certe Schol. Apollonii Rhod. ad lib. III. v. 1178. *Φερεκύδης δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ οὕτω φησίν· ἐπειδὴ Κάδμος κατῳκίσθη ἐν Θήβησιν.*

Σμύρνα λδ'.] Legebat Xylander: *Σμύρνα λδ'. ἀδέσποτος.* Typographi ultimam vocem praetermiserunt in hac editione, qua noster indicat, fabulam auctore carere. Ita enim antiquis *ἀδέσποτος βίβλος* dicitur, qui auctoris titulum in indice non gerit. Berkel.

Pag. 44, 19. *Θείαντος τοῦ Βήλου*] Confer Stobaeum pag. 404. ubi fabulam hanc ex Theodoro adfert, item Plutarchum Paral. minoribus, Servium ad Virgilium, Parthenium pag. 380. Apollodorum. Gale. *Thoantem* illum appellat apud Apollod. lib. III. [cap. 13. §. 4.] Panyasis; ex quo male *Πανύασσιν* in Cl. Alex. Admonitione ad Gentes fecerunt librarii. Cinyras est Ovidio et aliis. Cypriorum fuisse regem Cinyram Ovidius, Pindari Scholiastes, Hesychius, et Clemens Alexandrinus docent. Assyrium Hygin. cap. 58. et 242. Apollod. lib. III. [cap. 13. §. 3.] faciunt. Sed hic ita rem narrat, ut in Assyria prius, deinde in Cypro regnasse innuat. In Cinyrae genealogia mirum quantum variant veteres. Paphi filius est Ovid. lib. X. Met. v. 298. Sandoci et Thanaces Apollod. lib. III. [cap. 13. §. 3.] pag. 193. Hesychio in voce *Κινύρας*, *Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνάκης.* Censeo illam *Pharnacen* Apollodoro pro *Thanace* restituas. Audiamus nunc Pindari Scholiast. ad Pyth. Od. II. [v. 27. pag. 508. ed. Heyn.] *οὗτος δὲ (Κινύρας) ἦν Ἀπόλλωνος υἱὸς καὶ Πάφου, κατ' ἐνίους δὲ Εὐρυμέδοντος, καὶ Παφίας νύμφης.* Munck.

Ibid. *Θείαντος ... καὶ Ὠρειθυΐας ... Σμύρνα*] De Smyrnae patre, sive is fuerit Theias, seu Cinyras, sive alius quis, tot veterum non facile conciliandae sunt opiniones, ut, eas si excusseris, incertior sis, quam ante. De iis multa Viri D. Vid. Meurs. Cypr. lib. II. cap. 9. Comment. ad Hygin. cap. 58. et, qui totam fabulam refert, Ovid. lib. X. Met. v. 298. et hic inprimis luculentam Burmanni notam. Meursius multa praecipit eorum, quae hic habet Munckerus, etiam emendationem in loco Apollodori, sed ut plagii se absolvat, ad Hygin. d. l. ostendit, Meursii librum eodem anno a Graevio editum, quo suus Antoninus in lucem prodiit. Sed Apollodori emendationem, notante Staver. iam occupaverat P. Leopard. Emend. lib. XX. cap. 22. Plurimorum Smyrnae patrem Cinyram vocantium auctoritatem sequitur Aeg. Menagius suo *Ἀδωνιασμῷ*:

Κεῖται Ἄδωνις,
Σχέτλιος, οἴμοι·
Οἴχετ' Ἄδωνις.
Οἴχετ' ἐς ᾅδου
Καλὸς Ἄδωνις.
Καλὸς Ἄδωνις
Ὤλετο, Μύῤῥας
Καὶ Κινύραο
Φαίδιμος υἱός cet.

Burch. Pylades in Theog. Deorum v. 130.

Deque Papho est Cinyras, matre latente satus.
At Cinyras Myrrham, et de Myrrha sumsit Adonin:
Sed genitrix Myrrhae nomine nulla datur.

In eadem opinione est Meursius in Epistolis suis Heroidum. Vides, quanta differentia de una et eadem fabula. Verh. Vid. Bachet. de Meziriac. Comment. in Ovid. Epist. T. I. pag. 359.

Pag. 44, 20. *ἐν τῷ ὄρει τῷ Λιβάνῳ Σμύρνα*] Hunc locum ad Ovid. d. l. vindicat Burmann. et Myrrham et Smyrnam promiscue de eadem dici, etiam cum aliis tum ad Hygin. tum ad Ovid. comprobat. Verh.

Pag. 44, 26. *τὴν νόσον*] *Amorem.* Eurip. Hippol. v. 41.

Ξύνοιδε δ' οὔτις οἰκετῶν νόσον.
Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν.

v. 1306.

Ἣ σῷ δι' ὅρκων παιδὶ σημαίνει νόσον.

Schol. *ἥτις τροφὸς τῷ σῷ υἱῷ τὸν ἔρωτα ἐσήμανεν.* Terent. Eun. A. II. Sc. I. v. 19.

Di boni, quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier
Ex amore, ut non cognoscas eumdem esse?

Verh.

Pag. 44, 25. ἐξέμηνεν] Vid. sup. cap. 21. pag. 30, 10.

Pag. 44, 27. πάθος αὐτὴν προςῆγεν] Προςῆγεν pro προῆγεν positum, quia eadem ratio esset τοῦ προάγειν et προςάγειν, nullus dubitat Abresch. in Addend. ad Aeschyl. pag. 642. Contra προςῆγεν damnat D'Orvillius ad Chariton. pag. 187. [pag. 313. ed. Lips.] et aliorum exemplis Antonino προῆγεν restituendum censet. Corruptum vero putat Ruhnkenius, reponitque τὸ πάθος αὐτὴν ἤπειγεν. Cap. 29. Ἐπεὶ δὲ Ἀλκμήνην ὁ τόκος ἤπειγεν. Verh. E Cod. Paris. reposui προῆγεν, quod commodum praebet sensum.

Pag. 44, 29. λόγον πρὸς τὸν Θείαντα προςέφερεν] Λόγον προςφέρειν ii potissimum dicuntur, qui blanditiis vel adhibitis conciliatoribus in gratiam mulierum se insinuant. Cap. 39. pag. 49, 27. ἐπεὶ τὸν λόγον ἡ τροφὸς αὐτῇ προςήνεγκε. Vid. Villoison. ad Long. Past. pag. 211.

Pag. 45, 1. μακαρίων ἀνθρώπων] h. e. opulentorum, quos et beatos et fortunatos appellant Latini. Adi Graevii, viri non meis laudibus indigentis, Lect. Hesiod. cap. 14. Hom. Iliad. Λ. v. 68. ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν. Schol. πλουσίου. Munck. Xenoph. Oecon. cap. 5, 1. ὅτι τῆς γεωργίας οὐδ' οἱ πάνυ μακάριοι δυνάνται ἀπέχεσθαι. Eodem sensu dicebatur εὐδαίμων. Plura qui cupit, adeat Cuper. Observatt. lib. III. cap. 1. pag. 261 sqq. Taylor. ad Marmor. Sandvic. pag. 34. 35. Ruhnken. Epist. crit. I. pag. 85. Jacobs. ad Anthol. Pal. pag. 561.

Ibid. κρυφαῖος] Foeminino ergo genere posuit κρυφαῖος, ut Theog. v. 657. Hesiod. γενναῖος Eurip. Hecub. v. 592. στεῤῥὸς v. 296. Schol. ibid. οἱ Ἀττικοὶ εἰς ᾱ καὶ εἰς η̄ ληγούσας εὐθείας διὰ τοῦ ος λέγουσιν, οἷον ἡ θεὸς, ἡ στεῤῥός. Κρυφαίως, quod in eius locum posset substitui, nusquam mihi lectum: et κρυφαῖον adverbialiter duriusculum videri possit; quanquam cap. 1. dixit, νύχιον ἀπέπλευσε, ut elegantius πληθυντικῶς Eurip. Orest. v. 152. χρόνια pro χρονίως. Sed κρυφαίως non puto prorsus ex Hellade exturbandum. Nam cum a λαθραῖος λαθραίως dixerint, a κρύφιος κρυφίως, cur non et a κρυφαῖος κρυφαίως? Λαθραίως legitur in Pind. Schol. ad Pyth. Od. X. [v. 72. pag. 642. ed. Heyn.]. Et hoc amplius ὑφάλους dici πέτρας χοιράδας. Id quod convenit cum eo, quod Hesychius tradit pag. 975. Edit. Hack. χοιράδες, αἱ ἐγκείμεναι πέτραι. Ad quae verba perperam quidam notavit: ἐκκείμεναι, id est, *exstantes aqua*,

ita ut cerni possint. Imo contra habet, bone vir. Audi Scholiasten: *χοιράδες δὲ λέγονται πέτραι αἱ ὕφαλοι, ἐφ' ὧν καχλάζει τὸ κῦμα, καὶ λανθάνειν αὐτὰς ὑποκειμένας παρασκευάζειν* (leg. *παρασκευάζει*) *ὥςτε λανθάνειν πρὸς πλεούσας τὰς ναῦς.* Sed illud mihi non placet, quod ad odae illius inscriptionem lego: *δοκεῖ δὲ μὴ ὑγιῶς ἐπιγεγράφθαι ᾠδὴ Ἱπποκλεῖ. τὸ γὰρ ὄνομα ἦν Ἱπποκλέας, ὡς καὶ αὐτὸς Πίνδαρός φησιν.* Atqui *Ἱπποκλέας* et *Ἱπποκλέης* sive *Ἱπποκλῆς* idem est. Doceat Schol. Scholiasten. Ad finem odae sequentis [Pyth. Od. XI. v. 91.], ubi Pindarus dixerat *Ἰόλαον Ἰφικλείδην*, annotat, *Ἰφικλέα παῖδα Ἰόλαον.* Verum ad Nem. Od. IV. [v. 32. pag. 701. ed. Heyn.] *Ἰόλαον γὰρ εἶπεν, οὗτος γὰρ, Ἰφικλέους.* Idem ergo *Ἰφικλέας* quoque et *Ἰφικλέης.* Humani etiam aliquid passus videtur Hyginiani Indicis artifex, dum Iphiclum Iolai facit patrem, forte quod cap. 173. habeatur: *Iolaus Iphicli.* Quod tamen quomodo tolerari possit pro *Iphiclis*, obiter dictum nobis ad Hygin. cap. 70. ubi similis pugna fuit huic homini cum illis, qui *Ὀϊκλέης, — κλῆς* vertunt *Oïclus. Oicleus* est tolerabile ex Aeolico *Ὀϊκλεύς.* Dices: *Ἴφικλος* est Iolai pater Apollod. [lib. II. cap. 3. §. 11.] pag. 114. Edit. Comm. Tu corrige Apollod. ex Pausaniae Arcadicis et Hesiodi Scuto, ac scribe *Ἰφικλῆς.* Atque ita quoque Pindari Scholiastes ad Nem. Od. I. [v. 53. 64. pag. 671. 672. ed. Heyn.] illum appellat, et Theocrit. Eid. XXIV. v. 25. Imo ipsi Apollodoro est *Iphicles* pag. 26. et 83. Et male pag. 28. *Ἰφίκλου* pro *Ἰφικλοῦ* scriptum censerem: posset enim esse genitivus ab *Ἰφικλῆς*: verum pag. 86. rursus *Ἰφίκλου* habes, et dandi casu *Ἰφίκλῳ*, ab *Ἴφικλος.* Confundit igitur sive Apollodorus, sive Epitomista *Iphiclem* et *Iphiclum*, ut Schol. Eurip. ad Hecub. v. 886. et *Zeten* cum *Zetho* Servius ad Aen. III. Palaeph. cap. 21. [23.] Festinavit quoque Jacob. Schegk. Praemess. cap. 3. *Herculi filius fuit Iphiclus, non Iphitus, teste Palaephato Hydra aliisque.* Quod ad Palaephatum, primo non *Iphiclum*, sed *Iphiclem* appellat: deinde non filium Herculis, sed fratrem facit. Verba audi: *εἶτα βοηθεῖ ὁ Ἰόλεως ὁ Ἰφικλέους, ἀδελφιδοῦς ὢν τῷ Ἡρακλεῖ.* Interim non ignoro, non unum fuisse Iphiclum. Sed inter illos non erat Iolai pater, nec a *κλέος* illi, sed a *κῶλον* nomen habuerunt, dicti sic quasi *Ἰφίκωλοι*, ut tradit Etymologus. Dices rursus: tamen *Iphicli* genitivus est ab *Iphiclus*, ut *Herculi* ab *Herculus*, *Achilli* ab *Achillus.* Scio ita velle Guyetum ad Terent. Heaut. Act. V. s. 5. Sed non accedit non minor Guyeto Vossius Gramm. lib. II. cap. 9.

Stant praeterea contra Guyetum *Jovi*, *Tonanti*, *Nepoti*, aliaque veteribus gignendi casu usurpata. Quamobrem non probo illud in Glossis, *Erculus* Ἡρακλῆς, sed lego *Herculeus* vel *Herculis* ex Inscriptione antiqua. Contra haec omnia obiicies mihi Plinii verba lib. VII. cap. 11. quae et apud Solinum habes cap. 4. *ut in Hercule et Iphiclo fratre apparuit*, et illa Hygin. Astron. lib. II. cap. 34. *Quemadmodum Iphiclo datum dicitur.* Quasi vero in una literula labi non potuerit librarius, aut affinitas nominum istos homines, vel scriptores etiam ipsos errare nunquam faciat. Accedit huc, quod ex Aristot. lib. VII. Hist. Anim. cap. 4. haec hauserit Plinius, ubi non Ἴφικλος, sed Ἰφικλῆς dicitur. Cur heic Ἰφικλῆς transferret *Iphiclus*, Περικλῆς autem lib. XXII. cap. 17. *Pericles*? Quod ad Hyginianum Iphiclum, non Amphitryonis ille, sed Thestii erat filius. Hyginus Myth. cap. 14. *Iphiclus alter Thestii filius, matre Leucippe, Altheae frater, ex eadem matre, Lacedaemonius. Hic fuit Arcas cursor, iaculator.* Legendum videri mihi dixi, *acer cursor*. Repono illam vocem etiam initio capitis, ubi *Martis citharista* dicitur Orpheus, et lego, *acris citharista*. Litera *m* ex praecedenti voce adhaesit. Sed illo versiculo Propertii lib. IV. Eleg. ult. quid faciemus?

Quique tuas proavus fregit, Achille, domos.

Placet commentum Vossii, donec meliora quis me doceat, *Achille* per apocopen pro *Achilleu* dictum. Ut saepe alias, ita etiam heic frigent Grammatici veteres in reddenda ratione linguae suae. Valerius Probus Catholicis: *Antiquae declinationis est dativo uti pro genitivo; infelicis Ulyssi* pro *Ulyssis*, *Achilli* pro *Achillis*. Finem fecissem tam longae παρεκβάσεως, nisi me in illa modo laudata Od. I. Nem. retraxisset mentio primi certaminis Herculis, quo duos illos angues a Junone immissos elisit [v. 67.]:

Δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων
Μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας.

Advertit me, quod disertim addit χερσὶν, ut apud Theocr. Eid. XXIV. [v. 54.]

Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα.

Et Apollod. lib. II. [cap. 4. §. 8.] ἄγχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν αὐτοὺς διέφθειρε. Hyg. Myth. cap. 30. *Infans cum esset, duos dracones duabus manibus necavit.* Ad quae verba accidit ut nuper ex Anthol. lib. IV. cap. 8. epigr. 4. examinarem hos versiculos:

Θλῖβε δρακοντείους περιμήκεας, ὄβριμε, χεῖρας,
Ἡρακλες, δακέτων, ἀγχιβαθεῖς φάρυγας.

Eos Lubinus vertit:

Elide draconum praelongas, violente, manus,
Hercules, draconum profunda guttura.

Versionem hanc nemini posse probari certus eram. Restituebam ergo σπείρας pro χεῖρας, idque mihi optime cum τῷ περιμήκεας convenire videbatur; certe non deterius, quam θῆρας, quod alii coniectarant. Nunc abest parum, quin censeam, non tam correctionem, quam commodam postulare explicationem hoc distichon. Sic enim ordinari possunt verba: Ἡρακλες ὄβριμε, θλῖβε φάρυγας δρακοντείους ἀγχιβαθεῖς δακέτων χεῖρας περιμήκεας. *Fortissime Hercules, elide fauces serpentinas profundas noxiorum animalium permagnis manibus.* Notum est Graecos uni saepe substantivo duo adiungere epitheta. Deinde observa περιμήκεας χεῖρας dictum per subauditam praepositionem, pro περιμήκεσι χερσί. Theocrit. Eid. XXIX. [v. 6.] ζῷ τὰν σὰν ἰδέαν. Ps. CXLVII. v. 14. στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. Eur. Orest. v. 463.

— — Πολλὰ δὲ
Φιλήματ' ἐξέπλησε.

Schol. ἀντὶ τοῦ φιλημάτων ἐπλήρωσε, ὡς τὸ, διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα. Zach. cap. XIV. v. 18. καὶ ἐπὶ τούτους ἔσται ἡ πτῶσις, ἣν πατάξει κύριος τὰ ἔθνη. 1 Esdr. cap. V. v. 55. διαφέρειν σχεδίας εἰς τὸν Ἰόππης λιμένα. Non cepit hoc vulgatus Interpres. Vertit enim: *et facerent rates in Ioppe portu.* Nisi ille in libro suo invenit pro διαφέρειν, καὶ ποιεῖν. Adduntur interdum praepositiones. Apollod. lib. II. [cap. 4. §. 6.] pag. 80. ὃ μετὰ χεῖρας εἶχε ῥόπαλον. Idem [cap. 5. §. 10.] pag. 101. τρὶς περιγενόμενος κατὰ πάλην ἀπέκτεινε. Dices: quomodo infans permagnas habuit manus? Reponere possim, quomodo fuit ὄβριμος? Sed ratio in promtu est, quod ipse iam tum praeter alios infantes per esset magnus. Vide Plaut. Amphitr. A. V. sc. 1. Et quid mirum infantem fuisse magnum? Habuit enim adultus σῶμα τετραπηχυαῖον. Notandum praeterea in Epig. modo adducto φάρυγας, dictum pro φάρυγγας, a φάρυξ pro φάρυγξ. Id quod si animadvertissent librarii, non corrupissent lib. III. epigr. 23. hunc versiculum:

Χείλεα καὶ δίψει καρφαλέον φάρυγγα.

Leg. φάρυγα. Hom. Od. T. [v. 480.] φάρυγος λάβε δεξιτέρηφι. Theocr. Eid. XXIII. δραξάμενος φάρυγος. Munck.

κρυφαῖος] Vid. Cl. Schrad. ad Mus. v. 35. et 327. Miscell. Obs. N. T. III. pag. 20. Erasm. Schmid. de Dial. pag. 173. aliique. Plut. Parall. [T. VII. p. 235. ed. Reisk.] pag. 311. ubi hanc fabulam e Theodoro refert, non multum a Nostro dis-

crepat: Ἔφη γὰρ (ἡ τροφὸς) γείτονα παρθένον ἐρᾶν αὐτοῦ, καὶ αἰσχύνεσθαι ἐν φανερῷ προσιέναι. VERH. κρυφαῖος rectissime habet; namque adiectiva in $\overline{\alpha\iota o\varsigma}$ maxime desinentia apud veteres frequentissime sunt generis communis. Atque Attici quidem scriptores et alia adiectiva mascul. in $\overline{o\varsigma}$ constanter fere substantivis foemininis iungi voluerunt. Huo referendum ἀργὸς, δίκαιος, ἔρημος et ἐλεύθερος. Xenoph. Oecon. 4, 8. 7, 33. 19, 8. Ages. 2, 30. Vid. Kuster. ad Aristoph. Nub. v. 53. D'Orvill. ad Chariton. pag. 413. ed. Lips. Elmsl. ad Eurip. Iphig. Taur. v. 1202. Guil. Kuster. (Car. Reisigius) ad Xenoph. Oecon. pag. 50, 8. Osann. ad Lycurg. Orat. in Leocrat. pag. 17. Seidler. ad Eurip. Troad. v. 972. pag. 110. Buttmann. Gramm. Gr. ampl. T. I. pag. 247. Schaefer. ad Plutarchi Vitt. T. V. pag. 33. Exemplorum nubem collegit Voigtlaender Observatt. in Xenoph. Memorab. P. I. Schneeberg. 1820. pag. 16. 17. not. **).

Pag. 45, 6. παρήγαγε. Καὶ πλείονα χρόνον ἐλελήθει πρασσόμενον ἄχρι etc.] Post παρήγαγε ponenda τελεία ὑποστιγμή, ut fieri curavi. Deinde in seqq. lego πρασσόμενος pro πρασσόμενον, ut haec sit sententia: *Longo tempore ignorabat tam foedum se et impium facinus admittere.* Apollod. lib. III. καὶ συνεργὸν λαβοῦσα τὴν τροφὸν ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ νύκτας δώδεκα συνευνάσθη. Soph. Electr. v. 745. λανθάνει στήλην ἄκραν παίσας, *imprudens in columnam ultimam impingit.* MUNCK. Jacobs. Ephem. liter. Hal. l. c. et Animadvv. in Athen. totum hunc locum sic legi et distingui vult: καὶ πλ. χρ. ἐλελήθει πρασσόμενον ἄχρι καὶ ἄθεσμον ἔργον, ἕως ἐκύησε μὲν ἡ Σμύρνα, Θείαντα δὲ π. ἐλ. ἐκμαθεῖν, ἥτις ἦν ἡ κύουσα. Xylander: *Ad aliquod tempus latuit hoc tam foedum et impium facinus. Interimque Smyrna uterum ferre coepit. At Theiantem* etc.

Pag. 45, 12. ἐπάϊστος] Ex Ionica dialecto. Vid. Koen. ad Corinth. pag. 251. VERH.

Ibid. προςενεχθέντος ἐξαπίνης τοῦ πυρός] Nota τὸ πῦρ pro lumine accipi a Graecis. Theocrit. Eid. XXIV. v. 48.

Οἴσετε πῦρ ὅτι θᾶσσον ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες,
Δμῶες ἐμοὶ, στιβαροὺς δὲ θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας.
Ἄνστατε, δμῶες ταλασίφρονες, αὐτὸς ἀϋτεῖ.

Et ibi Interpres, *afferte ignem,* ut heic Xylander, *igne allato.* Atqui *lumen* hoc sensu usurpant Latini. Phaedr. lib. III. 11.

Dum quaerunt lumen, dum concursat familia.

Etiam postrema verba, αὐτὸς ἀϋτεῖ, vertere malim, *dominus vocat.* Rationem tibi reddet Casaub. ad Theoph. Charact. cap. 3. Ovidius in hac fabula lib. X. v. 477.

Cum tandem Cinyras avidus cognoscere amantem
Post tot concubitus, illato lumine vidit
Et scelus et natam.

Servius ad Ecl. X. v. 18. *Cupiens deinde videre vultus puellae lumen iussit inferri, visamque filiam cum gladio persequi coepit.* MUNCK. Προενεχθέντος dedit Xylander. Munckerus ob oculos non habuit Plutarchum, qui, ubi supra, huic loco lucem adfert: Θελήσας τὴν ἐρῶσαν μαθεῖν, φῶς ᾔτησεν. VERH. προενεχθέντος retinui cum Cod. Paris.

Pag. 45, 13. τὸ βρέφος μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς γαστρός] Interpres *abortum fecit.* Verti potest ad verbum, *partum eiecit.* Minus proprie heic loquutus videtur Antoninus. Nam abortus est imperfectus: Adonis autem iam erat deformatus, ita ut procedente aetate non abortivus aliquis Sisyphus, sed omnium aequalium longe evaderet formosissimus. Nonius Marcellus c. V. *Aborsus ille dicendus est, qui in primis mensibus, cum conceptu exordium factum est; Abortus prope tempus pariendi: tunc enim moritur, quod nascitur.* At non mortuus, sive, ut antiqui loquebantur, abortus est Adonis. Ulpianus: *Si mulier pugno, vel equi ictu a te percussa eiecerit*, h. e. abortum fecerit. Glossar. Steph. *Abortum*, ἔκτρωμα, ἐκβόλιον [vid. Ruhnk. ad Tim. pag. 91. ed. meae]. Deinde *abigere partum* vix puto recte dici, nisi de medicamentis, vel monstris istis mulierum, quae per malas potiones sibimet ipsae abortum procurant. Vide Plin. lib. XIV. cap. 18. Cic. pro Cluent. cap. 32. Talis erat propudiosa illa Julia, de qua Juvenalis Sat. II. 32.

Cum tot abortivis foecundam Julia vulvam
Solveret, et patruo similes effunderet offas.

Servium tamen ad Georg. lib. III. v. 139. *abigere* pro *casu et forte eiicere* posuisse deprehendo. * Ita verterim, *subito lumine illato, agnita est, et partum alvo eiecit.* Festus: *Exterraneus quoque dicitur, qui ante tempus natus, vel potius eiectus est. Dictus autem exterraneus, quod eum mater exterrita alvo eiecit.* Idem in Egeria: *Egeriae Nymphae sacrificabant praegnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.* MS. Leid. *alvo.* Leg. *conceptum alvo*, nisi *conceptam* vocavit, quae concepit, ut *ova concepta*, quae pullum conceperunt, sive in pullum coierunt, apud Petronium; quemadmodum contra *abortivum*

ovum dixit Martialis lib. VI. ep. 93. quod gallinae suppositum non concepit. Certe active τὸ *concepta* accipit Scaliger in illis apud Virgil. in Culice: *Foemineum concepta decus.* Ceterum ut ἐκβάλλειν apud Antoninum et in Schol. Callim. in Hymn. Dian. v. 232. ita et ἀποβάλλειν de partu dicitur apud Schol. Hom. ad Il. *T.* v. 109. Ἐκβάλλειν *eiicere* Latinorum est, ut *abiicere* ἀποβάλλειν. Valer. Max. lib. IV. cap. 6. ex. 4. *Partum, quem utero conceptum habebat, subita animi consternatione eiicere coacta est.* Scheghius Praemess. cap. 4. *abigere* legit, quod in Ms. invenerit *abiicere.* Sed cum MSS. consensus, quos inspexit Cl. Tennullius, *eiicere* praeferat, retinendum istud censeo. Sed *abiicere* idem esse, quod *abigere* interdum dixerim. Marcell. lib. XVI. [cap. 10.] pag. 131. Ed. Boxh. *Ut quotiescunque concepisset, immaturum abiiceret partum.* At tu *abigeret* reponendum ibi forte censebis. Scio usitatius esse. Servius ad Georg. lib. III. v. 139. *Tunc enim diligentius tractandae sunt, ne abigant.* Verum *abiicere* pro *abigere* invenias apud Marcell. etiam lib. XV. [cap. 7.] pag. 86. *Hunc per subscriptionem abiicere sede episcopali*, et apud Hygin. Mythic. cap. 120. *Abiectis ministeriis, ipsa coepit* etc. nec non Justin. lib. XX. cap. 12. *Ex collisione abiecti partus.* Etiam *proiicere* de pariente dixit lib. III. Interpres Abdiae Babyl. *Crede nunc Jesum Christum filium Dei, et proiice puerperium: verumtamen mortuus* (leg. *mortuum*) *egredietur, quod indigne concepisti. Haec ut mulier credidit, mox egredientibus cunctis de cubiculo, proiecit partum mortuum* etc. Nota et *puerperium* dici *foetum*, ut in vet. epigr. Catal. Pith. lib. II. *Cauta quidem genitrix, noceant ne vulnera nato, Confirmat Stygio fonte puerperium.* Laërtius in Aristippo [lib. II. cap. 8. sect. 102.] pag. 155. Ed. Steph. Ἡ γὰρ τῶν Ἀθηναίων πόλις οὐ δυναμένη με φέρειν, ὥςπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον, ἐξέβαλε. Interpr. *Non secus ac Semele Dionysium, expulit.* Rectius foret, *eiecit.* Dein male *Dionysium* vocat Bacchum pro *Dionyso*: in quo errore et Fulgentius deprehenditur lib. II. Myth. cap. 15. ubi videndae annotationes nostrae. * Munck.

Pag. 45, 16. Καὶ αὐτὴν ὁ Ζεὺς μεταβαλὼν ἐποίησε δένδρον] Quod Antoninus tribuit Jovi, id Veneri Plutarchus, d. l. Ἡ δὲ κατὰ πρόνοιαν Ἀφροδίτης εἰς ὁμώνυμον δένδρον μετεμορφώθη. Hygin. cap. 58. *Venus . . . in speciem arboris eam commutavit, unde myrrha fluit, ex qua natus est Adonis, qui matris poenas a Ve-*

nere est insequutus. Quem locum quamquam ipse dedit Berkelius, notat tamen Junoni adscripsisse Hyginum. Diis in genere tribuit hanc mutationem Ovid. lib. X. Metam. a v. 483: et Apollod. lib. III. cap. 13. §. 5. *Θεοὶ δὲ κατοικτείραντες αὐτὴν εἰς δένδρον μετήλλαξαν, ὃ καλοῦσι σμύρναν.* Locus Tzetzae ad Lycophr. v. 829. in quo emendando Munckerus ad Hygin. d. l. Berkel. ad Antoninum et Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. IV. cap. 4. pag. 589. operam suam collocarunt, in Editione P. Stephani, typothetarum incuria depravatus videtur, quem sanitati dein restituit Potterus: *Μύῤῥα δὲ Θείαντος θυγάτηρ ἐγένετο αὕτη ἐρασθεῖσα τοῦ πατρὸς, καὶ λάθρα μιγεῖσα αὐτῷ, καὶ ἔγγυος* (*ἔγκυος* emendat Munckerus, et Potterus dedit) *γενομένη, αἰσθομένου τοῦ πατρὸς, ηὔξατο τοῖς θεοῖς εἰς ἑτέραν φύσιν μεταλλαγῆναι, ἤτοι μήτε μετὰ ζώντων εἶναι, μήτε μετὰ τεθνεώτων· ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴν μετέβαλε, τὸ ἀπ' αὐτῆς λεγόμενον μύῤῥαν, ἤτοι σμύρναν Αἰολικόν.* Berkelius illa *ὅθεν . . . αὐτὴν μετέβαλε* corruptissima censebat, sic restituenda, *οἱ θεοὶ αὐτὴν μετέβαλον.* Munckerus: *ὅθεν . . . μετέβαλον*, quocum facit Perizonius, d. l. quia praecedit: *τοῖς θεοῖς.* Atque ita edidit Potterus, num quadam auctoritate, nescio. Conieceram: *ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴ μετέβαλε*, facili et levi emendatione. Apollod. lib. III. cap. 5. §. 4. *Αὖθις δὲ μετὰ Ἁρμονίας εἰς δράκοντα μεταβαλὼν*, etc. Antonin. cap. 21. *Ἄγριος δὲ μετέβαλεν εἰς γῦπα.* Cap. 32. *Δρυόπη δὲ μετέβαλε, καὶ ἀντὶ θνητῆς ἐγένετο νύμφη*, et cap. 37. (ubi vid. Munckerus) *Αἱ ψυχαὶ δὲ μετέβαλον εἰς ὄρνιθας.* Verh.

Pag. 45, 17. *ἐκάλεν*] Ita utraque praefert editio. Mireris ferre hoc potuisse aures Graecis literis assuetas. Scribendum esse *ἔκαλεν* mihi prorsus persuasum: est enim *ἀόριστος δεύτερος.* Nec absurdum tamen *ἐκάλει.* Coniunctio enim non raro diversa coniungit tempora. Vide Stolberg. Praelect. ad Ai. Flagell. pag. 115. Munck. *Ἐκάλει* praefero, quia frequens est Antonino variatio temporum. Verh. *ἐκάλεσεν* restitui e Cod. Paris.

Pag. 45, 19. *ἀπὸ τοῦ ξύλου καρπόν*] *Τὸ ξύλον* pro ipsa arbore nonnunquam sumi, monstravit Munckerus ad cap. 22. Verh. Praepos. *ἀπὸ* exquisitiore nec tamen insolenti modo sic posita pro simplici genitivo. Vid. Heinrich. ad Musaeum pag. 32. 63. 97.

Pag. 45, 22. *ὠνόμασαν Ἄδωνιν*] Hyg. cap. 58. *Ex qua natus est Adonis, qui matris poenas a Venere est insecutus.* Explicat Cl. Schefferus: *Secutus est, post est natus, quam puniretur mater.* At in Indice voce *Exsequi*

producit ex hoc capite, *Exequi poenas matris.* Prorsus ut ego haec interpretanda arbitratus sum in meis ad Hyginum notulis. Nec sententiam usque adhuc muto. Nam *insequi poenas* videtur dixisse, ut *persequi iniurias* cap. 116. Nisi si *exsequi* rescribere malis. Sed nihil opus est. Sic II. Astron. cap. 4. *Nisi Icarii mortem persecuti, et eum forent ulti.* Cap. 140. *Matris poenas est executus.* Ad quem locum notavi: *Poenae matris sunt, quas Python matri debebat.* Paria Cl. Schefferus in Indice voce *Poena.* Sed cum *exequi* pro *ulcisci* ponatur, rectius *poenas matris* dixeris illa mala, quibus mater a Pythone erat exagitata. *Poena* enim pro quovis malo nonnunquam ponitur. Luc. lib. VIII. v. 195.

— *Mors ultima poena est.*

Notanda haec locutio: *matris poena a Venere.* Sic cap. 88. *Cupiens a fratre suo Thyeste iniurias exequi.* Utramque phrasin Indici Hyginiano vellem inseri. Sed quomodo, dices, ultus est poenas matris Adonis? Quod vivus sui amore, mortuus dolore deam torsit. Ovidius de Adonide lib. X. Met. [v. 524.]

Iam placet et Veneri matrisque ulciscitur ignes.

Facit huc proverbium illud apud Apostolium Cent. I. 43. Ἀδώνιδος κῆποι, ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων καὶ ἀώρων, καὶ μὴ ἐῤῥιζωμένων· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἄδωνις ἐρώμενος ὤν, ὡς ὁ μῦθος, Ἀφροδίτης, πρὸ ἥβης τελευτᾷ etc. Pantinus: *Propterea quod Adonis, ut est in fabulis, Veneris amore captus, ante pubertatem periit.* Male vertit. Ἐρώμενος enim Ἀφροδίτης est *delicium Veneris, puer Veneri dilectus.* Sic Abderus est ἐρώμενος Herculis, Hyacinthus Apollinis Apollodoro lib. II. Servius in hac fabula: *Adonis cognominatus est, quem quia Venus adamavit, Mars in aprum transfiguratus occidit, quem multi miseratione Veneris in rosam conversum dicunt. Amasium* vulgo appellant, sed perperam, me iudice. Amasius est amator Plauto Truc. III. 1. Etiam Cas. III. 3. quamvis pro *catamito* ibi accipiat Lambinus. Diomedes lib. I. *Ab amo veteres inchoativo modo dixerunt amasco. Unde amatores amasios dicebant. Amasio* Apuleio lib. VII. Miles. est asinus foeminas affectans, *παρθενοπίπας* Prudentio in Romano. Quamobrem miror, qua auctoritate nixus *amasius* et *τὰ παιδικὰ* pro eodem accipiat ad Apollod. pag. 184. Cl. Tanaquillus Faber. Ad eundem modum, quas *amiculas* Latini, ἐρωμένας appellant Graeci, et a legitima uxore separant. Vide Herald. ad Arnob. lib. IV. pag. 170. ed. Leid. Plin. lib. III.

ep. 9. Gloss. Philox. *Scortum*, ἑταίρα, πόρνη, ἐρωμένη, φιλουμένη. Isidorus Orig. lib. XII. *Amasius eo quod pronus sit ad amorem.* Petron. Fragm. Tragur. pag. 17. Edit. Cornerianae. *Videbis populi risum inter zelotypos et amasiunculos. Amasiunculum* dicit officiosum illum Glyconis dispensatorem, qui clanculum dominam suam perdepsuerat. Vocetur ergo hactenus licet Adonis quoque, cum et ipse procul dubio Veneri saepe trusaverit, *amasiunculus.* Sed Ganymedem τὰ παιδικὰ, vel cum Festo *concubinum*, non *amasium Jovis* dixerim. Munck. Hunc locum, quo ellipticam locutionem, ut *dicunt*, *ferunt*, *perhibent*, probet, citavit Perizonius ad Sanct. Minerv. d. l. Verh. De Adonidis feriis vid. Boettigerus Sabina T. II. pag. 257 sqq. de hortis eiusdem uberius disputavit et accurate Bastius Epist. Crit. pag. 191 ad 196. ed. Wiedeb.

Pag. 45, 24. *Λητὼ ἐπεὶ ἔτεκεν Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἐν Ἀστερίᾳ τῇ νήσῳ, ἀφίκετο εἰς Λυκίαν*] Apollinis et Dianae apud se natorum honorem sibi vindicarunt multae gentes, quas maximam partem memorat La Cerda ad Virgil. Aen. lib. III. v. 72. inprimis Lycii: vid. V. Cl. in Observ. Miscell. T. VII. pag. 34. etc. Communis tamen opinio, quam prodit Antoninus, Latonam demum post gemellos in insula Delo editos in Lyciam venisse. Ovid. lib. VI. Met. v. 333.

— Quam vix erratica Delos
Errantem accepit, tum cum levis insula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palmae,
Edidit invita geminos Latona noverca.

Schol. Homeri ad Iliad. *Α.* v. 9. ibi cit. Ἐπείγετο διὰ θαλάσσης πρὸς Ἀστερίαν τὴν νῆσον μίαν οὖσαν τῶν Κυκλάδων. Ἐκεῖσε δὲ ἐλθοῦσα . . . διδύμους ἀπεκύησε παῖδας, Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν νῆσον ἐκάλεσε Δῆλον. Conspirat omnino Cic. in Verr. II. 1. ad Ovid. d. l. cit. De insula hac multi multa scripsere, intricata simul et sibi contraria: vid. Scriptores hos ad Hyginum, inprimis cap. 53. et ad Ovid. d. l. Viris D. citatos. Hoc constat, tribus nominibus, a qua tandem vel quo casu, inditis, designari, atque ita quidem, ut prius Asterie, dein Ortygia, et denique Delos appellata fuerit. Sed hinc non sequitur, tria illa ubique coniungenda esse, ubicumque denominationis ratio redditur, quod ex ipso Homeri Scholiaste supra liquet, qui nominis Ortygiae non meminit, uti nec alii semper: unde Galeo non adsentior Apollodori locum lib. I. cap. 4. init. sine ulla auctoritate supplenti. Sic se habet locus: Ἀστερία

μὲν, ὁμοιωθεῖσα ὄρτυγι, ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν ἔῤῥιψε, φεύγουσα τὴν πρὸς Δία συνουσίαν, καὶ πόλις ἀπ' ἐκείνης Ἀστερία πρῶτον κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος, reponit: καὶ νῆσος ἀπ' ἐκείνης, Ἀστερία πρῶτον κληθεῖσα, Ὀρτυγία ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Δῆλος. Sed distinctione ostendere videtur, eam insulam Asteriam fuisse vocatam, et iam extitisse ante, quam illud nomen acceperit a virgine Asteria Jovi amata, quum fabulae tenor contra doceat, ipsam hanc virginem in insulam fuisse mutatam, et quidem post, quam in Ὄρτυγα conversa et in mare abiecta fuerit, ut perinde videatur, num insulam Asteriam, an Ortygiam dicas, quippe uno eodemque tempore ita appellatam, quum Deli nomen indiderit Latona, ubi insula haec erratica et quasi undis submersa sese emersisset, ut Latonae, cuius soror erat, succurreret. Apollod. lib. I. cap. 2. §. 2. Κοίου καὶ Φοίβης Ἀστερία καὶ Λητώ. Ita πόλις in νῆσος mutare non necessarium existimo. Ἄστυ enim et πόλις de insula dici ex Harpocratione aliisque ostendit Cuperus in Observ. lib. II. cap. 2. confirmat Etymol. M. Auctor. Κοῖος ... Κεῖος, ὁ τῆς Κέω πόλεως. VERH. De fabula consulendus Hoeckius Cret. T. II. pag. 385..

Pag. 45. 25. ἐν Ἀστερίᾳ τῇ νήσῳ] h. e. in Delo sive Ortygia. Hyg. cap. 53. MUNCK.

Pag. 45, 28. Μελίτη] Fontis huius nomen in *melioris* apud Ovid. lib. VI. Met. v. 343. latere recte coniecit Burmannus.

Forte lacum melioris aquae prospexit in imis
Vallibus.

Sic enim ex uno Cod. Strozzae reposuerat Heinsius pro vulgat. *mediocris*, quod utrumque librarii inscitiam prodit. Uti enim *mediocris* nihili est, sic *melioris* omni sensu caret, quandoquidem nulla praecedit aquae mentio, quae cum hac comparetur, praeterquam quod quae

— — — *Longo dea fessa labore,*
Sidereo siccata sitim collegit ab aestu,
— — — — — —
Quae tamen ut detis supplex peto: non ego nostros
Abluere hic artus, lassataque membra parabam,
Sed relevare sitim: caret os humore loquentis,
Et fauces arent, vixque est via vocis in illis.
Haustus aquae mihi nectar erit cet.

quem primum invenisset, liquorem non sprevisset, si forte alibi meliorem offenderet. Unde vix dubito, quin legendum:

Forte lacum Melitensis aquae cet. VERH.

Pag. 46, 3. ἄνδρες βουκόλοι] Elegans Hellenism.

cap. 25. γυνὴ θῆσσα. cap. 40. κατέφυγε παρ' ἄνδρας ἁλιέας. cap. 41. εἰςαπέστειλεν ἄνδρα οἰκέτην. Hom. Il. *Γ.* [v. 170.] Βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικε. Pind. Olymp. Od. VIII. [v. 3.] μάντιες ἄνδρες. Act. cap. III. v. 14. ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα. Bas. *Γ.* cap. XVIII. v. 4. ἔλαβεν ἑκατὸν ἄνδρας προφήτας. Eurip. Hec. v. 646. ἀνὴρ βούτας. Palaephatus cap. 32. ἀνὴρ φυγάς. Hom. Il. *Δ.* v. 86. ἀνὴρ δρυτόμος. Plaut. Men. II. 1. *mulier meretrix*, ut Graeci γυνὴ πόρνη Bas. *Γ.* cap. 12. Sall. Jug. cap. 12. *mulier ancilla*. Just. lib. XXXVII. cap. 2. *Stella cometes*. Alia exempl. ex aliis tibi dabit Psoch. de Ling. Graec. N. T. puritate Diatrib. cap. 46. MUNCK. Nimirum ἀνὴρ et ἄνθρωπος aliis vocabulis, quae antiquissimis temporibus vim tantum adiectivam habebant, iungi solebat. Fons est Homerus, apud quem legas ἀνὴρ αἰπόλος Iliad. *Δ.* v. 275. χαλκεὺς Odyss. I. v. 391. ἐπακτὴρ Il. *P.* v. 135. θηρητὴρ Il. *M.* v. 170. Item ἄνθρωπος ὁδίτης Il. *Π.* v. 263. Od. *N.* v. 123. Atque eodem modo dicti sunt ἄνδρες Θρῆκες Il. *Ω.* v. 235. Κίλικες Il. *Z.* v. 397. Πυγμαῖοι Il. *Γ.* v. 6. Παίονες Il. *Φ.* v. 155. Vid. Valckenar. Opusc. T. II. pag. 243 sqq. ed. Lips.

Pag. 46, 5. συναντόμενοι] In Munckerum et Berkelium, qui etiam in secunda editione vitium illud retinuerit, satis pro imperio animadvertit Jensius Lect. Lucian. lib. I. cap. 7. quod συναντόμενοι pro συναντώμενοι ediderint. Num typothetae contra eorum mentem aberrarint, nescio: nam Munckerus, quod ignorare non debuerat Jensius, ad Lactant. lib. VI. F. IV. hunc locum adferens συναντώμενοι dedit. Sed, si uterque sic in Antonino edidissent, illud ex Xylandro revocassem, tum quod non facile ab eo recedendum opinor, ubi plurium Codd. fides desideratur, tum quod bene Graecum est. Ἄντομαι aeque ac ἀντάομαι in usu est: vid. Pind. Pyth. Od. II. v. 132. Ἀντόμεναι Homer. Il. *B.* v. 595. Schol. Ἀντόμεναι, ἀπαντήσασαι. Συνάντομαι eidem Pindaro Isthm. Od. II. v. 4. Συναντόμενος Homero Odyss. *O.* v. 537. et alibi. VERH. Συναντόμενοι servat Cod. Paris. Quare nihil mutavi. Poëticum esse docet Phrynichus.

Pag. 46, 6. σήναντες] Haec vox de lupis et canibus usurpatur, caudis suis et alio corporis motu adblandientibus. De lupis apud nostrum liquet, et de canibus apud Aelianum de Animal. lib. XI. cap. 3. hisce verbis, ubi de Vulcani templo in Aetna loquitur: εἰσὶ δὲ καὶ κύνες περί τε τὸν νεὼν καὶ τὸ ἄλσος ἱεροί. καὶ τοὺς μὲν σωφρόνως, καὶ ὡς πρέπει τε ἅμα καὶ χρὴ παριόντας εἰς τὸν νεὼν καὶ τὸ ἄλσος, οἵδε σαίνουσι καὶ αἰκάλλουσι, οἷα δὴ φιλόφροσιν

ἐννοούμενοί τε καὶ γνωρίζοντες δήπου. Berkel. Haec vox non de lupis tantum et canibus, sed omnibus adeo animalibus, quae cauda adulantur, usurpatur. Hinc σαννίον *penis, cauda*. Μεταφορικῶς et σαίνειν τινὰ homines dicuntur. Pyth. Pind. Od. I. [v. 98 sq.] legi nunc nuper:

Σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιν φίλον
Καί τις ἐὼν μεγαλάνωρ ἔσανε.

In Scholiis ad eandem oden invenio *Περίλαον* aenei illius tauri, in quo hospites cremabat Phalaris, vocatum fuisse artificem, quem *Perillum* Plin. et Ovid. appellant. Id quod haud scio, an quisquam notaverit. * Iterum monendum mihi τὸ σαίνειν latius patere, quam quidam rentur. Leonibus illud tribuit Tzetz. ad Lycophr. pag. 131. ed. Steph. Εἶδον ἔξωθεν τῆς αὐλῆς τῆς Κίρκης λύκους καὶ λέοντας ἡμέρους, σαίνοντας αὐτοὺς ταῖς οὐραῖς. Hieronym. in Vit. Pauli Eremit. *Et illi* (leones) *directo cursu ad cadaver beati senis substiterunt*, adulantibusque caudis *circa eius pedes accubuere*. Nimirum σαίνειν proprie est *cauda adulari*: quaecunque ergo animalia facere hoc consuevere, σαίνειν dicuntur. Apollon. lib. I. Argon. v. 1141.

Θῆρες δ' εἰλυοὺς τε κατὰ ξυλόχους τε λιπόντες,
Οὐρῇσιν σαίνοντες ἐπήλυθον. *

Munck. Ad Lactantium, unde hoc augmentum observationis huc transtuli, agnoscit quidem Staverenius, quae dixit Munckerus, sed contendit verbum hoc proprium esse canum, a quibus metaphorice ad alia animalia translatum esset: si vero analogiae rationem habuisset, vidisset vix aliam, quam *movendi*, significationem huic verbo inesse, quod cum fiat cauda, res ipsa loquitur, proprie de omnibus animantibus dici, quae caudam movent, sive hoc motu tamquam remigio utantur, ut pisces, de quibus etiam σαίνειν adhibuit Sophocles apud Athenaeum lib. VII. cap. 2. [pag. 277. Fragm. incert. XLII. ap. Brunck.]

Χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπεῤῥόθει
Σαίνουσιν οὐραίοισιν

cet. et aves, de quibus adhibuit Antigonus in Histor. 48. monente hic Berkelio. Sive eo laetitiam testentur, quod omnes faciunt bestiae cicures, uti in canibus non tantum, sed et equis, si palpes, in porcis et ovibus cet. constat. De lupis et leonibus iam vidimus, et confirmatur Ovidii loco Tzetzae expositioni congruo, lib. XIV. Metam. v. 255. ubi et ursi adduntur:

Mille lupi, mixtaeque lupis ursaeque leaeque
Occursu fecere metum: sed nulla timenda,

— — — — — —

Quin etiam blandas movere per aëra caudas,
Nostraque adulantes comitant vestigia.

Vides, quod innuo, *blandas movere caudas*, et *adulari*, iungi quidem, sed tamen diversa esse; quod minus distinguunt, qui illud canis prae ceteris proprium censent: alterum enim *σαίνειν*, alterum est *προσκυνεῖν*, quod Livius innuit lib. IX. cap. 18. *Desideratae humi iacentium adulationes*, et lib. XXX. cap. 16. *More adulantium procubuerunt*: unde discimus, quomodo ad homines translatum sit, et pro *suppliciter aliquid petere* sumatur, unde cum *adorare* vel confunditur, vel idem significat; sic enim vetus Inscript. apud Murator. *Deos pro me adularent.* Nisi distinctionem facias inter *σαίνειν οὐρὰν*, et *οὐρᾷ*. Certe *σαίνω* et *adulor* saepe tantum indicare voluptatem, quam motitando caudam ostentant, vel etiam adsultando ac vocis sono, testantur Lucretius lib. V. v. 1069. ubi *gannitu vocis adulare* dixit, et Aelian. lib. XIII. cap. 42. *Αὐτὸν Μελιταῖον κυνίδιον ἔσαινε*, adsultando laetitiam testabatur, quam ex Epaminonda reviso capiebat. Neque aliter vetulus canis, qui solus fere Ulyxem post tam longos errores agnoscebat, Hom. Odyss. *P.* v. 301.

Δὴ τότε γ' ὡς ἐνόησεν Ὀδυσσέα, ἐγγὺς ἐόντα,
Οὐρῇ μέν ῥ' ὅγ' ἔσηνε, καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω.

Certe ad quaevis animalia retulit Eustathius ad Odyss. *K.* v. 20. quem Homeri locum ob oculos habuit Scholiastes Lycophronis: *Καιριωτάτη δὲ λέξις τὸ σαίνειν ἐπὶ ζώων ἀλόγων, ὅ ἐστι, σείειν τὴν οὐρὰν*, et ad Odyss. *Π.* v. 10. *Κυριολεκτούμενον μὲν ἐπὶ κυνῶν, ἤδη καὶ ἐπὶ ἑτέρων ἡμέρων ζώντων, μεταφορικὸν δὲ τροπικῶς καὶ εἰς τοὺς ὑπούλους καὶ κολακικούς.* Schol. Pind. Pyth. II. v. 151. et ad Olymp. IV. v. 7. *Ἔσαναν ἀντὶ τοῦ ἐχάρησαν, ἀπὸ τῶν σαινόντων ζώων.* Verh.

Pag. 46, 7. *πρὸς τὸν ποταμὸν ... Ξάνθον*] Vid. Lobeck. Aglaopham. T. II. pag. 1186.

Pag. 46, 10. *Τριμιλίδα*] Secundum Stephanum scribendum esset *Τρεμιλίδα*, quanquam illa vox in *Ἐθνικογράφῳ* non occurrat. *Τρεμίλη, ἡ Λυκία ἐκαλεῖτο οὕτως. οἱ κατοικοῦντες, Τρεμελεῖς, ἀπὸ Τρεμίλου, ὡς Πανύασις.* Berkel. Quod Lyciam *Τριμιλίδα* dictam affirmat Liberalis, id contactum vitio est. Legendum omnino *Τρεμιλίδα*. Incolas *Τρεμιλεῖς* et *Τρεμίλας* vocatos dicit Stephanus. Perperam ergo *Τρεμίλλους* vocat Eustath. ad Dionys. pag. 113. Ed. Steph. Corrige ex Stephano. Munck.

Ibid. *Λυκίαν μετωνόμασεν ἀπὸ τῶν καθηγησαμένων λύκων*] Lyciam tum appellatam vult eam regionem a lupis, qui deae se viae duces praebuissent. Munck. Sed ad Lactant. lib. VI. F. IV. ex Herodoto, Pausania, et Stephano Byz. ostendit Staveren. non ab hoc casu, sed a Lyco Pandionis filio Lyciam nomen fuisse sortitam. Verh.

Πανδάρεος] Huic fabulae, ut et secuturae, auctoris nomen non praefigitur, adeo ut iure meritoque dici possint ἀδέσποτοι, uti in praecedentibus annotavimus. Berkel.

Pag. 46, 21. *ἐν τῷ κευθμῶνι τῆς Κρήτης*] De antro hoc Dictaeo vid. Apollod. lib. I. cap. 1. §. 3. aliique, et infra Anton. cap. 19. inprimis Meurs. in Creta pag. 71 seqq. et Staveren. ad Hygin. cap. 139. Verh.

Pag. 46, 22. *Αἴξ νύμφη*] Id est Amalthea, quam alii Oceani, Melissei regis alii filiam faciunt, et unam e Jovis nutricibus, quae caprino lacte eum educassent. Vid. Comment. ad Hygin. cap. 182. Sed uti hic Antoninus, sic alibi alii ipsam Amaltheam, unde decantatum illud Ἀμαλθείας κέρας, capram esse voluerunt. Schol. Hom. Il. *O.* v. 318. Ἀμάλθεια, ἣ ἦν αἴξ. Callimach. Hymn. in Jov. v. 48.

Σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν
Αἰγὸς Ἀμαλθείης.

Schol. Οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ αἲξ τὸν Δία θρέψασα, ubi miror, cur Munckerus (ad Hygin. cap. 139.) illud αἲξ delendum censeat, ubi ex Glossar. Stephani, quod emendat, melius doceri potuerat, V. *Cornicopiae*, quod *Cornu Copiae* recte corrigit: κέρας Ἀμαλθέας, et pro hoc Ἀμαλθείας, τῆς θρεψάσης τὸν Δία αἰγός. Servius ad Virgil. Aen. lib. VIII. v. 354. quem et ipse citat: *Pellem Amaltheae caprae, a qua nutritus est.* Hesychius: Νύμφη .... ἡ ἐν τοῖς ἄστροις αἴξ, ἡ Ἀμάλθεια. Diod. Sicul. lib. V. cap. 233. ubi totam fabulam refert: Αὗται (Νύμφαι) δὲ μέλι καὶ γάλα μίσγουσαι ... καὶ τῆς αἰγὸς τῆς ὀνομαζομένης Ἀμαλθείας τὸν μαστὸν εἰς διατροφὴν παρείχοντο. Verh. Αἴξ cum hic tum in seqq. maiuscula litera scripsi, ad quod attendit primum Xylander, cui ubique est *Aex*, non *capra:* nam nympha Αἴξ a Jove in capram transfigurata est et inter astra relata. Monuit Schneiderus in Bibl. Philol. Gotting. III. P. 5. pag. 436. De re ipsa vid. Boettigeri Amalthea I. pag. 18 sqq. Creuzer. Symb. et Myth. T. IV. pag. 425 sq.

Pag. 46, 23. *κύων χρύσεος*] Χρύσεος pro pulchro Schol. Homer. ad Iliad. *Δ.* v. 2. Quod imitantur Latini, ut *aurea libertas*, *pax*, *mediocritas* cet. Verh.

Pag. 46, 24. *Τιτᾶνας*] Xylander edidit *τιτῆνας*, quae vox magis est poëtica. Nonnus lib. VI. Dionys. *Ταρταρίῃ τιτῆνες ἐδήλωσαν* etc. Berkel. *Τιτᾶνας*, sic praeter Xylandrum ceteri, nisi quod in erratis posuerit Berkel. ed. altera. Nos primam lectionem quoque revocavimus, tum quod sine necessitate ea non est relinquenda, tum quod plura Ionismi vestigia alibi exstant. Vid. interim Koen. ad Corinth. de Dialect. pag. 251. Verh. *Τιτῆνας* servat Cod. Paris.

Pag. 46, 25. *τὸν Κρόνον ἀφείλετο τῆς ἀρχῆς*] De *ἀφαιρεῖσθαι* cum gignendi casu rei adposito vid. Abresch. lib. III. Animadvv. pag. 116. et Koen. ad Corinth. pag. 40. Verh.

Pag. 47, 1. *Τάνταλος ὁ Διὸς καὶ Πλουτοῦς*] Tantali mater a Mythologiae mystagogis *Pluto*, *Plutone*, et a nonnullis *Plota* appellatur. Berkel. Ita et Hyg. cap. 155. Apost. Cent. XVIII. 7. *Τάνταλος υἱὸς Τμώλου καὶ Πλουτοῦς*. Ibidem et de poena eius quaedam non contemnenda habes, unde lux non parva affulget Petronii versiculis, qui ita in Fulgentii Mythol. leguntur:

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Divitis haec magni facies erit, omnia late
Qui tenet, et sicco concoquit ore famem.

Prolixus est in Tantali poena describenda Pind. Schol. ad Olymp. Od. I. [v. 97. pag. 192. ed. Heyn.]. Si curiosus es, licet inde petas. Cum Apostolio facit Eurip. Schol. ad Orest. v. 5. Munck. Vid. Munck. latius ad Hygin. cap. 82. et Comment. ad Ovid. lib. VI. Metam. v. 172. Verh.

Pag. 47, 7. *κατέβαλε*] Quae hoc de loco notavi ad Hyg. cap. 82. non omnino placent, nec displicent. Non satisfacere sententiae Xylandri versionem etiam nunc censeo. Si nihil hinc excidit, verti ita Graeca debent: *Tantalum dedit praecipitem, et Sipylum capiti eius impendere fecit.* Schol. Hom. ad Od. T. *ὤμοσεν ὁ Τάνταλος μὴ ἔχειν, ὅθεν ὁ Ζεὺς κατέστρεψεν αὐτῷ Σίπυλον τὸ ὄρος.* Schol. Eurip. pag. 211. *Τινὲς δὲ κυρίως ἀκούουσι λίθον χρυσῆν ἐπηωρεῖσθαι* (leg. *ἐπηωρῆσθαι*) *τῇ κεφαλῇ Ταντάλου.* Munck.

Ibid. *καὶ περὶ αὐτὸν ὑπὲρ κεφαλῆς*] Koen. d. l. recte emendat: *καὶ ἐπηώρει αὐτῷ ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον.* Confirmat Schol. Pind. Olymp. I. 97. et Hygini loco, cap. 82. et ipse Munckerus, nota praecedenti, verbis Scholiastae Euripidis, unde mirum, ei hanc emendationem non incidisse. Verh. Koenii coniectura improbatur Bastio ad Greg. Cor. pag. 95. ed. Schaef.

Ibid. *τὸν Σίπυλον*] Saxum Hygin. cap. 82. Ἡ Σίπυλος est Pindaro, τὸ Σίπυλον eius Scholiastae, ὁ Σίπυλος Nostro, Luciano et Pausaniae. Sed urbs iam ea voce denotatur, iam mons. Ταντάλου λίθον eleganter impendentis belli metum appellat Pindar. Isthm. VIII. v. 21. Adde Suid. Prov. a Schotto Collect. Cent. XIII. 9. MUNCK. Adde Staveren. ad Hygin. d. l. VERH.

Pag. 47, 9. *Διομήδης ... Αἰγιάλειαν ... χάριν ἔργ. Ἀφρ.*] Post Apollodorum plene haec narrat Tzetzes ad Lycophronem pag. 101. Stephanus in *Διομήδεια*, ubi lego pro ἔστι καὶ Διομήδεια πλησίον Ἄργυρι · Ἀργυρίππης. GALE. *Aegialiam*, non *Aegialaeam*, uti Priscianus, neque *Aegialam*, uti Servius, notante Munckero ad Hygin. cap. 175. male scribunt, Adrasti Argivorum regis filiam faciunt plerique, quos recensere longum foret. Ipse Homerus Iliad. *E.* v. 412. praeit: *Αἰγιάλεια περίφρων Ἀδρηστίνη, ἡ Διομήδεος ἱπποδάμοιο.* Apollodoro lib. I. cap. 8. et Eustathio ad loc. Homericum non multum discrepante, testibus, Tydea e Periboea Hipponoi filia susceperat Oeneus Calydoniae rex. Tydeus ad Adrastum Argivorum regem profugus uxorem duxerat huius filiam Deipylen, e qua ei natus fuit Diomedes, uti quoque tradit Hyginus d. l. Vid. etiam Eustath. ad Iliad. *B.* v. 567. Adrasto nempe ex Amphitea Pronactis filia tres erant filiae, Apollod. lib. I. cap. 9. §. 13. *Ἀργία* leg. *Ἀργεία* vel certe *Ἀργείη*, ut habet lib. III. cap. 6. §. 1. *Δηϊπύλη*, *Αἰγιάλεια.* Easdem agnoscit Eustathius, *Τριῶν θυγατέρων Ἀδράστου, Αἰγιάλεια μὲν νεωτάτη, γυνὴ Διομήδους ἦν. Ἀργεία δὲ Πολυνείκους, Δηϊπύλη δὲ Τυδέως.* Sed *Ἀργείαν* et *Δηιπύλην* unam eamdemque facit Schol. Theocr. ad Hygin. cit. Idyll. XVII. v. 53. *Ἀργείαν εἶπε τὴν τοῦ Διομήδους μητέρα Δηϊπύλην, καθὰ ἐξ Ἄργους ἦν, Ἀδράστου θυγάτηρ. ἦν δὲ ὀνομαστικῶς καὶ Ἀργεία καλουμένη.* Deipylen tamen Tydei et Polynicis Argiam uxores facit etiam Apollodorus l. posteriore, ubi priore §. 6. Aegialiam Diomedi quoque adiudicat. Ut, quodcunque tandem sit, hoc constet, Adrasto filias fuisse Deipylen et Aegialiam, quarum altera Tydeo nupserat, altera si Diomedi nupserit, hunc certum est, suae matris sororem in matrimonio habuisse, quod consentit Homeri Scholiastes, qui, ubi tres Adrasti filias eo, quo Eustathius, modo recensuit, addit: *Τῆς οὖν μητρὸς αὐτοῦ (Διομήδους) ἀδελφὴ ἦν*, ut non mirum, alios, apud Apollodorum, Aegialiam facere filiam Aegialei, quem Deipyles fratrem fuisse existimo: nam Adrasto, praeter dictas filias, filios fuisse Aegialeum et Cyanippum, tradit Apollod. lib. I.

cap. 9. §. 13. ut matruelem suam duxisset. Eustathius tamen ad Iliad. *E.* d. l. prius confirmat: *Οὐ γὰρ μόνον θυγατριδοῦς ἦν Διομήδης τῷ Ἀδράστῳ ἀπὸ Δηϊπύλης, ἀλλὰ καὶ γαμβρὸς ἐπὶ Αἰγιαλείᾳ τῇ θυγατρί.* Adulterium autem ab hac Aegialia commissum Veneris a Diomede nec opino vulneratae instinctui vulgo adscribitur. Eustath. ad Homer. Il. *E.* v. 412. et ad Dionys. Perieg. v. 483. Schol. Hom. d. l. et Servius ad Aen. lib. XI. v. 269. *Stheneli filius Cometes Aegialeam Diomedis uxorem cognovit adulterio.* et confirmat lib. VIII. v. 9. Eustathius vero et ad Hom. et ad Dionys. inverso ordine habet *Sthenelum Cometae filium*, observante iam Munckero ad Hygin. d. l. ubi etiam hi scriptores citantur. Ab Eustathio se decipi passus est Berkelius. Tzetz. ad Lycophr. v. 603. *Αἰγιάλειαν συμφθειρομένην Κομήτῃ, τῷ υἱῷ Σθενέλου.* Verh.

Pag. 47, 12. *εἰς Καλυδῶνα* cet.] Post captam Troiam Argos rediisse, sed hinc, adulterio uxoris cognito, Calydoniam petiisse cum dicit Auctor, alios sibi consentientes non habet. Nec verosimile est, eum ob uxoris adulterium patriam reliquisse, et ad exteros, ut videbimus, confugisse. Fugae huius rationem aliam reddunt alii, etsi diversam. Schol. Homeri *E.* v. 412. *Παραγενόμενον δὲ τὸν Διομήδην ἐξ Ἰλίου, διώκειν μετὰ δορυφόρων, ἀποκτεῖναι βουλόμενον* nempe *γυναῖκα περὶ πᾶσαν τὴν τῶν νέων ἡλικίαν συγχορεύειν ἀσελγαίνουσαν* cet. *τὸ δὲ λοιπὸν, τοῖς ἀσθενέσι βοηθήμασι χρώμενον, καταφυγεῖν ἐπὶ τὸν Ἥρας βωμόν. Μετὰ ταῦτα δὲ ἀπῆρεν εἰς Ἑσπερίαν, καὶ παραλαβεῖν λέγεται παρὰ Δαύνου τόπους τινὰς εἰς κατοικισμὸν*, cet. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 483. *Ὑφ' ὧν* (*Αἰγιαλείας* et *Κομήτου*) *ἐξωσθεὶς μετὰ τὸν νόστον ὁ Διομήδης, εἰς τριλλίστους ἢ τηλίστους Ἴβηρας ἦλθε πλανήτης.* Scholiast. Thucyd. lib. I. cap. 12. 53. *Διομήδης ὑπὸ Κομήτου ἐκβληθεὶς εἰς τὰς Λιβυρνίδας νήσους ἀφίκετο.* Suid. v. *Διομήδειος ἀνάγκη. Διομήδης εἰς τὸν ἀπόπλουν καταχθεὶς εἰς τὰ ἴδια, οὐκ ἐδέχθη, ἀλλὰ διωχθεὶς ἀπῆλθεν εἰς Καλαβρίαν.* Tzetz. ad Lycophr. v. 603. *Μέλλων ἀπὸ τῆς αὐτῆς Αἰγιαλείας ἀναιρεθῆναι . . . ὕστερον δὲ εἰς Ἰταλίαν ᾤχετο, εἰς τὸ Δαύνιον, ἔθνος βάρβαρον, οὗ ἐβασίλευσε Δαῦνος.* Aliter rursus ad Virgil. Aen. lib. XI. v. 269. Servius: *Quo* (uxoris adulterio) *comperto Diomedes reverti noluit, sed in Apuliae partibus sibi condidit sedes.* Ut ad alia respiciendum sit tempora; nam Argos saepius rediisse Diomedem, ex Antonino liquet et Pausania, sive historia confusa sit, sive diversi diversos auctores secuti fuerint. Calydoniae, quo tandem tempore, quid perege-

rit, nunc videndum. Pausan. lib. II. cap. 25. ex aliis tradit, Oeneum ab Agrii filiis, ad Diomedem Argos venisse: illum vero ducto in Calydoniam exercitu, Oenei quidem iniurias ultum, negasse tamen se posse illic permanere: hortatum itaque esse, ut se Argos sequeretur, quod quum fecisset, tum alios ei honores habuisse, tum vero vicum eum, in quo e vita excessit, Oenoen vocasse. *Ὡς πατρὸς θεραπεύειν πατέρα εἰκὸς ἦν*, ex quo loco et Diomedis genealogia, quam in priore nota exhibui, liquet, cum Cl. Valckenario apud Nostrum pro *προπάτορι* legendum *πατροπάτορι*. Nam ipso Diomedes apud Homer. Iliad. *Ξ*. v. 113.

Πατρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καὶ ἐγὼ γένος εὔχομαι εἶναι
Τυδέος.

v. 117.

Οἰνεὺς
Πατρὸς ἐμεῖο πατήρ.

Liquet etiam, Antoninum et Schol. Aristoph. Acharn. v. 417. ad Hygin. cit. alios descripsisse, qui, ut ipse Hyginus cap. 175. ait, Oeneo regnum fuisse restitutum, tradiderunt, quod uti e Pausaniae verbis elici non potest, sic contra, Oeneo aetate ac viribus confecto, Diomedem Andraemoni Oenei genero regnum concessisse narrat Apollodorus, postquam Agrii filios, qui Oeneum regno exuerant, sustulerat. Sed et hic discrepant scriptores; nam Agrium, eiusque filios omnes a Diomede interfectos scribit Liberalis, ubi Hyginus, Agrium regno expulsum, se ipsum interfecisse, et Diomedem cum uno tantum Agrii filio, Lycopeo, armis contendisse. Agrio sex erant filii, teste Apollodoro lib. I. cap. 8. §. 6. quem locum adduco, ut mendo liberem: *Θέρσιππος, Ὀγχηστὸς, Πρόθοος, Κελεύτωρ, Λυκωπεὺς, Μελάνιππος.* Pro *Θέρσιππος* lege meo periculo *Θερσίτης*. Schol. Hom. Iliad. *B*. v. 212. *Οἰνεὺς ἦν πατὴρ Μελεάγρου, ὁ δὲ Ἄγριος Θερσίτου.* Hanc emendationem probat in seqq. Collatio D'Orvilliana, ubi Apollodorus quatuor Agrii filios a Diomede interfectos, et duos superstites Oeneo insidias struxisse, quum is a Diomede in Peloponnesum abduceretur, dicat, legens: *Ἀπέκτεινε μὲν τοὺς Ἀγρίου παῖδας, χωρὶς Ὀγχηστοῦ καὶ Θερσίτου*, pro vulg. *Ὀγχ. καὶ Θερσίππου.* Verh.

Pag. 47, 14. *τῷ προπάτορι*] Non huic, sed genero eius Andraemoni regnum tradidisse scribit Apollod. lib. I. [cap. 8. §. 6.]. Munck.

Pag. 48, 3. *ἔντομα θύοντας*] Cap. 4. *ἔντομα θύουσιν ἄχρι νῦν.* Idem est *ἐντομὰς ποιῆσαι* apud Plutarch. de Herodoto. Munck. Haec illustravi ad cap. 4. pag. 29. Verh.

Pag. 48, 4. *ἐπιφανέντες ὅτι Ἰλλυριοί*] Scribo *οἱ* Apollod. lib. III. [cap. 6. §. 4.] pag. 153. *Τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι.* Interpres: *Draconem vero Adrasti apparitores interemerunt.* Verterem: *Supervenientes socii Adrasti draconem interemerunt.* Munck. „Etsi vulgatum illud *ὅτι* in prima Editione non nisi typothetarum errore pro *οἱ* positum fuisse videtur, vel sic tamen offendo ad verba *οἱ Ἰλλυριοὶ τοὺς Δωριεῖς*, quoniam contextum turbant. Puto autem non corrigenda esse, sed delenda; quod mecum fortasse censebis, ubi antecedentia hoc ordine legeris: *καὶ ἐπιφανέντες ἀνεῖλον ἐν τῇ νήσῳ πάντας ἔντομα θύοντας·* hinc enim verosimile fit, ad illud *ἐπιφανέντες* olim pro interpretamento adscriptum fuisse *οἱ Ἰλλυριοὶ*, ad *πάντας* vero, *τοὺς Δωριεῖς*, eaque scholia, inter ipsa orationis verba postea temere collocata, ineptae lectioni originem dedisse. Ceterum pro *ἔντομα θύοντας* malim *ἔντομα τῷ Διομήδει θύοντας·* huiusmodi certe dativus, ni fallor, requiritur." Hanc coniecturam Fonteinio V. D. debes. Verh. Bene Xylander: *Mortuo Daunio, Illyrii barbari Doriensibus, quibus terram istam inviderent, insidias struunt: inque insula sacris operantes universos subito adorti, trucidant.* In Graecis nihil corrigendum.

Pag. 48, 6. *μετέβαλον*] Absolute, pro *μετεβάλησαν*, ut cap. 2. 20. 32. 33. Esse in id genus locutionibus ellipsin discas ex cap. 21. *ἡ δὲ μεταβάλλουσα τὴν φύσιν.* Ita apud Latinos *mutavit* pro *mutatus est*, et *mutat* pro *mutatur.* Cat. Carm. 22. *Tantum abhorret et mutat.* Multa istiusmodi enallagarum cum apud Latinos, tum Graecos multitudo. Vid. Freinshem. ad Curt. lib. IV. cap. 6. Pertinet huc illud 3 Reg. cap. XVIII. v. 45. *καὶ ὁ οὐρανὸς συνεσκότασε νεφέλαις καὶ πνεύματι.* Munck.

Ibid. *εἰς ὄρνιθας*] *Ἐρωδιοὺς* puta, de quibus Aelian. lib. I. cap. 1. Munck.

Pag. 48, 7. *καθορμίσηται*] De hoc verbo vid. Cl. D'Orvill. ad Chariton. pag. 118. [pag. 271. ed. Lips.]. Ubi hic legendum censet *καθορμίζηται.* Verh.

Pag. 48, 8. *φοιτῶσι πρὸς αὐτούς*] *Κατά γε τὴν ἐμὴν κριτικὴν* nihil mutandum. *Σύνεσιν* vel *ἀλλοιότητα* appellant Technici: *οἱ ὁ* Deut. cap. IV. v. 7. *ὅτι ποῖον ἔθνος, ᾧ ἐστι Θεὸς ἐγγίζων αὐτοῖς.* 3. Reg. cap. XX. v. 20. *καὶ ἔφυγε Συρία. καὶ κατεδίωξεν αὐτούς.* 4. Reg. cap. XXI. v. 3. *προσεκύνησε πάσῃ τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐδούλευσεν αὐτοῖς.* Aelian. V. H. lib. II. cap. 28. *Ἐπέστησε στρατιάν, καὶ ἔφη πρὸς αὐτούς.* Male ediderunt: *ἐπίστησε.* In-

terpres: *Sed totum exercitum animadvertens dixit ad illos.* Atqui ἐφιστάναι heic non est *animadvertere*, sed *sistere*, ut vel ex constructione cuivis liquet. Talis figura est in illo Juven. Sat. XIV. v. 240.

Dilexit Thebas, si Graecia vera, Menoeceus,
In quorum sulcis etc.

Nam *quarum*, quod quaedam editiones habent, natum ex linguae ignorantia. Huius Menoecei quam varie apud Hyginum scribatur nomen, notavi ad eius Scriptoris cap. 66. Sed Menoeceus Gr. *Μενοικεὺς*, recte a me restitutum esse vel ex hoc Juvenalis versiculo discas. *Menoetius* et *Menoecus* aliena sunt. Haec scripseram, cum incidi in Goldasti observat. ad Valerianum de Bono Discipl. pag. 95. ubi alia, et multa quidem, huius figurae tibi qua Graecorum qua Latinorum exhibet exempla. Munck. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. lib. XIV. cap. 15. Verh. Tu lege Hermann. ad Viger. pag. 712. et Valckenar. ad Eurip. Phoen. pag. 406.

Pag. 48, 11. *Αἰακῷ ἐγένοντο παῖδες Τελαμὼν καὶ Πηλεύς*] Ex matre Endeide Chironis filia, ut notavi ad Hygin. cap. 14. Ita sane vult Apollod. lib. III. [cap. 12. §. 6.]. Schol. Pind. ad Nem. Od. V. [v. 21. pag. 715. ed. Heyn.]. Quod autem vir Cl. *Endaidos* in Hygino restituit, in eo fraudem ipsi operae fecisse videntur. Nam quod apud Pind. Ode modo laudata legitur, *Ἐνδαΐδος ἐρίγνωτοι υἱοὶ*, id Doricum est pro *Ἐνδηΐδος*. Munck. Hac de re satis convenit inter Scriptores, nisi quod Pherecydes apud Apollod. lib. III. cap. 11. §. 6. Telamonem non Pelei fratrem, sed amicum facit, et *Κυχρέως*, sic legendum, filium. Sed si Diodoro Sic. lib. IX. cap. 190. fides habetur, is Cychreus fuit Telamonis socer. Aeaci uxorem, e qua Telamon et Peleus, uti aliis recte *Ἐνδηΐδα*, sic a Schol. Lycophr. perperam *Δηΐδα* vocari, observat hic Berkelius, et Munckerus ad Hygin. cap. 52. Verh.

Ibid. *Αἰγίνης τῆς Ἀσωποῦ*] Ab hac regio, cuius incolae *Αἰγινῆται* mox cap. 40. occurrunt, nomen accepit, cum ante Oenone vocaretur. Apollod. d. l. *Αἴγιναν δὲ εἰςκομίσας εἰς τὴν τότε Οἰνώνην νῆσον, νῦν δὲ Αἴγιναν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν.* Erat autem insula e regione agri Epidaurii, in qua ab initio nulli fuisse dicuntur incolae. Pausan. Corinth. lib. II. cap. 29. *Διὸς δὲ ἐς ἔρημον κομίσαντος Αἴγιναν τὴν Ἀσωποῦ, τῇ μὲν τὸ ὄνομα ἐτέθη τούτου ἀντὶ Οἰνώνης*, ubi Aeacus solus in illa insula regnasse fertur, ratione, quam mox reddit Antoninus, addita, unde in ea quoque celebrabantur τὰ *Αἰάκεια*, quorum meminit

Schol. Pind. Olymp. Od. VII. v. 156. VERH. Vid. Muelleri Aeginet. pag. 7. 8.

Pag. 48, 13. *Φῶκος ἐκ Ψαμάθης τῆς Νηρέως*] Hinc *Juvenis Nereïus* dicitur Ovidio lib. VII. Met. v. 685. ubi Psamathen Pausaniae lib. II. cap. 29. Thetidis sororem vocari observat Burmannus. Recte. Vid. Apollod. d. l. §. 5. Altera Psamathe, cuius, eodem monente, meminit Pausan. lib. I. cap. 43. Crotopi Argivorum regis erat filia. Apollodori locus partim castigandus, partim vindicandus: *Μίγνυται δὲ αὖθις Αἰακὸς Ψαμάθῃ τῇ Νηρέως, εἰς * πηγὴν ἠλλαγμένῃ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ἀνελθεῖν,* quod in *συνελθεῖν* mutandum vidit iam Faber, et postea Galeus. Asteriscum cur apposuerint omnes, nullam video caussam, propterea quod locum intactum reliquere, nisi quod Galeus notet: *εἰς πηγὴν quid sit, non constat.* Forte quod in nonnullis Codd. obvia varians lectio eos in suspicionem vocis depravatae adduxerit: nam *εἰς φύλην ἀλλαγμένην*, uti est in Coll. D'Orvill. in notis exhibuit Commelinus, *εἰς φύκην* apud Galeum, Cod. Oxon. Illud nihili est; hoc sensu non destitueretur, si *εἰς φυκὴν* legeretur. Est enim piscis quoddam genus apud Aristotelem, et sic Derceten Nini regis filiam, et Naïda in pisces mutatas refert Ovid. lib. IV. Metam. v. 45. Sed sanus est locus: *εἰς πηγὴν in fontem* fuit mutata, ut sic cum ea congrederetur Aeacus, quocum ante concumbere noluerat. Fluviorum ac fontium vel in eos mutatorum concubitus sexcenties loquuntur poëtae et Mythographi. De Sperchii et Asopi liberis agit hic illic Antoninus, de aliis aliorum ubique Apollodorus. De Salmaci fonte vid. Ovid. lib. IV. Met. v. 285. et XV. 319. Et lib. V. v. 425.

At Cyane, raptamque Deam contemptaque fontis
Iura sui moerens. —

— — — — —

Nam brevis in gelidas membris exilibus undas
Transitus est.

Lib. IX. Met. v. 662.

Sic lacrymis consumpta suis Phoebeïa Byblis
Vertitur in fontem.

VERH.

Pag. 48, 16. *θανάτῳ κρυφαίῳ*] Illam clanculariam necem legere potes in Schol. Pind. pag. 288. Ed. Francof. MUNCK. h. e. *nece clanculum meditata*; nam Schol. ille Pindari Nem. V. v. 22. et Olymp. Od. VIII. v. 39. tradit, Pelea et Telamonem *ἐν γυμνασίοις ἀνελόντα Φῶκον, τὸν μὲν δίσκῳ τύψαντα, τὸν Πηλέα· καὶ τὸν Τελαμῶνα, σιδήρῳ τὰ*

μετάφρενα. Eadem habet Tzetz. ad Lycophr. [v. 175.] Φῶκον ἐν γυμνασίᾳ Πηλεὺς δίσκῳ πλήττει· Τελαμὼν δὲ τὸ μετάφρενον πλήξας ξίφει, ἀνεῖλεν αὐτόν. Diod. autem Sic. rem mitigat d. l. Πηλεὺς δίσκῳ βαλὼν ἀπέκτεινεν ἀκουσίως Φῶκον; at nihil de Telamone, quem tamen etiam profugisse addit, unde ceteris assentiens Apollod. d. l. rectius utrumque Phoco insidias struxisse, sed Telamonem λαχόντα κλήρῳ αὐτὸν συγγυμναζόμενον βαλόντα δίσκῳ κτεῖναι. Alia ex aliis habet Pausanias Corinth. cap. 29. Pelea et Telamonem matri suae obsecutos Phocum ulterius feminae filium (unde Schol. altero Pindari loco τοῦτον ὡς νόθον ἀδελφὸν ἀπέκτειναν) ad Quinquertium invitasse, et pro disco usos fuisse saxo rudi et aspero. VERH.

Pag. 48, 17. ἐξελαθέντες ὑπ' Αἰακοῦ]. Nam poena homicidii apud antiquos erat exilium: vide Eur. Orest. v. 512. MUNCK.

Pag. 48, 19. πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἴρου] Apollod. lib. III. [cap. 12. §. 1. init.] est Ἄκτορος. * Facere cum Antonino Lycophronis Scholiasten, quod annotat Vir Cl. (Berkelius) frustra quaesivi. Pag. 37. Ed. Steph. legas: ὁ δὲ Πηλεὺς κατὰ Φερεκύδην καθαίρεται ὑπ' Εὐρύτου, τοῦ Ἄκτορος, οὗ θυγατέρα Ἀντιγόνην λαμβάνει. Ridiculum est, quod ex eodem descripsit idem, Psamathen fuisse μίαν Ἐριννύων. Legendum enim utique μιᾶς τῶν Νηρηΐδων. Locus exstat pagina modo adducta. Apollonius lib. I. v. 71. Antonino consentit, ubi consulendus Scholiastes, ut et ad v. 224. Schol. Pind. ad Nem. Od. V. [v. 12. pag. 715. edit. Heyn.] * MUNCK. Locum, quem se frustra quaesivisse ait Munckerus, ab ipso tamen inveniri potuisse, si ulterius legisset, recte observat Cl. Burm. in Catal. Argon. V. *Eurytion;* nam extat eadem pagina, uti mox videbimus. Alios, quod de Diodoro Sic. animadvertit Cl. Wesseling. aut errasse, aut diversos scriptores sibi duces habuisse, certum est. Diodorus enim tradit, Peleum petiisse Phthiam quidem, sed ab ipso Actore expiatum eidem liberis destituto in regnum successisse, quod omni historiae fidei adversatur, cum Actoris liberi aliunde et ubique satis noti sint. Quemadmodum Eustathius ad Hom. Il. *B.* v. 684. omnia conturbans Actorem tamen etiam agnoscit, ad quem confugerat Peleus, ubi Lactantius et Ovidius lib. IX. Metam. F. VIII. eum vocant Trachiniae regem, Ceycem Luciferi filium, cum constet Telamona petiisse Salamina, Peleum Phthiam. Regem faciunt alii Eurytionem Actoris filium, Eurytionas plures invenio, plures etiam Eurytos, eosque quamquam diversos, saepe inter se

confundi, mihi persuasissimum est: sed de hoc Eurytione cum Cl. Burmanno dicere non auderem, alium esse, cui proprie Euryti nomen esset. Nam idem nomen est a diversis diverse, quin et ab iisdem varie scriptum; uti enim *Icarus*, *Icarius* et *Icarion*, *Jasus*, *Jasius* et *Jasion*, *Actaeus* et *Actaeon*, *Glaucus* et *Glaucon*, vid. Hemsterh. ad Aristoph. Pl. pag. 207. sic *Eurytus* et *Eurytion*. Apollod. lib. I. cap. 8. §. 2. vocat eum *Εὐρυτίωνα Ἄκτορος ἐκ Φθίας*. Sed lib. III. cap. 12. §. 1. ubi eadem habet, legit Coll. D'Orvill. pro *Εὐρυτίωνα Ἄκτορος*, *Εὔρυτον τὸν Ἄκτορος*, uti et Mss. apud Galeum, qui idcirco Eurytum et Eurytiona quoque unum eumdemque iudicat; nam iterum §. 2. *Εὐρυτίωνα* dedit. Pherecydes apud Tzetz. ad Lycophr. v. 175. *Καθαίρεται ὑπ' Εὐρύτου τοῦ Ἄκτορος*. Eadem legis apud Schol. Aristoph. in Nub. v. 1059. Sed Apollonio Rhod. lib. I. v. 71. eiusque Schol. diserte *Εὐρυτίων* audit. Qui ergo omnibus illis locis vocatur Eurytion vel Eurytus Actoris filius, Antonino dicitur Iri filius. Tota forte confusio orta eo, quod, quamquam Phthium Actorem omnes intelligunt, hunc tamen, si Heinsii animadversio ad Ovid. lib. VIII. Metam. v. 308. quidquam ponderis habeat, confundant cum Actore Eliensi, cui filii fuissent Eurytus et Cteatus, etsi ceterum scriptores, quos modo adduximus, secutus Actori Phthio Menoetium et Eurytiona liberos adiudicat idem Heinsius, ubi Actoris huius filii fuisse videntur Menoetius et Irus, huius quidem filius Eurytion, ut recte Antoninus, illius vero Patroclus. Hygin. cap. 14. *Menoetius Actoris filius ... Eurytion Iri et Demonassae.* Unde Apollon. Rhod. d. l.

Εἵπετο δ' Εὐρυτίων τε καὶ ἀλκήεις Ἐριβώτης,
Υἱεῖς, ὁ μὲν Τελέοντος, ὁ δ' Ἴρου Ἀκτορίδαο.

Schol. *Ἄκτορος δὲ υἱοὶ, Μενοίτιος καὶ Ἶρος. Τούτων δὲ υἱοὶ, Μενοιτίου μὲν Πάτροκλος, Ἴρου δὲ Εὐρυτίων.* Paulo ante dixerat: *Μενοιτίου δὲ τῆς Σθενέλης Πάτροκλος*, emenda ex Apollodoro d. l. §. 8. *Μενοιτίου καὶ Σθενέλης*. Ut, etsi supra ad cap. 17. in Apollodoro tentasse nondum pigeat, pro *Εὐρυτίωνα Ἄκτορος*, *Εὐρυτίωνα Ἴρου τοῦ Ἄκτορος*, quum plures alii idem exhibeant, fateri satius iam ducam, eos e confusione binorum Actorum errasse, nisi avi nomen, patre quippe nobilius, de industria memorarint; nam avum vel e maioribus quemdam, ad quem genus quis ducit, nominari saepe vides. Ipse Acastus, de quo mox, Eustathio ad Dionys. Perieg. monente Staverenio ad Hygin. d. l. vocatur ὁ τοῦ *Αἰόλου παῖς*, cum fuerit Peliae. Pind. Nem. IV. v. 97.

Πελίαο παῖς, Apollon. Rh. lib. I. v. 225. et Schol. et apud alios. VERH.

Pag. 48, 20. *καθαίρεται παρ' αὐτῷ*] Cap. 12. *διεβοήθη παρὰ πολλοῖς*. Cap. 13. *ὀνομάζεται παρὰ ἐγχωρίοις*. Non male tamen heic legas, *παρ' αὐτοῦ*, hoc est, *ὑπ' αὐτοῦ*. Apollod. lib. II. [cap. 4. §. 12.] *καθαίρεται ὑπὸ Θεστίου*. Vid. not. ad cap. 23. Eurip. Schol. ad Hec. v. 201. *παρεβλήθη παρ' ἐμοῦ*. MUNCK.

Pag. 48, 23. *παρὰ Ἄκαστον*] Hic erat Magnesiae Rex. Uxor eius *Κρηθηῒς τοῦ Ἱππολύτου*, ut refert Pind. Scholiast. Apollod. lib. III. [cap. 12. §. 3.] Astydameam appellat. MUNCK. Proprie Iolci, quae erat Magnesiae, sed a Peleo dein Thessaliae adserta. Vid. Pind. Nem. Od. IV. v. 88. cet. Schol. Aristoph. Nub. v. 1059. qui Apollodorum lib. III. cap. 12. §. 2. descripsit, unde cum eo Acasti uxorem Astydamiam vocat, quod facit et Hesych. *Ἀστυδάμεια Ἀκάστου γυνή*. Quod vero de Pindari Scholiaste ait Munckerus, verum est: *Ἱππολύτου θυγάτηρ γέγονε Κρηθηῒς Ἀκάστου γαμετή*, sed ab ipso Pindaro vocatur non Hippolyti filia, sed Hippolyte, v. 92. *Δάμαρτος Ἱππολύτας Ἀκάστου*. Nempe aliis Cretheis, aliis Hippolyte dicta fuit: Schol. Apollon. Rh. v. 224. *Ἄκαστος Πελίου υἱὸς ἔγημεν Κρηθηΐδα, ἢ, ὥς τινες, Ἱππολύτην*. Horat. lib. III. Od. 8. v. 17.

Narrat paene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens.

VERH.

Ibid. *οὐ ὑπὸ τῆς γυναικός*] Deesse heic aliquid docebit te Apollod. lib. III. [cap. 12. sect. 2.] pag. 188. Ed. C mm. Monuit quoque Xylander. Sanatus est locus, si una vocula interserta legas: *οὐ παρὰ γυναικὸς διαβληθεὶς πρὸς Ἀφροδίσιον ἔργον*. *Cuius ab uxore de appetito concubitu insimulatus*. Dicunt enim Graeci, *διαβάλλω σε ἐπὶ τούτῳ, εἰς τοῦτο*, et *πρὸς τοῦτο*. *De ista re te insimulo*. Gemina germana his sunt, quae de Bellerophonte narrat Hygin. Myth. cap. 57. *Qui cum concumbere cum ea noluisset, illa viro suo mentita est, se ab eo compellatam*. In fine istius fabulae non recte habere mihi videntur illa: *At rex virtutes eius laudans, alteram filiam dedit et in matrimonium*. Quam, oro, alteram filiam? Quis dixit non nisi duas habuisse filias Jobatem? Vix dubito, quin scripserit Hyginus, *Anticliam filiam*. Schol. Pind. ad Olymp. Od. XIII. [v. 82. pag. 457. ed. Heyn.] *Καὶ τὸν προσδοκώμενον αὐτῷ ἔσεσθαι φονέα τὸν βασιλέα τῶν Λυκίων τὸν πενθερὸν Προίτου, καὶ αὐτὸς πενθερὸν ἔσχε, γαμήσας τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἀντι-*

κλειαν. Apollodorus *Φιλονόην* eam appellat lib. II. [cap. 3. §. 2.] pag. 71. Munck. Illud *διαβληθεὶς*, quod hic insertum vult Munckerus, ipso, quem saepius adduximus, Schol. Pind. Nem. IV. v. 89. loco vindicare potuerat: *Καὶ μὴ πείσασα συνελθεῖν αὐτὸν, φθάσασα τῷ Ἀκάστῳ ὡς ἄσεμνον, ἢ βίαιον διέβαλεν.* In seqq. idem Scholiastes versum

Ἡ δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή,

ex Hesiodo citat, qui est Homeri Iliad. *B.* v. 5. *Ἥδε δέ οἱ* cet. Verh.

Pag. 48, 25. *ἐντυγχάνει Χείρωνι*] Hic enim in monte Pelio degebat. Pind. Olymp. Od. [Pyth. Od. III. v. 1 sqq.]. Munck.

Pag. 48, 28. *κατὰ ποινὴν τοῦ φόνου*] *Ut pro caede satisfaceret.* Illud *κατὰ* poterat abesse. Apollod. lib. II. [cap. 5. §. 9.] pag. 99. *ἃς ὁ Ζεὺς ποινὴν Γανυμήδους ἁρπαγῆς ἔδωκεν.* [eiusd. lib. cap. 6. §. 2.] pag. 109. *Δόντι ποινὴν φόνου τὴν τιμὴν Εὐρύτῳ.* *Poenam* et Latini lytrum vocant, Priap. cap. 67.

— *Hac poena culpa luenda tua est.*

Ad quem versiculum *λύτρα* ab Ennio *lustra* verti docet Scaliger. Schol. Hom. Iliad. *Α.* v. 13. *Ἄποινα*) *δῶρα, λύτρα, ἄφοινά τινα ὄντα, τὰ ἕνεκεν φόνου διδόμενα.* Dicebantur et *ὑποφόνια.* Thomas Magister in voce *ΛΥΤΡΑ.* *Ὑποφόνια, ἅπερ διδόασιν οἱ φονεῖς εἰς λύσιν τοῦ ἐγκλήματος.* *Λυτήρια φόνου* appellat Soph. Elect. v. 448. *Ἀντίποινα* v. 594. Hesychium in voce *ἄποινον* non semel corruptum, non perdiderim operam, si in transitu emaculavero. *ἌΠΟΙΝΟΝ, ἀτιμώτατον, ἢ λύτρον.* Scribe, *ἀτιμώρητον.* *ἌΠΟΙΝΑ, λύτρα καὶ δῶρα. Ἔστι δὲ καὶ ἀντί τινος κτίσματα.* Non fore quenquam arbitror, quin iuxta mecum *ἐκτίσματα* scribendum censeat. Hinc *ἀποινᾶν χρήματα πράττεσθαι,* *multam exigere.* *Τὰ γὰρ ἄποινα χρήματα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί.* Vide Demosth. Orat. adversus Aristocr. Munck.

Pag. 49, 4. *λύκος οὗτος κατὰ δαίμονα*] Thetidi hoc adscribit Ovid. lib. XI. Metam. v. 400. cet. Schol. Lycophr. d. l. *Ψαμάθη λύκον μέγαν ἐποίησε διαφθείρειν τοὺς βόας Πηλέως, ὃν πάλιν αὐτὴ ἀπελίθωσε, Θέτιδος παρακλήσει· οἱ δέ φασιν, ὅτι ἡ Θέτις τοῦτον ἀπελίθωσε τρώγοντα τὰς βοῦς* cet. Verh.

Pag. 49, 7. *Ἀρκεοφῶν ὁ Μιννυρίδου πόλεως μὲν ἦν Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ*] Additum hoc, ut distingueretur ab altera Salamine in Attica, quae fuit prior: nam Teucer ob iniuriam fratris non vindicatam a

patre Salamine eiectus in Cyprum confugit, ibique urbem condidit patriae suae cognominem: vid. hoc monstrantem Meurs. in Cypr. pag. 57. Haec fabula, quod idem Meursius etiam observat, pag. 122. ab Ovidio narratur lib. XIV. Met. a v. 698. ubi qui Antonino dicitur Arceophon, et regis filia Arsinoë, vocantur Iphis et Anaxarete, cum tamen inter Cypri urbes etiam recensetur Arsinoë, verisimiliter nomen ab hac regis filia sortita. VERH.

Pag. 49, 11. *Νικοκρέοντος τοῦ Σαλαμινίων βασιλέως, — γένος δ' ἦν τοῦ Νικοκρέοντος ἀπὸ Τεύκρου* cet.] Berkelius Antoninum castigare volens e Diodoro Siculo lib. XIX. 715. reponit, non duntaxat Salaminiorum, verum totius Cypri ducem a Ptolemaeo fuisse constitutum. Sed hinc Antonini fides non imminuitur: nam genus ducebat a Teucro, qui Salamina condidit, illudque regnum obtinuit, donec Ptolemaeus in Cyprum adversus reges imperium detrectantes ex Aegypto cum exercitu trajecerit, eosque eiecerit: *ταῦτα*, pergit Diodorus, *διαπραξάμενος, τῆς μὲν Κύπρου κατέστησε στρατηγὸν Νικοκρέοντα, παραδοὺς τάς τε πόλεις καὶ τὰς προσόδους τῶν ἐκπεπτωκότων βασιλέων.* Ceterum saevissimum fuisse, unde Cypri tyrannus vocabatur, ex Diogene Laërtio, Cicerone, Plutarcho aliisque ostendit Meursius d. l. quem Berkelius hic describit. VERH.

Pag. 49, 17. *ἀποίσειν ἔδνα*] Ad Pind. Pyth. III. v. 163. ubi vox *ἔδνα* occurrit pro donis, quae Dii Peleo Thetin et Cadmo Harmoniam ducentibus in nuptiis dederant, notat Er. Schmidius, *τὰ ἔδνα* proprie esse munera, quae sponsus accipit a sponsae parentibus vel amicis, sicut *φερναί*, quae sponsae a sponso donantur. *Ἕδνα* nonnumquam dotes esse, quae una cum sponsa sponso accedunt, vel ante nuptias dantur, non facile negaverim: Eurip. Androm. v. 873.

Ἀλλ' ἀνδρὸς ἐσθλοῦ παῖδα σὺν πολλοῖς λαβὼν
Ἕδνοισι.

et Helen. v. 939. *Ἑδνάσομαί τε θυγατέρ'.* Unde Homer. Iliad. N. v. 366. *Ἤιτεε … Κασσάνδρην ἀνάεδνον.* ubi Schol. *ἄνευ τῶν πρὸ γάμου διδομένων δώρων.* Non autem proprie. Idem Schol. ad Iliad. *I.* v. 146. *Ἕδνα δέ εἰσι τὰ πρὸ τῶν γάμων ὑπὸ τοῦ νυμφίου διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ.* Aelian. V. H. lib. XIII. cap. 1. *Μνηστῆρες … τὰ ἔδνα τῶν γάμων προεκτελοῦντες.* Apollon. Soph. Lex. Hom. *Ἕδνα· τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μεμνηστευμέναις διδόμενα δῶρα.* Pollux lib. III. sect. 36. *Καὶ φερνὴν, τὴν παρὰ τῆς γυναικὸς δόσιν· Αἰσχίνης γὰρ ὁ Ῥήτωρ τὴν προῖκα φερνὴν καλεῖ, τὰ δὲ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενα δῶρα, ἔδνα* cet. Vid. Potter.

ad Lycophr. v. 549. ubi ostendit, posterioribus demum temporibus a sponsa sponso talia donari incepisse. Verh.

Pag. 49, 19. ὅτι αὐτῷ πατέρες ἦσαν Φοίνικες] Male enim ob lucri studium audiebant Phoenices. Hinc contemtim κάπηλοι dicti. Pind. Pyth. Od. II. [v. 125.] *Κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολάν.* Schol. τουτέστιν ἐπὶ κέρδει καὶ πράσει· οἱ γὰρ Φοίνικες παλιγκάπηλοι. etc. Quia autem hoc genus hominum mendaciis plerunque et fraudibus suas transigebat mercaturas, hinc Poenus dici coepit callidus et astutus. Plaut. Poen. V. 2. v. 31. *Poeno nullus es punior.* Et in Prolog. v. 113. *Poenus plane est*, hoc est, ex dolis consutus paenissime. Refer eodem illa tritissima: *Punica fides, perfidia plus quam Punica*, et similia. Videndus Diogenianus et alii Graeci Paroemiographi in Φοινίκων διαθῆκαι, et Σῦρος πρὸς Φοίνικας. Munck. Vereor, ut mentem ceperit Antonini Vir cl. De fraudibus ac dolis nihil attinet cogitare, sed ad generis ignobilitatem respexit auctor, unde initio dixit, γονέων δ' οὐκ ἐπιφανῶν: nam etiamsi divitiis affluerent, ἦσαν ἐκ Φοινίκης, h. e. qui mercaturam tantum exercebant, vel exercuerant. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. lib. IV. cap. 20. et hinc ille contemtus a rege, ut videbimus, fastu tumidissimo, quod quis obscuris parentibus natus, qui Ovidio describitur *humili de stirpe creatus*, tanti regis filiam ambire sustineret. Neque unquam Plauti loca eo, quo Munckerus, sensu intellexi: *Poenus plane est* et *nullus me est hodie Poenus Punior* ita capio, ac si dixisset: *Poenum ita assimulat, sic Punice loquitur, prorsus ac si e Phoenicia oriundus esset*, et *Nemo me hodie Punicae linguae peritior est.* Liquet e praecedd. *Vin' appellem hunc Punice?* rogat Agorastocles, *an scis?* et *Saluta hunc rursus Punice verbis meis.* Ubi hic adolescens hominem peregrinum per futilem servum illudi minime sivisset, si alio sensu cepisset. Verh. De Phoenicibus lucri studiosis vid. Victor. Varr. Lectt. XII. 4. Boissonad. ad Philostr. Her. pag. 286.

Pag. 49, 23. μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν] Negligenter in editt. Ἡλικιωτῶν.

Pag. 49, 24. πείθει τροφὸν ἑαυτοῦ] *Αὐτῆς* cum Cl. Valckenario legendum. Confirmat Ovid. d. l. v. 703.

Et modo nutrici miserum confessus amorem,
Ne sibi dura foret, per spes oravit alumnae.

Verh. Consentit Bastius. Equidem vulgatam non sollicitem, quoniam Antoninus et alibi recessit a vulgari narratione.

Pag. 49, 25. ἐπειράθη] An ἐπειράσθη? Dubito. Paulus Epist. ad Hebr. cap. 4. Edit. Steph. πεπειραμένον κατὰ πάντα. Munck. Conf. cl. Albert. ad Epist. illam Pauli cap. XI. v. 37. Achill. Tat. lib. II. [cap. 27.] pag. 125. Ἀποπειρασθῆναι τῆς κόρης, quem locum debeo Piersono nostro, qui de hoc verbo consulendus ad Moer. Att. pag. 310. ubi pro εἴπως αὐτῷ, quod hic sequitur, etiam recte αὐτῇ videtur emendare. Verh. Πειρᾶν γυναῖκα, παῖδα aeque bene dicitur ac πειράζειν, ut erret Valesius ad Euseb. Hist. Eccl. lib. VIII. cap. 2. pag. 378. Exempla dederunt Abreschius Lectt. Aristaen. pag. 18 et 44. Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. pag. 176. ed. meae. Jacobs. ad Achill. Tat. pag. 571. Infra cap. 41. ἐπειρᾶτο τῆς Πρόκριδος, εἰ συμμένειν ἀδιάφθορος αὐτῷ ἐθελήσαι. Paullo post cum Piersono αὐτῷ non mutaverim in αὐτῇ, quoniam verbum μίγνυσθαι ad utrumque sexum pertinet. Vid. Bos. ad Thom. Mag. pag. 616. Schol. Apollon. Rhod. ad lib. I. v. 932. Theocriti ad Id. XV. v. 64. Schol. Pindari ad Pyth. Od. IX. v. 148. pag. 633. ed. Heyn. τῷ Ἀμφιτρύωνι καὶ τῷ Διῒ μιγεῖσα ἡ Ἀλκμήνη.

Pag. 49, 26. κρύφα ... τῶν γονέων] Perite Xylander: *nutrici suae persuasisse perque eam puellam multis donis missis ad parentibus ignoratum concubitum sollicitasse.* Adverbio κρύφα adiunctus est genitivus, ut similibus λάθρα et λαθραίως.

Pag. 50, 1. καὶ λωβησάμενοι ἀνοίκτρως] Ex analogiae regula accentum sic mutavi. Scribebatur ἀνοικτρῶς.

Pag. 50, 2. ἐξήλασαν ἐκ τῶν οἰκίων] Cod. Paris. et ed. Xyl. οἰκιῶν.

Pag. 50, 4. ὑποψίαν] Suspicor scriptum fuisse ὑπεροψίαν. Cap. 12. ὁ δὲ κύκνος καθ' ὑπεροψίαν προσίετο αὐτῶν οὐδένα. Pind. Schol. ad Pyth. Od. III. [v. 25. pag. 526. ed. Heyn.] διὰ τί προετίμησεν Ἴσχυν τοῦ Ἀπόλλωνος; Ἀγησίλαός φησιν, ὡς κατὰ δέος ὑπεροψίας θνητῷ βουληθεῖσα συνεῖναι. Contrarium vitium est in Eurip. Schol. ad Orest. v. 784. φεύγοι τὸ δειλὸν ἀντὶ τοῦ τὴν ὑπεροψίαν τῆς δειλίας. Scrib. ὑποψίαν. Munck. Graviorem corruptelam hic latere suspicatur Jacobsius Additam. Animadvv. in Athen. pag. 81. qui quum in Codd. litera ψ scribi soleat †, ut modo *T* modo *X* literis sit simillima, Antoninum scripsisse censet καὶ ἀποτυχίαν τὴν πρὸς τὸν γάμον. Xylander: *Arceophontem vero prae nimio dolore desperatis nuptiarum rebus inedia vitam abrupisse.* Scilicet ὑπεροψία est superbia et fastidium, quo aliquis ceteros omnes prae se despica-

tur ac contemnit, contra ὑποψία suspicio, diffidentia. Vid. Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. pag. 255. ed. Lips. Et profecto nescio an aptius quid dici possit, quam hoc Arceophontem felicibus nuptiarum successibus diffidentem (καθ' ὑποψίαν) voluntariam oppetiisse mortem.

Pag. 50, 5. ἀποθνήσκει κατὰ τροφῆς ἔνδειαν] Lactant. ait, *noctu clam ante fores puellae suspendio se liberavit.* Ovid. v. 776.

Ad postes, ornatos saepe coronis,
Humentes oculos et pallida brachia tendens,
Cum foribus laquei religaret vincula summi;
— — — — — —
Atque onus infelix elisa fauce pependit.

et cetera uterque non multum a Nostro discrepantia persequitur. Verh.

Pag. 50, 9. κηδεύσειν] Funebre hoc vocabulum. Gloss. vet. *Funus*, ἐκκομιδὴ, κηδεία. *Funerat*, κηδεύει. Eadem invenias in Cyrilli Glossariis. Munck.

Pag. 50, 12. μισήσασα δὲ τὸ ἦθος] Durum sane illud erat et inhumanum. Mitior Medea apud Ovidium lib. VII. v. 34.

Cur non et specto pereuntem, oculosque videndo
Conscelero?

Hinc Junoni crudelitatem exprobrans Hercul. Oet. lib. IX. v. 176.

Cladibus, exclamat, Saturnia, pascere nostris:
Pascere: et hanc pestem specta crudelis ab alto.

Verh.

Ibid. Ἀφροδίτη] Idem tradunt iidem: nam etsi Ovidio v. 750. Deus ultor dicitur (uti supra observavimus, Deos etiam dici Deas), e seqq. liquet, et ex Antonino, et Lactantio: *a Venere saxo durata est.* Verh.

Pag. 50, 15. Κασσιεπείας τῆς Ἀραβίου καὶ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος ἐγένετο Κάρμη] Haec ex incerto auctore, quamquam et alii, qui huius historiae meminerunt, diversa tradunt. Ogygii Phoenicis filia Carme Poët. Ciri v. 220. Pausan. Corinth. cap. 30. *Φασὶ δὲ οἱ Κρῆτες Καρμάνορος ... παῖδα Εὔβολον εἶναι. Διὸς δε καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου Βριτόμαρτιν γενέσθαι.* Hos citavit Cl. Wesseling. ad Diod. Sic. lib. V. 236. *Βριτόμαρτιν ... μυθολογοῦσι γενέσθαι μὲν ἐν Καινοῖ τῆς Κρήτης ἐκ Διὸς καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου* cet. ubi Vir Cl. notat: de *Καινοῖ, Cretae urbe, eiusque situ nihil explorati habeo.* Sed Viro Cl. non suboluit locum in mendo cubare, quem facile resti-

tuas; *Βριτόμαρτιν* . . . *μυθολογοῦσι γενέσθαι μὲν ἐν Κευθμῶνι τῆς Κρήτης* cet. Furtivos foetus in abditis locis editos vel absconditos passim loquuntur Mythographi, neque obstat vox poëtis magis, quam Historicis usitata, quandoquidem Diodorum hic veterem quemdam e poëtis descripsisse verosimile est, quemadmodum Antoninus supra cap. 36. *Ἡνίκα Ῥέα φοβουμένη Κρόνον κατέκρυψεν ἐν τῷ Κευθμῶνι τῆς Κρήτης τὸν Δία.* Supra etiam cap. 14. utitur hac voce. Verh.

Pag. 50, 17. *Βριτόμαρτιν*] Pausaniae et Diodoro Jovis et Carmes F. De ea vide illum, Hesychium, Virgilium in Ciri, Callimachum aliosque. Gale. Hesych. *Βριτόμαρτις, ἡ ἐν Κρήτῃ Ἄρτεμις.* Schol. Callim. ad Hymn. Dian. v. 190. *ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ Βριτόμαρτις τιμᾶται, ὡς ὁ Διογενιανός.* Corrupte *Βριτεμάρτις* dicitur Apostolio Cent. VII. 7. *φασὶ δὲ καὶ ὅτι νύμφη τις Βριτεμάρτις καλουμένη, θηρῶσά ποτε δικτύοις τισὶ κατὰ τύχην ἐνέπεσε, καὶ ὑπὸ Ἀρτέμιδος ῥυσθεῖσα, Δικτύννης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο.* Munck. De hac videndi, quos d. l. laudat Wesselingius, Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 190. Salmas. ad Solin. pag. 121. et Casaub. ad Strabon. lib. X. pag. 733. quibus addi meretur Meursius, qui in Creta pag. 201. totum de ea caput conscripsit, et Hesychii, qui etiam vid. v. *Βριτόμαρτις* et *Βριτύ*, locum bene restituit. In etymo nominis nugarum non immunis videtur Etymologici M. auctor. Verh. Add. Creuzer. Symb. et Myth. Tom. III. pag. 355 sqq. ed. sec. Hoeckii Creta T. II. pag. 162. 163 sqq. 167 sqq.

Pag. 50, 18. *ἀεὶ παρθένος εἶναι*] Hoc est, *virgo perpetua*, ut Minerva. Eumenius Rhetor pro Scholis instaur. cap. 10. *Ubi ex propinquo audit mens divina sapientiam, et carminum deus vocem, et verecundiam virgo perpetua, et providentiam praescius futurorum. Innuba Pallas* est Auson. Epigram. 104. Gloss. Steph. *Innupta, ἄγαμος.* Ut sunt argutuli Graeci, istam *ἄγαμον* perquam festive *ἀταύρωτον* alias dicere amabant; nempe *ταῦρος*, sicut et *μόσχος*, dicitur *αἰδοῖον*. Quo nequiter allusit nequissima illa Petroniana Quartilla: *Posse taurum tollere, quae vitulum sustulerit.* Sequitur in iisdem Glossis: *Innuptus, ἄγαμος.* Et alibi: *nubit, γαμεῖ, γαμεῖται.* Nubere ergo et de viro recte dici censet ille Glossographus. Nam *γαμεῖν* virorum est. Sic in veteri Epigr. lib. IV. Catal. *Nuptus* pro coniugio.

Hae sunt ambigenae, quae nuptu dispare constant.

Perperam omnino, tametsi uterum etiam viris det liberalis

Isidorus. Non ignoro tamen, quod apud Gell. lib. III. cap. 3. Plautinus dicit Parasitus:

Nam me puero uterus hic erat solarium.

Nec illud Virgilianum Aen. lib. II. v. 20.

— *Uterumque armato milite complent.*

Sed uterus ille in Plauto est a Lipsio; et Virgilio illa fuit ratio, quam notavit Servius, quia mox dicturus erat, *foeta armis.* Non nubit apud locupletes linguae Lat. auctores, nisi qui morbosus est, hoc est παθικὸς, ut hoc vocabulum in Glossis exponitur, aut Lucumo aliquis, sive uxorius, imperio Tanaquilis suae subiectus, ut ille, de quo Pomponius Pannuceatis:

— — *Sed meus*

Frater maior postquam vidit me vi deiectum domo,

Nupsit posterius dotatae, vetulae, varicosae, Afrae.

Atque ita omnia illa accipienda sunt loca, quaecunque cum a Nonio cap. 2. tum a Farnabio ad lib. I. Met. Ovid. v. 700. adducuntur. Nubat ergo per me licet bonis avibus ille non humillimi spiritus poëta, qui semet ipse nubilem appellitat vatem. Adde Celeberrimi Graevii notas ad Luciani Soloecist. pag. 120. Haec ἐν παρόδῳ. Nunc ad rem redeamus. Ἀθήνη quasi ἀθάνατος παρθένος Fulgentio lib. II. Myth. dicta censetur. Illam semper virginitatem videtur mihi etiam Minervae tribuere voluisse Catullus Carm. I. [v. 9.]

— *Quod o patrona virgo*

Plus uno maneat perenne saeclo.

Scaliger emendat, *patrima.* Pontanus, *paterna.* Meleager, *peranna.* et Deam temporis praesidem invocari autumat. Rectius cum aliis Palladis ambire gratiam poëtam dixeris. Si quid mutandum sit, legerim: *perenna virgo*, h. e. perpetua. Notum enim, *perennus* pro *perennis* dictitasse veteres. Ov. lib. III. Fast. v. 654.

Amne perenne latens Anna Perenna vocor.

Ita *sublimus*, *improlus*, et alia complura ἀρχαΐζοντα passim invenias. Sed quae ista corrigendi libido? Quod in textu est, satis commodum habere sensum videtur. *Patronam* puta a Catullo appellari Minervam, quod opifices omnes et docti sub eius olim erant patrocinio. Ovid. lib. III. Fast. v. 815.

Pallada nunc pueri teneraeque ornate puellae,

Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

v. 833.

Mille dea est operum: certe dea carminis illa est.

Si mereor, studiis adsit amica meis.

Quod ait, *mille dea est operum*, eo exprimere, ut opinor,

voluit illud Graecorum ἐργοπόνος, quod Minervae attribuunt poëtae. MUNCK.

Pag. 50, 23. *Κεφαλλῆνες Λαφρίαν*] Haeccine igitur Dea, cuius peregrinum cognomen et ipsum simulacrum aliunde ad Patrenses, apud quos Laphriae Dianae fanum erat, deportatum tradit Pausanias in Achaic. cap. 18.? Dianam Laphriae cognomine Calydoniis cultam, et ab his Messenios, a quibus dein Patrenses, hunc cultum mutuatos fuisse, refert in Messen. cap. 31. VERH.

Pag. 50, 24. *ἱρὸν ἤγαγον ὡς θεῷ*] Ἱρὸν poëticum et Ionicum. Hom. Iliad. *K.* v. 571.

Ὄφρ' ἱρὸν ἑτοιμασσαίατ' Ἀθήνῃ.

Scribe heic apud nostrum ἱερόν. Invenies mox ἱερὰ προςήνεγκαν. Et sub finem: ἱερὰ ἐπετέλεσαν ὡς θεῷ. Xyland. *tanquam Deo sacrificarunt.* Mallem, *tanquam Deae*, vel *numinis instar.* Verum quidem, Graecissantes poëtas Deum pro Dea non semel posuisse. Sed κακόζηλον puto in prosa id velle imitari. Itaque et illud cap. 39. καὶ πρὸς τὸ ἔργον ἐνεμέσησεν ἡ θεός, verterim, *Deae id facinus displicuisse*, non *Deo*, ut Xyland. Quid si heic rescribas? ἱερὸν ἤγειραν, *templum aedificarunt.* Flor. lib. I. cap. 1. *urbem excitat.* Sic δώματα ἀνεγείρειν apud Graec. Quamvis licet nulla nos cogat corrigendi necessitas, si quis tamen ita malit, non ero qui admodum repugnem. MUNCK. Xylander dedit ἶρον, unde suspicari quis posset, latere quiddam in affecta lectione, quod sagacius ingenium desiderat. Ἱρὸν an cum Munckero in ἱερὸν mutandum sit, ad calcem operis, ubi de Dialectis in Antonino obviis agemus, discutietur. Ἱρὸν s. ἱερὸν ἤγαγον ὡς θεῷ offendit Cl. Ruhnkenium, qui malit: Ἱεροῖς ἤγαλλον ὡς θεόν. Ἀγάλλειν traducta notione significat, *deos honoribus ac venerando laetificare*, uti inter alia docuit ὁ πάνυ Hemsterhusius ad Thom. Magistr. Vid. et ipsum Ruhnken. ad Tim. Lex. pag. 3. et Villoisonum ad Apollon. Sophist. pag. 31. quae significatio huic coniecturae admodum favet. Ipse nescio quid, quod obstaret, deprehendisse visus conieceram: Αὐτὴν ἤγαγον ὡς θεόν. Arrian. de Exp. Alex. M. lib. II. cap. 16. §. 4. Τῶν δώδεκα θεῶν Ἡρακλέα ἄγουσιν. Sed re expensa, nihil mutandum censeo, tum quod idem videatur, observante iam Munckero, ac seqq. καὶ ἱερά, ut ubique repetitionibus gaudet, προςήνεγκαν, et ἱερὰ ἐπετέλεσαν ὡς θεῷ, quemadmodum, quod non raro fit, ut duae voces in unam coaluerint, in Codice Ms. pro ε ἱερὰ ἀνήγαγον, quod praeferrem, facile legi potuit ἱρανήγαγον,

tum quod locutio non adeo sit insolens, aut absurda, quin alibi, certe non multum dissimilis occurrat. Sic *ἄγειν σφάγιον* Eurip. Iphig. in Aul. v. 135. Pausan. d. l. et Messen. cap. 18. *Ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν* cet. *Ἄγουσι δὲ καὶ Λαφρίᾳ ἑορτὴν τῇ Ἀρτέμιδι οἱ Πατρεῖς*. Epigr. quod extat apud Diogen. Laërt. Vit. Pythag. lib. VIII. cap. 12.

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρατο γράμμα,
Κεῖν' ἐφ' ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην.

Verh. Cod. Paris. ἴρον (sic). Phrasin *ἄγειν ἱερόν τινι* explicat Bastius Ep. crit. pag. 164. ed. pr. *offrir à quelq' un un sacrifice*, similia committens cap. 20. pag. 28, 27. *θυσίαν ἀγομένην*. cap. 29. pag. 39, 26. *ἱερὰ προςενεγκεῖν*. cap. 6. pag. 11, 25. *ἱερὰ ποιεῖν*. cap. 15. pag. 24, 17. *ἱερὰ διδόναι*. Conon. cap. 19. *θυσίαν ἄγουσι καὶ ἑορτήν*. *θυσίαν ἀνάγειν* frequentavit Herodotus. Vid. Raphel. Adnott. Philoll. in N. T. Vol. II. pag. 47 sq.

Pag. 50, 27. *ὠνόμασαν ἐκ τούτου Δίκτυνναν*] Aliam Etymologiam affert Phornutus cap. 38. *Diota fuit propter venandi studium Dictynna*. Plutarch. Symp. lib. III. cap. ult. *A retibus venatoriis, quae Graece δίκτυα appellantur*. Lutatius Placid. ad Stat. Thebaid. lib. IX. v. 632. Caeterum ut Britomartin Cretenses Dianam, ita et *Dictynnam* vocitarunt. Palaephat. cap. 32. Munck. Vid. quos Meursius d. l. citat, quamquam quae hic habet Antoninus, verosimiliora sunt. Verh.

Pag. 50, 28. *Κρῆτες Δίκτυνναν*] Pausanias in Corinthiacis fusius hanc fabulam persequitur, et inter alia ibi haec leguntur [lib. II. cap. 30, 3.]: *Σέβουσι δὲ οὐ Κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται λέγοντες φαίνεσθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν Βριτόμαρτιν. ἐπίκλησις δὲ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ*. Berkel.

Pag. 51, 1. *ἐνεχειρίσεν*] Sic omnes, quamquam quis non videt legendum esse *ἐνεχείρησεν*? Supra cap. 11. *ἐνεχείρησαν ἀποκτεῖναι*. cap. 30. *ἐνεχείρει βιάζεσθαι*. Verh.

Pag. 51, 5. *Ἀφαιαν*] Hesychius mutato accentu, *Ἀφαία, ἡ Δίκτυννα καὶ Ἄρτεμις*. Et Pausanias [Corinth. s. lib. II. cap. 30, 3.]: *ἐπίκλησις δὲ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ*. pag. 141. Edit. Wechel. Eam Scalig. Comm. ad Cirin Virg. ita dictam vult *παρὰ τὸ ἀφεθῆναι*. Mihi magis arridet Antonini nostri veriloquium. Munck. Locum Hesychii sic constituit Meurs. d. l. *Ἀφαία καὶ Δίκτυννα, ἡ Ἄρτεμις*. Vid. Viri D. ad Hesych. Verh. Cod. Paris. *αφαιαν* (sic), in capitum tabula recte *Ἄφαιαν*. Rem illustravit Mueller. Aeginet. pag. 163 sqq.

Ibid. *καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν Ἄφαιαν . . . καὶ ὠνόμασαν Ἀφάην*] Posterior periodus e praeced. repetita videri posset, nisi frequens Antonino esset eiusmodi repetitio, ut mox liquebit, unde etiam illud *Ἀφάην* in *Ἄφαιαν* vel *Ἀφαίαν* mutare liceret. Supra cap. 8. *Ἐκ δὲ τῆς πέτρας*, ad quod *Σύβαρις* allisa fuerat, *ἐκείνης ἀνεφάνη πηγὴ, καὶ αὐτὴν . . . καλοῦσι Σύβαριν.* Cap. 13. *Μελιτεὺς . . . ὑπὸ τῶν ξένων Τάρταρος ἐκαλεῖτο . . . τὸ σῶμα τοῦ τυράννου κατεπόντωσαν, εἰς ποταμὸν ἐμβαλόντες, ὃν* (*ποταμὸν*) *ἔτι νῦν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου Τάρταρον καλοῦσι.* Cap. eodem: *Σῶμα τῆς Ἀσπαλίδος* cet. *ἀντὶ δὲ τοῦ σώματος ἐφάνη ξόανον· ὀνομάζεται δὲ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις τοῦτο τὸ ξόανον Ἀσπαλὶς*, vel, quod malim, *Ἀφαίας*. Prius de ipsa Britomarte egit, quam *Ἄφαιαν* vel *Ἀφαίαν* fuisse nominatam nulla est controversia; at nunc de loci in Dianae fano, ubi *ἀφανὴς ἐγένετο*, consecratione sermo est, *καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν Ἄφαιαν. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν* (deleto *δὲ*) *τόπον, ἐν ᾧ ἀφανὴς ἐγένετο Βριτόμαρτις, ἀφιέρωσαν Αἰγινῆται, καὶ ὠνόμασαν*, supple *τόπον* vel *ἱερὸν*, *Ἀφαίας*. Sic cap. 23. ubi antea dixerat: *Ἐπορεύετο παρὰ . . . τὰς λεγομένας Βάττου σκοπιὰς*, tandem: *καὶ ὁ τόπος λέγεται ἄχρι νῦν σκοπιὰ Βάττου.* Cap. 30. *Ὠνόμασαν Ἀμαδρυάδα νύμφην Βιβλίδα . . . καλεῖται δὲ τὸ ῥέον ἐκ τῆς πέτρας δάκρυον Βιβλίδος*, et cap. 31. *ὁ δὲ τόπος ὀνομάζεται Νυμφῶν τε καὶ παίδων*; supple *τόπος*. Pausan. itidem duo illa descripsit, et posteriorem emendationem confirmabit, Corinth. cap. 19. [cap. 30, 3.] *Ἐπίκλησις δὲ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ*, et de loco, paulo ante: *Ἐν Αἰγίνῃ δὲ πρὸς τὸ ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰοῦσιν, ἔστιν Ἀφαίας ἱερόν.* VERH.

Pag. 51, 6. *τόντε τόπον*] Videtur scribendum *τόνδε* vel illud *δὲ* expellendum, quanquam et alibi redundare observavi ad cap. 11. MUNCK.

Pag. 51, 8. *Ἀφάην*] Ita contra insulam, quae subito illis apparuerat, *Ἀνάφην* appellarunt Argonautae, Apollod. lib. I. [cap. 9. §. 26.]. MUNCK.

Ἀλώπηξ] Vide quae ad Apollodorum. GALE. Haec unde hauserit Antoninus, certo definiri nequit. Fontem tamen Nicandrum esse in Metamorphosibus, e Photio lib. V. pag. 495. haud improbabili ratione colligit Bastius.

Pag. 51, 9. *Κέφαλος ὁ Δηΐονος*] Meurs. de Regn. Athen. pag. 136. hunc Antonini locum adducens legit *Κέφ. ὁ Δηϊονέως*, forte quod recens erat ab lecto Apollodoro, qui sic habet lib. II. cap. 13. §. 3. nullo variante Cod. ubi lib. I.

cap. 9. 4. *Δηΐων* et in Mss. lib. III. cap. 14. et apud alios Meursio supra, et Viris D. ad Ovid. lib. VI. Metam. v. 681. et aliis in locis, cit. Utroque modo occurrit apud Pausaniam et Hyginum. Perinde quoque est, utrum legas. Eustath. ad Hom. Odyss. *Λ*. v. 292. *Δηϊονέως, ὃν καὶ Δηΐονα καλοῦσι τινές.* unde Muncker. apud Lactant. lib. VII. 27. pro *Cephalus de donis* recte restituit *Deionis*. Hic erat Phocidis rex, cui, praeter alios, e Diomede Xuthi filia natus fuit Cephalus, diversus itaque a Cephalo Ἕρσης καὶ Ἑρμοῦ filio, quamquam ipse Apollodorus confundere videtur, qui hunc Hersae et Mercurii filium ab Aurora amatum et raptum tradat, lib. III. cap. 13. §. 3. quemadmodum Hyginus, qui, ubi ter eum vocaverit Deionis filium, cap. 160. *Cephalus Mercurii ex Creusa Erechthei filia*, et cap. 241. *Cephalus Deionis, sive Mercurii filius*, scribat, licet hoc a Librario pro glossemate appositum in textum irrepsisse videatur. Ex eodem fonte ortum coniicio, quod *Cyllenia proles* dicatur Ovidio lib. III. Amor. v. 725. a Mercurio, non ab Oto Cyllenio, Epeorum duce, ut nonnullis Interpretibus visum, unde ea lectio non sollicitanda, certe cum Scaligero et Leopardo in *Hellenia*, quia Hellenis pronepos esset Cephalus, non mutanda. VERH. Vid. Bachet. de Meziriac. Comment. in Epist. Ovid. T. I. pag. 351. 353. 354. Creuzer. Symb. et Myth. T. II. pag. 754 sq. ed. sec.

Pag. 51, 10. τὴν Ἐρεχθέως] Servio ad Aen. lib. VI. v. 445. est Iphidi, Hygino cap. 189. Pandionis, capite autem 253. Erechthei.

Quo teneas vultus mutantem Protea nodo?

Optimum est Erechthei, quod et a pluribus confirmatur. MUNCK. Verum est, id a pluribus confirmari, sed tamen in controversia versatur. Eo enim, quod Minoi coaetaneam faciat non solum Antoninus, verum etiam Homerus, illius aetatem demum incidisse in Pandionis secundi, Erechthei nepotis, tempora, non sine veritatis specie contendit Meursius d. l. pag. 138. propterea quod Palaephatus [cap. 2, 4. ubi cfr. Fischer. pag. 25.], apud quem *Πρόκριδος* pro vitiosa voce *Κρίδος* dudum reposuere Viri DD. eam vocat Pandionis filiam, nec secus Hygin. cap. 189. et 242. nam tres a se inventas, quae Procridis nomen habuerunt, ostendit Meurs. pag. 139. ut mirum, quod ubique fere, uti animadvertit, et suis locis tantum non omnes Docti, pro *Procris* legatur *Procne*, unde liquet, saepissime alios, non solum eiusdem nominis confundi, sed etiam qui similitudinem quamdam traxerunt. VERH.

Pag. 51, 13. ἐποιήσατο σύνοικον· τότε δ' οὖν ὁ Κέφαλος ἐπειρᾶτο τῆς Πρόκριδος] Cur ab Aurora raptus uxorem tentare voluit? Apollod. d. l. et ex eo Tzetzes narrat, Procrin cum Pteleonte quodam, accepta ab eo aurea corona, concubuisse, et a Cephalo in adulterio deprehensam ad Minoa fugisse, sed hoc si verum, non erat, quod eius fidem amplius tentaret, quippe rei veritate abunde convictus. Abrupta hic est Antonini narratio, et aliunde supplenda, quo referendum illud τότε. Nempe, uti ex Hygin. d. l. et Ovidio lib. VII. Met. a v. 710. liquet, et unde manifestum est, nihil a Cephalo detectum, quod in uxore reprehendisset, ei ab Aurora rapto semper in ore fuisse suam Procrin, quod aegre ferens Dea eum in suspicionem, ac si uxor minus pudica esset, adduxit:

. . . . Quod si mea provida mens est,
Non habuisse voles.

unde, cum

Esse metus coepit, ne iura iugalia coniux
Non bene servasset,

tunc tentare decrevit, εἰ συμμένειν ἀδιάφθορος αὐτῷ ἐθελήσαι. Quae quidem vox ἀδιάφθορος quo sit sensu capienda, ex ἄφθορος, de quo Cl. Ruhnken. ad Tim. Lexic. pag. 96. egit, videndum. Verh.

Pag. 51, 14. εἰ συμμένειν] Male ediderant, εἰς συμμένειν. Cap. 23. εἰ αὐτῷ συμμένειν ἐπὶ τοῖς ὁρκίοις ἐθέλει. Munck.

Pag. 51, 15. ἐθελήσαι] Sic et hic restitui pro ἐθελῆσαι, quod non monuissem, nisi paullo post recurrisset, ubi tamen Munck. mutandum monet. Verh.

Pag. 51, 16. ἐσκέψατο] Vitiose editum hactenus ἐσκήψατο. Munck. Ineptit Munckerus. Xylander: *ficta occasione venatum se ire simulat.* Dicit Antoninus, Cephalum quemcunque venatum eundi praetextum captasse. Bastius laudato Longi loco lib. III. pag. 69. ed. Villois. ubi πρόφασιν σκηψάμενος idem verbum vindicat Pseudo-Plutarcho de Fluv. cap. 16. sect. 1. προςποιητὴν χάριν (hoc servandum) σκηψαμένη. Addo Plutarch. T. Gracch. cap. 20. ἀλλ' ἔοικεν ὀργῇ τῶν πλουσίων καὶ μίσει πλέον ἢ δι' ἃς ἐσκήπτοντο, προφάσεις, ἡ σύστασις ἐπ' αὐτὸν γενέσθαι. ubi cf. Fabricius pag. 85. Illa καθ' ἥντινα πρόφασιν quomodo intelligenda sint, dixi ad cap. 5. pag. 10, 27.

Pag. 51, 17. εἰςαπέστελλεν] Sic e Xylandro reposui, uti Berkelius et Galeus quoque dederant. Unde in Munckerianam editionem εἰςαπέστειλεν irrepserit, ignoro.

Idem enim aliquando observavit, varia hic illic copulari tempora. VERH.

ιη

Ibid. ἄνδρα οἰκέτην] Cod. Paris. οἰκέτην, in quo latere putat Bastius formam Ionicam οἰκιήτην, sicuti πολιήτης pro πολιέτης revera dicebatur, atque in Append. pag. 48. illam Antonino vindicandam esse statuit. Hesychius: οἰκιήτης, ὠνητὸς δοῦλος, unde Stephanus in Thes. Ling. Gr. T. II. pag. 1220. C. οἰκιήτης, inquit, emptivus servus vel potius servus aut famulus domesticus, ut οἰκέτης. Cf. Etym. M. pag. 698, 8 sqq. At οἰκιήτης tantummodo rarior forma fuisse mihi videtur pro vulgata οἰκητής, quae vox significatu paullum differt ab altera οἰκέτης.

Pag. 51, 18. φέροντα] Ita postulat sententia. Nihili vox est, quam utraque praefert editio, φέρονα. MUNCK.

Pag. 51, 20. εἰ αὐτῷ συγγένοιτο] Apollod. lib. II. pag. 64. ἐπεθύμει συγγενέσθαι, hoc est μιχθῆναι. Tibull. lib. IV. eleg. 7.

— *Cum digno digna fuisse ferar.*

Ovidius:

Crede mihi, mecum non semel illa fuit.

Priap. carm. 13.

Etsi nocte fuit puella tecum.

Gloss. Steph. *Concumbit*, συνουσιάζει, συγγίνεται. MUNCK.

Pag. 51, 26. δᾷδα καιομένην] Tollendus hinc inutilis asteriscus. Simile illud de Smyrna cap. 34. προςενεχθέντος τοῦ πυρὸς ἐπάϊστος ἐγένετο. Ita φῶς usurpant. Lucas Act. cap. XVI. v. 29. αἰτήσας φῶτα εἰςεπήδησε. Lucianus Conviv. Lapith. Tom. IV. pag. 350. Edit. Basil. καὶ φῶτα εἰςκεκόμιστο, et σέλας Antholog. lib. I. cap. 55. ep. 11.

Ἧψε σέλα, τυφλὴ δ' ἔδραμε πᾶσα τρόπις.

Σέλα accusativus pluralis est a σέλας, -αος. Hesiod. Theog. v. 867. σέλᾳ πυρὸς αἰθομένοιο. MUNCK.

Ibid. κατεφώρασεν] Et heic quoque perperam erat scriptum κατεφώρεσεν. Mireris haec talia concoquere potuisse huius libelli editores. Sed occupationibus illud, non inscitiae illorum tribuendum. MUNCK.

Pag. 51, 30. ἐχόμενον ὑπὸ ἀτεκνίας] h. e. κατεχόμενον. Plato [de Rep. lib. III. pag. 395. D. HSt.]: ἔχεσθαι ἐν συμφοραῖς. Herod. ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος. MUNCK. Aelian. V. H. lib. XIII. cap. 35. Φαλαγγίων κνήσμασιν ἐχόμενον, ubi hunc Antonini locum adfert Perizonius, diverso tamen quodammodo sensu, uti apud Sophocl. Aiac. v. 272.

Ἀνὴρ ἐκεῖνος ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ,
Αὐτὸς μὲν ἤδεθ', οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς.

Sic ἔχεσθαι ἐπὶ νόσου dixit in Antig. v. 1156. Vid. Cl. Wessel. ad Herod. lib. III. cap. 129. Verh. Satis notum est ἔχεσθαι inprimis de malis usurpati, quibus tenemur atque vexamur. Plato Gorg. pag. 522. A. Phaedon. pag. 108. C. HSt. ἔχεσθαι ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ. Phileb. pag. 45. B. HSt. οἱ ἐν τοιούτοις νοσήμασιν ἐχόμενοι. Vid. Stallbaum. ad Phileb. pag. 137. Ast. ad Phaedr. pag. 262. ad Polit. pag. 644.

Ibid. *ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν*] Lego ὑπισχνεῖται διδάσκειν. Apollod. lib. II. [cap. 2. §. 2.] pag. 69. ὑπισχνεῖται θεραπεύειν. Munck. Nulla mutatione opus esse omnes videbunt, quicunque Graecae linguae indolem cognitam habent. Talia enim sic resolvenda: ὑπισχνεῖτο διδάξειν καὶ ἐδίδασκεν.

Ibid. *Καταλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἐχόμενον ὑπὸ ἀτεκνίας, ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον αὐτῷ, ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας, εἰ γένοιντο παῖδες· ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν· καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο*] Haec verba esse transposita, monuit in notis ad Palaephatum doctissimus Tollius, cui Salmasius indicaverat, totum locum ita posse constitui: καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον, ᾧ γένοιντο παῖδες αὐτῷ, ὁ γὰρ Μίνως ὄφεις καὶ σκορπίους οὔρεσκεν; καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο. Berkel. Luxata haec in integrum restituit Salmasius, uti ostendit Tollius ad Palaeph. pag. 153. probante D'Orvill. ad Charit. pag. 322. [pag. 395. ed. Lips.] καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον, ᾧ γένοιντο παῖδες αὐτῷ. Ὁ γὰρ Μίνως ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας οὔρεσκεν, καὶ ἀπέθνησκον cet. Quae vertit Tollius: *et ostendit modum, quo liberi illi nascerentur. Minos enim serpentes et scorpios et scolopendras emisit; ac moriebantur* cet. Sed prior Salmasius haec viderit, an Meursius, non dixerim. Certe hic eodem modo restituit locum, de Regn. Athen. pag. 137. vertitque: *Et ostendit ei modum, quo liberi ipsi gignerentur; nam Minos mingebat serp.* cet. Sed etiamnum esse, quo obscuretur locus, non viderunt, optime a Munckero illustratus, si pro ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν legas: ὑπισχνεῖτο διδάσκειν, *promisit se docturam*, atque adeo Graecae linguae genio magis conveniret, si paullum immutemus: ὑπισχνεῖτο διδάσκειν, ὃν τρόπον αὐτῷ γένοιντο παῖδες cet. Verh. Cod. Paris. et edit. princ. σκολυπένδρας. Sed hoc levius. Verba εἰ γένοιντο παῖδες. ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν margini Codicis

Par. adscripta sunt, quo autem pertineant, nihil indicatum. Posuit Xylander post σκολοπένδρας, sic ea Latine reddens: *Quem cum offendisset nullam habere prolem, pollicita est, et ostendit ei modum, serpentes et scorpios, et scolopendras, si nascerentur liberi. Minos enim non habebat: et moriebantur mulieres, quibuscum rem habebat.* Mirum profecto, si talia quisquam narrasset. Media verba in priore Teucheri editione sic transposita legimus: ὄφεις γὰρ καὶ σκορπ. καὶ σκολ. ὁ Μίνως οὔρεσκεν, quod unde habeat iam nescio neque inquirere lubet. Jacobsius Ephem. liter. Hal. l. c. malit: ὑπισχνεῖτο τέκνα καὶ ἐδίδ. τ. τρ. αὐτῷ, ᾗ (*qua via, quemadmodum*) γένοιντο παῖδες, sed monuit verissime additum a se τέκνα e sequenti παῖδες facillime suppleri posse. Talia verbo indicasse sufficiat. Omnium optime Bastius ex mea sententia orationis nexui consuluit, quum verba illa margini Codicis adscripta post αὐτῷ inserenda esse intelligeret, neque hanc verborum conformationem, qualem ab auctore ipso profectam esse credimus et qualem sensus vel maxime efflagitat, recipere dubitavimus. Dicit igitur haec Antoninus: *Procris cum videret Minoëm progenie carentem, promisit eum docere, quod factu opus esset, si liberos sibi nasci vellet. Minos enim* etc.

Pag. 52, 2. ὄφεις καὶ σκορπίους] Hunc locum quemadmodum restituerit Salmasius, in notis ad Palaephatum Tollius te docebit. Adde Apollod. lib. III. [cap. 15. §. 1.] Sed illud οὔρεσκεν me offendit. Est enim Ionicum, cuius dialecti in hoc scriptore nulla inveni vestigia, nisi forte unum illud ἐπάϊστος cap. 34. si verum est, quod Corinthus notavit, ab Ionibus id poni pro φανερός. Reponere possis οὔρησεν. Aoristum actionem solitam notare nemo est qui nesciat. Munck. Xylander vertit illud οὔρεσκεν, *Minos enim* (liberos) *non habebat*, ac si legeretur: οὐκ ἔσχεν. Munckerus Ionismo offensus tum hic, tum in Epist. ad Heins. Syll. Epist. T. V. pag. 355. vulgatam lubens eiiceret, sed perperam, propterea quod nondum liqueat, an Ionismus hic statuendus, ut alio loco videbimus. Verh. Non sollicitandum Ionicum οὔρεσκεν, quod a poëta adoptavit auctor. Est autem οὐρεῖν, uti Latinorum *immeiere* (Pers. Sat. VI. v. 73.) h. l. *semen emittere*, de quo significatu vid. Petitus Miscell. Observv. pag. 154 sq. Brunckius ad Aristoph. Ran. v. 95.

Pag. 52, 4. Πασιφάη δὲ ἦν Ἡλίου θυγάτηρ ἀθάνατος] Haec Antonini mens est, omnes mulieres, quibuscum rem habebat Minos, moriebantur, sed uxor eius idcirco non moriebatur, quia Solis filia, atque adeo immorta-

lis: sed Apollod. lib. III. cap. 14. aliam rationem reddit: *Πασιφάη, ἐπειδὴ πολλαῖς Μίνως συνηυνάζετο γυναιξὶν, ἐφαρμάκευσεν αὐτὸν, καὶ ὁπότε ἄλλῃ συνηυνάζετο, εἰς τὰ ἄρθρα ἐφίει θηρία· καὶ οὕτως ἀπώλλυντο.* Verh.

Pag. 52, 5. *ἐπὶ τῇ γονῇ ξὺν τοῦ Μίνωος*] Τὸ ξὺν alieno positum loco censeo, et corruptum ex *χρῆμα*, ut forsan fuerit: *ἐπὶ τῇ γονῇ τοῦ Μίνωος χρῆμα μηχανᾶται τοιόνδε.* Munck. Illud ξὺν in priorem Berkelii Ed., nesico quomodo, irrepserat, quod hic in altera monuit quamquam in contextu remansit, ut Munckerus hic Xylandrum consulere neglexerit. Verh.

Pag. 52, 6. *κύστιν*] Hinc turpis illius pelliculae nomen, quod a penetralibus suis arcet Vesta, accepisse linguam nostram vernaculam censet in epistolis Lipsius. Refer huc illud Iuvenalis:

— Optima summi
Nunc via processus vetulae vesica beatae.

Scilicet *κύστις* pro *κύσθος* etiam apud Graecos usurpari, et Suidas notavit. Idem colligas ex Glossis Stephani, in quibus invenio: *Supercunnum, ἐφήβιον, ἐπικυστίς.* Mirifice dictum. Ita in Glossario Benedicti: *Infranares, μύσταξ. Submentum, ἀνθερεών. Interdita, μεσοδάκτυλα,* leg. *Interdigita.* In Glossis Cyrilli, *μάλη, subraco, sub ala,* leg. *sub brachio. Μεσομηρίον, Interfemus,* leg. *Inter femur. Μεσόφρυον, Intercilium. Μετάφρενον, Interscapilium. Πρόναον, Ante templum.* Ne *digita* mireris, vide mihi, quam multa contra vulgarem usum *οὐδετέρως* in vett. Gloss. efferantur. *Articulum, ἄρθρον. Articula, ἄρθρα. Nervia, νεῦρα.* Petron. Fragm. Tragur. pag. 17. Edit. Comer. *Mortuus pro mortuo, qui habet nervia praecisa.* Non. cap. III. 149. ut probet *nervia* esse neutrius generis, producit ex Varronis Satyra *ὄνος λύρας*: *Et id dicunt suam Briseidem producere, quae eius* nervias *tractare solebat.* Nisi *nervia* heic legas, quomodo id, quod intendit, evincet hoc exemplo Nonius? *Gladium, ξίφος. Gladia, ξίφη. Stumbilum, κέντρον,* leg. *Stimulum.* Gloss. Cyrill. *ὦμος, Humerum. Ἀσκὸς ταύρειος, culleum,* et sexcenta alia. Caeterum, ut *digitus* et *digitum* Latini, ita *δάκτυλος* Graeci et *δάκτυλον* dicunt. Anthol. lib. I. cap. 86. epigr. 8. *θοὰ δάκτυλα χειρός.* lib. IV. cap. 25. epigr. 1.

Δάκτυλα καὶ μουσῶν κρείσσονα καὶ χαρίτων.

Musaeus v. 114.

Ἠρέμα μὲν θλίβων ῥοδοειδέα δάκτυλα χειρός.

Adde quae Nansius ad Nonn. Paraphras. cap. XIX. v. 130.

notavit. Metaplasmus ille Ionicus videtur. Hom. Il. *E.* v. 772. *Καμπύλα κύκλα.* Annotat Scholiastes: *Ἰωνικῶς, κύκλους, τοὺς τροχούς.* Sic *φιμὰ* pro *φιμοὺς* in epigr. Anytes lib. I. cap. 33. Numer. 28. Existimabam aliquando *τὸ δάκτυλα* restituendum esse Anthol. lib. I. cap. 84. epigr. 3.

Τέρπε δανειζόμενος τὴν σὴν φρένα. Τοῖς δὲ δανεισταῖς
Κάλλιπε τὴν ψῆφον δάκτυλι καμψοδύνῳ.

Legebam, inquam, *δάκτυλα καμψοδύνοις.* vel, quod elegantius videbatur, *δακτυλοκαμψοδύνοις.* Post illa meliora edoctus rescripsi *δακτύλῳ* pro *δάκτυλι.* Mutarunt quos licentia poëtica offendebat, de qua inter alios in primis videndus Nansius ad Nonni Paraph. cap. IX. v. 189. Eadem de causa corruptum censeo lib. III. cap. 22. epigr. 22.

Ἐν πόντῳ Σώδαμις ὁ Κρὴς θάνεν, ὦ φίλε Νηρεῦ;
Δίκτυα καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ.

Lego, *κείνῳ.* Plura *σὺν θεῷ* alias ad illud Florilegium. MUNCK.

Pag. 52, 8. *παρὰ τὴν Πασιφάην εἰςιὼν ἐμίγνυτο*] Οἱ ό 2. Reg. cap. XI. v. 4. *καὶ εἰςῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ ἐκοιμήθη μετ' αὐτῆς. Εἰςελθεῖν, εἰςπορεύεσθαι πρός τινα, λόγοι σεμνοί.* De quibus consule Gatakerum in Dissert. de Stylo Novi Instrum. cap. XI. Pari verecundia, ut *εἰςελθεῖν* de viro, ita *συνελθεῖν* de coniugibus dicebant. Vid. Alexandr. Morum ad Matth. cap. I. v. 18. Cave tamen putes de solis coniugibus, nec etiam de quovis furtivo concubitu dici. Apollod. lib. III. [cap. 5. §. 5.] pag. 144. *Ἀντιόπη θυγάτηρ ἦν Νυκτέως. Ταύτῃ Ζεὺς συνῆλθε.* MUNCK.

Pag. 52, 10. *ὁ Μίνως διδοῖ τῇ Πρόκριδι τὸν ἄκοντα καὶ τὸν κύνα*] Canem Procridi a Diana, quod et Ovid. lib. VII. Metam. v. 754. datum tradit Hygin. cap. 189. cui ab eadem muneri adiungit iaculum. Sed Poët. Astron. lib. II. cap. 35. canem hunc a Jove Europae custodem appositum, et ad Minoa pervenisse, a quo Procris eum muneri accepisset. De utroque varii varia. Vid. quos Heins. ad Ovid. d. l. laudat. Posterior Hygini locus, et quem Meursius citat, Pollucis lib. V. cap. 5. Antonino adsentitur, ut hinc lux affulgeat Apollodoro, qui lib. III. cap. 14. medica manu eget: *Ἔχοντος οὖν Κεφάλου αὐτοῦ κύνα ταχὺν, ἀκόντιόν τε ἰθυβόλον, ἐπὶ τούτοις Πρόκρις ἰδοῦσα τὸν ἄνδρα, τὴν κιρκαίαν πίει ῥίζαν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάψαι, καὶ συνευνάζεται.* Ita dedit Aegius nullam offendens difficultatem, nec variantes Mstorum lectiones indicans. Commelin. *Κεφάλου* et *τε* uncis inclusit, quod dein reliqui sunt secuti, monuitque prius, quod in Cod. Palat. non extabat, delendum,

et αὐτοῦ ad Minoa referendum esse, eiusque vestigia pressit Faber, indicato Commelini nomine, secus ac Galeus, qui, quod facit saepe, eius nomen celans illius tamen notatis utitur, nisi quod addat, *Κεφάλου* etiam ab Oxon. abesse. Verum, uti res ipsa loquitur, iaculum illud et canem penes Minoa fuisse, atque adeo illud *Κεφάλου* sublatum saniorem sensum praebere loco, nondum tamen omnis difficultas sublata est, quod non viderunt Editores. Nam eumdem Glossatorem, qui illud *Κεφάλου*, ad locum illustrandum scilicet, intrusit, eodem animo in seqq. *τὸν ἄνδρα*, quo iterum ad Cephalum respexit, qui tamen numquam minus opportune hic adfuisset, infarsit. Praeterea illud *πίει* ab Apollodoro profectum esse non est verisimile, unde Faber: *Miror istud πίσι; coniecturas meas aperire nihil necesse est.* Vellem tamen aperuisset; nam Galei nota: *minus frequens, quam πίνει*, parum lucis adfert, nisi quod illud pro hoc repositum indigitet, quemadmodum Toussainctius iuvenis olim doctiss. vel *πίνει* vel *πιέζει* legendum coniecerat. Iam vero haec, si quid video, Apollodori mens fuit, Procrida cum Minoë congressam fuisse, ut pro mercede, ea conditione, ut, si ei morem gereret, ab eo acciperet iaculum illud et canem; quod quum illa *ἐπὶ τούτοις* clare indicent, nemo Graecae linguae gnarus negaverit: unde Galeo ad *τὸν ἄνδρα* non solum non offenso, verum etiam ad Cephalum referenti, haec excidissent nollem: *ἐπὶ τούτοις*, *totum in his cum sciret virum suum.* Facili modo mihi locus videtur restitui posse, auctoritate D'Orvillianae Coll. in multis minime contemnendae: *Ἔχοντος οὖν αὐτοῦ* (nempe Minois, qui praecedit) *κῦνα ταχὺν, ἀκόντιον ἰθυβόλον, ἐπὶ τούτοις Πρόκρις ἴδου τὴν Κιρκαίαν πίειν ῥίζαν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάψαι, συνευνάζεται.* In accentibus saepe negligentior est, ut vel hoc loco patet, *κῦνα*, quamquam illud in omnibus Apoll. Editt. obtinet, *ἴδου* et *πίειν*, ut hoc observanti non difficulter lectio suae integritati restituatur: *Ἔχοντος οὖν αὐτοῦ κύνα ταχὺν, ἀκόντιόν τε ἰθυβόλον, ἐπὶ τούτοις Πρόκρις ἰδοῦσα (Μίνωα) τὴν Κιρκαίαν πιεῖν ῥίζαν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάψαι, συνευνάζεται*, *Cum Minoë pacta, ut iaculum et canem acciperet, cum eo concubuit, viso, illum Circaeam radicem bibisse*, quasi *ἀντίδοτον*, *ut ne ei*, quemadmodum aliis mulieribus, *detrimenti quid inferretur.* Verh.

Pag. 52, 14. σὺν αὐτῷ] Ediderant σὺν αὐτοῦ. Atqui σὺν non cum gignendi, sed dandi casu iungitur. Munck. Xylander recte αὐτῷ.

Pag. 52, 15. ἐκυνηγέτει] Formam κυνηγετεῖν hoc

cap. bis obviam fuerunt aliquando, qui prorsus damnatam vellent. Sed probatissimorum scriptorum, Platonis et Xenophontis, auctoritate nunc munitam habemus. Vid. Schaefer. ad Aesopum Heusingeri pag. 119.

Pag. 52, 19. συνέφερε] h. e. συνεφέρετο, συνέδραμε. Schol. Soph. A. Flagell. v. 431. ξυνοίσειν) συνδραμεῖν, συνενεχθῆναι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἐλθεῖν. Munck.

Pag. 52, 21. καὶ προςυπέσχετο δώσειν] Schaeferus ad Longi Pastor. pag. 388. verbum compositum προςυπισχνεῖσθαι corruptum censet et adeo ex tota Graecia exulere iubet. Corrigit itaque h. l. καὶ Πρόκρις ὑπέσχετο δώσειν, vitii caussam in eo quaerens, quod nomen illud antiquitus per compendium scriptum fuerit προς. Haec quamquam non improbat Bastius, addit tamen, Πρόκρις in MSS. plerumque contractum legi in πρις et verbo composito προςυπισχνεῖσθαι a Schaefero in suspicionem vocato usum esse etiam Aristidem T. I. pag. 371. ed. Jebb. Vertit quidem Xylander: *Procris id ei promisit*, ut, quod Schaeferus vult, dudum divinasse videatur: sed interpres Graeca aliquando liberius tractavit et perspicuitatis gratia nomen hic repetiit.

Ibid. εἰ αὐτῇ τῆς ὥρας ἐθελήσαι τῆς ἑαυτοῦ χαρίσασθαι] Plena haec est locutio, de qua vid. Cl. Ruhnk. ad Tim. Lexic. pag. 195. Quae de *iuventate* pro *iuventato* hic habet Muncker., improbantur a Dukero ad Flor. lib. I. cap. 7. §. 9. Verh.

Ibid. τῆς ὥρας] Ὥρα heic est *flos aetatis*. Unde οἱ ἐν ὥρᾳ *iuvenes* Luciano. *Praeflorata* devirginata, sive decalanticata, ut loquitur Lucilius, Apuleio in Apologia. Facit huc cum primis, quod in lepidissimo epigrammate ibidem legitur:

Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver,
Ut nostra exsuperes munera muneribus.

Caeterum quod heic dicit Antoninus, id sic expressit Hygin. cap. 183. *Da mihi, quod pueri solent dare.* Et Astron. lib. II. cap. 5. *Hunc autem cum vidisset Hypolipnus puerum aetate miranda corporis pulcritudine praestantem, mercedem petiisse ab eo, quae sine detrimento eius daretur.* Ignominiosus hic Liberi amator Prosumnus dicitur Arnob. lib. V. Polyhypnus Nazianzeno. Atque ita istic esse reponendum recte observavit ad Jul. Firm. de E. P. G. Wouwerius. Infandam innuunt καταπυγοσύνην. Non videtur praetereundum, *Horam* Latinis pro *Hebe* nonnunquam poni. Enn. Annal. 1.

Teque, Quirine pater, veneror Horamque Quirini.

Nonius Marcellus: *Hora*, *iuventutis dea.* Merula rescribit, *Hora*, *Iuventas dea.* Agraetius in Glossis: *Iuventus*, *ipsa hominis aetas. Iuventas*, *dea* "ΗΒΗ, *ut Graecis dicitur.* Pro *aetate* tamen hanc vocem Lucret. lib. V. et Virg. Aen. lib. VIII. usurpant; ut contra nummi veteres apud Antoninum Augustinum varie *Iuventus* et *Iuventas* et *Iuventa* inscriptum habent cum expresso divae simulacro. Adeo ut nihil necesse sit in Hygini Geneal. pro *Iuventus* restitui *Iuventas*, ut a me factum. Mirificus est lusus in varietate nominum propriorum, ut quo te vertas, saepe nescias. In eadem Genealogia vir celeberrimus τὸ *Gyges* mutat in *Gyes*, quia ita Apollodorus. Quis non approbet? Tamen Hesiod. Theog. v. 149. Palaephato cap. 20. Γύγης dicitur. Quod Nereidum haec nomina Cymodoce, Melite, Iaera, Amphithoë, Ianira, et Ianassa ab eodem refinguntur, tametsi eius rei ipsi ratio constitit, factum tamen nollem. Omnia enim reperias apud Homerum Iliad. Σ. *Phoëtontides* mihi tentatae, quod aliis *Phaëtontiades* dicerentur, iniuriam forte et ipsae fieri sibi dicent. Φορκίδας esse Palaephato, quae Hesiodo Φορκυάδες. *Atlantida* Calypso Tibullo, quae aliis *Atlantias.* Quam esse invidiam ita et se *Phaëthontides* dici pro *Phaëthontiades*? Plura alias σὺν θεῷ ad illud opus mythologicum. Munck. Ὥρα saepissime est iuventutis flos. Vid. Ast. ad Plat. Phaedr. pag. 244.

Ibid. ἐθελήσαι] Ita rescripsi pro ἐθελῆσαι. Optativi non infinitivi modi est. Munck.

Pag. 52, 23. παρέχεται τὸν λόγον] Rectius, puto, legeris παραδέχεται. Nam παρέχεσθαι sive παρέχειν est *praestare.* Gloss. Cyrill. παρέχω, *adhibeo*, *tribuo*, *exhibeo*, *praesto.* Eodem sensu ἀποδέχεσθαι et προςδέχεσθαι usurpari hoc capite vides. Cap. 37. ὑποδέχεσθαι. Munck. Xylander: *cumque Cephalus conditionem accepisset.*

Ibid. ὅτε κατεκλίνησαν] h. e. ἀνέπεσον. Haec verba in versione male omittit Interpr. Gloss. vet. *Concubat*, συναναπίπτει. Sulpicia:

Ne me cadurci destitutam fasciis
Nudam Caleno concubantem proferat.

Munck.

Pag. 52, 25. ἢ αὐτὸς πολὺ αἴσχιον ἐξαμάρτοι] *Quod multo turpius atque ipsa peccasset.* Ergo ἧς legendum. Verh. Optime Graeca reddidit Xylander, praecedit enim apud ipsum *exprobravit*, ὠνείδισε, ut nihil aliud quam ἢ exprimere voluerit. Pessime inde Verheykius extorsit ἧς, quod ad Procrin refert. Significat autem ἢ h. l.

qua, *quomodo*, vel *quatenus*. Nec, si cum Comparativo iungere velis, uti alias ἢ μάλιστα et similia, aegre feram.

Ibid. ἐξαμάρτοι] Advertit me elegans ista λιτότης, qua et Latini frequenter de pudore violato utuntur. Petron. [cap. 83.] *Jupiter in coelo suo non invenit, quod eligeret, et peccaturus in terris, nemini tamen iniuriam fecit.* Horat. lib. III. Od. 27. v. 37.

— *Levis una mors est*
Virginum culpae.

Ovid. lib. II. Met. v. 462.

— *Nudo patuit cum corpore crimen.*

Virg. lib. IV. Aen. v. 172.

Coniugium vocat, hoc praetexit nomine culpam.

Quod imitandum sibi duxit Sulmonensis ille Eques lib. VII. Met. v. 69.

Coniugiumne vocas, speciosaque nomina culpae
Imponis?

Mundi Sospitator ad moecham Ioh. cap. VIII. v. 11. πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε. Luc. cap. VII. v. 37. γυνὴ ἁμαρτωλὸς est *meretrix*. Nam id genus mulieres ἁμαρτάδας a Graecis vocari, perquam apposite ad illum locum observat Casaubonus. Etiam Hieronymus hunc locum ita explicat lib. I. epist. 9. Edit. Canisii, comparatque istam ἁμαρτωλὸν cum scortante Hierusalem, quae omni transeunti diviserat pedes, ut est apud Ezech. cap. XVI. Eiusdem capitis v. 34. exsecranda τῶν ἐπιτρίπτων recutitorum de Christo vox est: Τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. Vide an verti possit *Publicanorum amicus et meretricum*, ut publicani et meretrices, tanquam summi peccatores, coniungantur, quemadmodum Matth. cap. XXI. v. 31. Οἱ τελῶναι καὶ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς. Munck.

Pag. 52, 28. εἴγε ἐθελήσειεν] Aeolicum hoc facit Berkelius, Atticum Munckerus. Posset legi: εἴγε ἐθελῆσαι ἂν, sed nihil mutandum. Verh.

Pag. 52, 29. ἐπὶ τὴν ἀλώπεκα] Haec Cadmeos rapiebat. Xylander vertit *Cadmeorum pueros*, sed, etsi χρῆμά τι ἐξηλλαγμένον erat, vulpinae tamen vires pueros aeque ac adultos abripiendo non essent, nam ei quod singulis mensibus devorandus exponebatur puer, eadem de caussa factum, qua supra cap. 8. idem monstro Lamiae fieri vidimus, quae etiam ante ἀνήρπασεν ἐκ τῶν ἀγρῶν τὰ θρέμματα καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Quid per illam vulpem intelligendum, docet Palaephatus [cap. 8, 2.]: Ἀνὴρ Θηβαῖος καλὸς κἀγαθὸς ἐκαλεῖτο Ἀλώπηξ, ὃς ἦν πανοῦργος· οὗτος συνέσει

πάντας ἀνθρώπους ἐνίκα. Frequens hoc, ut bestiarum nomina hominibus dentur pro affectibus, qui potissimum in iis dominantur. Sic *Leo*, homo fortis. Tzetz. ad Lycophr. v. 33. *Draco*, insidiator. Potter. ad eumd. pag. 1120. *Cervus*, timidus. Schol. Hom. Iliad. *Α.* v. 225. *Sus*, indoctus, idque genus alia. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. lib. XIII. cap. 25. Verh.

Pag. 53, 2. Τευμησσοῦ] Teumessus mons est Boeotiae. Hesychius: *Τευμησσὸς, ὄρος Βοιωτίας. Τευμησία, περὶ Τευμησίας ἀλώπεκος οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες ἱκανὰ εἰρήκασι.* Consentiunt Stephanus, Tzetzes Chil. I. 20. Pollux lib. VII. cap. 5. ubi et historiam de cane isthoc habes. Sed cur *Τευμησίαν* potius in Hesychio, quam *Τευμησσίαν* scribunt? Male *Τελμησίαν* illam appellat Palaephatus, et Suid. *Τελμισίαν.* Imposuisse illis videtur Telmessus Lyciae mons, de quo in Bellerophonte Palaephatus. Apostolium in hac voce etiam Cent. XVIII. 42. corruptum bene in notis suis ad illum scriptorem restituit Pantinus. Sed miror illum non animadvertisse in eadem paroemia pariter vitiosa esse ista: *Κέφαλον δέ φασι τὸν Δήϊνος.* Legendum enim *Δηΐονος.* Vid. notata a nobis ad Hygin. cap. 170. et 189. Munck. Mons ille alias scribi solet *Telmessus*, de qua varietate docte disputat Valckenar. ad Eurip. Phoen. v. 1107. Multa collegit Schellenbergius ad Antimachi Reliqq. pag. 52 sq.

Ibid. πολλάκις τοὺς Καδμείους ἡρπάζετο] Xylander: *quae identidem a Teumesso irruens Cadmeorum pueros rapiebat*, ut pro *πολλάκις* in mente fortassis habuerit *πάλλακας.* Certe *πόλλακις*, quoniam *συνεχῶς* praecedit, haud aegre desideramus.

Pag. 53, 4. διὰ τριακοστῆς ἡμέρας] h. e. *κατὰ μῆνα*, ut in hac fabula loquitur Apollod. lib. II. [cap. 4. §. 7.] Munck.

Pag. 53, 5. Ἀμφιτρύωνος ἰόντος] Syntaxis postulat: *Ἀμφιτρύων ἰών.* Contrarium *σολοικοφανὲς* est in illo Aristotelis: *Ἀνοίξαντες τοῦ σώματος πόρους, πάλιν γίνεται πῦρ*, et Eur. Phoen. v. 290.

Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας.
Ἐν τῷ δ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

De illis, quae *σολοικοφανὲς* aliquid habent in N. T. consule Iac. Lydii Coen. Dom. Literat. pag. 83. Munck.

Pag. 53, 10. βῆναι εἰς ἄσσον] *Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός.* Scripsisse Liberalem autumo, *εἰς Τευμησσὸν*, vel *εἰς Θήβας σὺν τῷ κυνί.* Po-

sterius praefero. Hyg. Astron. lib. II. Fabula Canis. *Quem ducens secum Thebas pervenit; ubi erat vulpes, cui datum dicebatur omnes canes effugere posse.* Munck. Sed ex Antonini et Apollodori mente potius legendum esset εἰς Καδμείαν. Ad Act. Apost. cap. XXVII. v. 13. vulgatam lectionem quodammodo probat Cl. Alberti, integritatis tamen non securus. Certum est, e fine vocis nihili ἄσσον repetendum esse σὺν, sed ipsa vox uti restituatur, nondum liquet. Cl. Valcken. legendum coniicit: ἔπειθε βῆναι ἐπ' ἴσοις σὺν τῷ κυνί. Cl. Ruhnken. ἔπειθε βῆναι εἰς ἆθλον σὺν τῷ κυνί. Utraque coniectura se satis probat. Ἐπ' ἴσοις, *aequali conditione;* nam praecedit paulo ante: ὑπέσχετο τῆς λείας Ἀμφιτρύων ἀποίσειν τῷ Κεφάλῳ τὴν μοῖραν, ἣν ἂν ἐκ τῶν Τηλεβόων λάβῃ, nec multum differt ab Apollodoro lib. I. cap. 4. §. 7. Συνέπειθεν ἐπὶ μέρει τῶν ἀπὸ Τηλεβόων λαφύρων. Alteram iuvat Herodot. lib. I. cap. 42. Ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂν οὐκ ἤϊα ἐς ἄεθλον τοιόνδε. Etsi tantis viris facile cedo, tamen meas etiam indicare per eos licebit. Quod, ut ad litterarum ductus proprius accederem, conieceram: βῆναι εἰς ἄλσος σὺν τῷ κυνὶ, postea ipse reieci. Aliarum nondum poenitet: βῆναι εἰς θήραν σὺν τῷ κυνὶ, vel βῆναι ἐπ' αὐτὴν σὺν τῷ κυνί. Illud confirmat Apollod. d. l. Ἄγειν ἐπὶ τὴν θήραν τὸν κύνα, et lib. III. cap. 14. μετὰ τούτου παραγίνεται εἰς θήραν: hoc ipse Antoninus, qui praemittit: οἱ δ' οὐκ ἔφασαν, εἰ μὴ αὐτοῖς τὴν ἀλώπεκα συνεξέλοι, propterea quod, ut ubique liquet, repetitiones amat, ubi dixit ante: εἴγε ἐθελήσειεν ἅμα αὐτῷ ἐπὶ τὴν ἀλώπεκα βῆναι σὺν τῷ κυνί. Verh. In corrupta voce ἄσσον, quam Codex Paris. servat, Bastio delitescere videtur verbum εἰςάσσω sive εἰςαΐσσω, quod extricare mihi nondum contigit. Xylander quid legerit, ex eius interpretatione vix erues: *persuadetque, ut cum cane secum eat.*

Pag. 53, 12. Ἦν δὲ θεμιτόν] Interp. *In fatis erat.* Hoc esset, εἱμαρμένον, πεπρωμένον. Atqui θεμιτὸν dicitur, non quod fatale est, sed quod licitum et fas. Gloss. Cyrill. θεμιτὸς, *licitus.* θεμιτὸν, *licitum.* Noster cap. 19. et 32. ὅσιον appellat. Solenne esse Graecis cumulare negationes, nec pueri ignorant. Atque inde adeo suspicio mihi incidit, scripsisse forte Liberalem, οὐκ ἦν δὲ θεμιτὸν, *fas non erat.* Superius cap. 19. Καὶ ἔστιν ὅσιον οὐδένα οὔτε θεὸν οὔτε θνητὸν παρελθεῖν. Et ibi restituere conatus sum: Καὶ οὐκ ἔστιν ὅσιον. Verti ad verbum potest: *Nec fas erat quenquam neque deum neque hominem transire.* Nam posterior negativa οὐδεὶς respondet particulae *quisquam*

apud Latinos. Demosth. μή μοι θορυβήσῃ οὐδείς. Imitatur Graecos Tibullus lib. IV. Eleg. 7. [v. 7.]

Non ego signatis quicquam mandare tabellis,
Ne legat id nemo, quam meus ante, velim.

h. e. Ne legat id quisquam. MUNCK. Sophocl. Elect. v. 434.

— — οὐ γάρ σοι θέμις,
Οὐδ' ὅσιον cet.

VERH.

Pag. 53, 13. τὴν ἀλώπεκα] Cod. Paris. τῇ ἀλώπεκι, quod iam a Xylandro mutatum.

HENRICI VERHEYKII

EXCURSUS

IN

DIALECTOS

ANTONINIANAS.

De Dialectis in nostro scriptore obviis separatim agere, quam ubique in notis diversas opiniones infercire malui, tum quod in contentionem tandem, ut fit, abiit haec res, tum quod paullo amplius de ea disserere visum fuit. Quod dum tyronum in gratiam facio, etiam vulgaria quaedam, alias omittenda potius, non praetermittenda duxi. Ex eo enim, quod libelli huius Editores adeo discrepent, alter praeter communem vel potius Atticam ut nullam agnoscat dialectum, sed, si quid inde sibi contraxerit, vitiosam lectionem pronuntiet, alter certissima omnium dialectorum vestigia deprehendisse sibi videatur, patet, nondum ad plenum deductam rem esse.

Dialectorum notitiam eo magis utilem et necessariam iudico, quo certior sum, quam plurimos ex earum ignorantia multorum Interpretum errores provenisse, sed eas dignoscere non tam facile existimo, ut omnia peculiari suo idiomati adiudices.

Cuique sua propria sunt, et haec nullo negotio a ceteris distinguuntur: multa, quae cum aliis communia cui potissimum tribuas, dubites.

Minus animadvertimus, quod tamen constat manifesto, Dialectum Doricam distinguendam esse in novam et veterem, et hanc ita cum Aeolica esse cognatam, ut altera ad alteram facile referri possit; illam quoque ad Ionicam nonnihil emollitam fuisse, ut nuper ad Theocritum Cl. Valckenarius mo-

nuit. Atticam veterem et Ionicam fuisse eamdem, et ipsos scriptores, seu soluto seu ligato sermone scripserint, non tam anxie peculiare illud idioma, quo potissimum usi fuerunt, secutos fuisse, ut non in commune, vel aliis proprium aliquando inciderint, quemadmodum ipsi Attici saepe alias linguae formas adhibuerunt, ut e Dorica Δαμάτηρ cet. liquet, et tandem eam illorum dialectum vocari solere, quae prae ceteris in eorum scriptis dominatur.

De reliquis, quas subtiliores vocamus vulgo, Cretica, Laconica, Boeotica cet. minus certo statuere quidquam possumus, quia has ex paucissimis tum verbis, tum verborum terminationibus, hic illic sparsim obviis tantum discimus, nisi quod eas tamquam novae linguae formas consideremus, ab iis profectas, qui in alias colonias transmigrantes suum quisque idioma retinebant quidem, sed ad indigenam linguam componebant, vel utramque miscebant, unde tandem veluti nova inter utramque enascebatur.

Siculis, ut hoc utar exemplo, Dorica dialectus attribuitur indubitanter, sed numi eorum et monumenta non tantum Doricae, verum et aliarum vestigia diserte servant, eo quod coloni erant, non Corinthii modo, et Rhodii et Cretenses, qui Dorica, sed et Chalcidici, qui Ionica sive Attica utebantur, e quibus duabus Chalcidicam inter et Doricam media tandem nata fuit, etsi utriusque venustate destituta, ut contra Spanhemium, Vossium, Mattairium cet. nuper probavit Eruditiss. G. L. Castellus in Prolegom. Siciliae Vett. Inscriptionum Novae Collectioni praemissis.

Ut, quidquid sit diversarum dialectorum, ex ipsa demum collatione diverso idiomate usorum scriptorum, cognosci posse existimem, quandoquidem, in quibus conspirant, patet, ea vel omnibus, vel aliis quamquam diversa dialecto usis, communia esse, vel, quibus differunt, peculiaria, atque adeo proprio eorum idiomati adiudicanda.

Scholiastae enim, et veteres illi Magistri, seu Grammatici, quibus quamquam plurima etiam hoc nomine debemus, caute audiendi. Sua Commentaria et Lexica iis scripserunt temporibus, cum Graecitatis elegantia et Antiquitates neglectae iacebant, et fere prorsus ignorabantur. Has excitare et eruere annisi saepe vel in depravatos Codices inciderunt, unde decepti deceperunt alios, vel quidquid olim commune erat et tritum, sed sua aetate obsoletum, magno cum hiatu observabant, et nescio quid plus iusto in iis deprehensum elevabant.

Vetustiores, ut Scholiastes Apollonii Rhodii, Aristophanis, et si quis cum iis comparandus, facile excipiuntur, quemadmodum etiam omnia antiquiorum Scholiastarum deperditorum Fragmenta, quae posteriores suis Scholiis immiscuerunt.

Grammatici certe plurimum operae in dialectorum indagatione collocantes quod tamen ab aliis non tantum dissentiant saepe, sed et sibi ipsi nonnumquam obloquantur, inde profectum opinor, quod, exempli gratia, Ionicae dialecti propria observaturi, Ionicum, si Doricae, Doricum cet. scriptorem sibi legendum et excerpendum ubi sumsissent, quidquid observatu dignum censerent, id illi adiudicarent idiomati, quo potissimum usus fuerat scriptor, quia linguae communis, qua utebantur omnes, vel etiam Atticae rationem non habebant, quemadmodum *ἀνελεῖν* pro *μαντεύειν* haud alia de re Ionicum dixit Gregorius, quam quod in Herodoto Ionico scriptore invenerat, ut in notis ad eumdem iam observatum. Hos qui dein secuti fuerunt, cum potuissent, nihil tamen rectius egerunt, ut ex Aem. Porti Lexico, a quo, nisi decipi velint, caveant tyrones, manifestum est.

Si itaque alter Ionicum, alter Doricum legerat, et eadem in utroque uterque animadverterat, idem, quod hic Doricae, Ionicae dialecto ille adiudicabat.

Si unus plures diversa lingua usos evolverat, et in his eadem quoque offenderat, omnibus iis dialectis, quibus diversi scriptores usi fuerant, adscribebant, unde nonnunquam invenies iunctim: Attice, Ionice, Dorice. Attice, Dorice et Aeolice cet. Quae omnia e seqq. opinor, satis liquebunt.

Idem Gregorius, in Atticis versans, Atticae dialecti facit *νεφεληγερέτα Ζεύς*, *ἱππότα Νέστωρ* cet. in Aeolicis Aeolicae, sed priora in memoriam revocans addit: *ὡς καὶ οἱ Ἀττικοί*. Nota ad priorem locum inedita a Koenio communicata magnam partem hausta est ex Eustathio ad Iliad. *Α.* v. 175. *Ἔστι δὲ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, Βοιωτῶν, καὶ Αἰολέων ὁ τοιοῦτος τύπος τοῦ σχηματισμοῦ.* Sed hoc schema idem Eustathius ad Odyss. *Γ.* v. 68. poëticum facit, Macedonicum vero Eudaemon Pelusiota ei citatus.

Sint licet haec etiam poëtis, Boeotiis et Macedonibus usitata, iis tamen prae ceteris propria dici non possunt, quae Atticis cum Aeolensibus sunt communia, et quae horum exemplo illi fuerunt imitati. Sic ad Iliad. *Α.* v. 248. *Τὸ μὲν λοιμοῖο, καὶ δένδροιο, καὶ ἵπποιο, Θετταλῶν γλώσσης ἐστί.* Quae tamen Ionum sunt et poëtarum. Eodem loco *Κρητῶν γλώσσης, τὸ θεράπων*, ubi procul dubio aliud quid voluit, quod habet v. 321. *τὸ δὲ θεράπων, κατὰ Κρῆτας, δηλοῖ,*

φασὶ, δοῦλον ὁπλοφόρον, ὅπερ οὐκ οἶδεν Ὅμηρος. Sed ad Dionysii Perieg. in quem prius commentatus fuit, v. 533. ἱστορεῖται δὲ ἐν Χίῳ ... πρώτους τοῖς ἐκεῖ θεράπουσι χρήσασθαι ... ὡς καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντό ποτε εἵλωσι, καὶ Μακεδόνες πενέσταις ... καὶ Κρῆτες δμωήταις ... ἄλλοι δὲ Κρητικὴν λέξιν τῶν θεραπόντων εἶπον εἶναι, ὡς τῶν Κρητῶν τὸν ὁπλοφόρον λεγόντων θεράποντα. Quae sunt intricata. Certe Πενέσταις usus est Theocritus de regiis ministris, Idyll. XVI. v. 35. ubi Theopompus apud Scholiasten secus: τοὺς δουλεύοντας τῶν ἐλευθέρων, φησὶ, καλεῖσθαι παρὰ Θεσσαλοῖς, ὡς παρὰ Λακεδαιμονίοις εἵλωτας.

Sed ad ea transeamus, quae in Antonino controversa videntur, et priores Editores, etsi acriter hac de re contendentes, intacta reliquerunt.

Χρύσεος, quod cap. 36. extat, Ionicum facit Gregorius et Doricum. Sed Eustath. ad Hom. Iliad. *Α*. v. 22. Ionicum et Atticum.

Δένδρεσι cap. 22. Atticum, ubi de Attica: Doriensium, ubi de Dorica dialecto agit, idem Gregorius.

Ἐξαπίνης alii poëticum, Atticum alii. *Ἐξαίφνης* vero commune. Utrumque Nostro est, illud cap. 34. hoc cap. 22. Utrumque passim occurrit non tantum apud poëtas, Homerum, Aristophanem, sed et alios. *Οἱ ὁ* Num. cap. VI. v. 9. *ἐξάπινα* dederunt. Marcus Euangel. itidem cap. IX. v. 8. *ἐξάπινα*, cap. autem XIII. v. 36. *ἐξαίφνης*. Schol. Aristoph. Plut. (v. 353. *ἐξαίφνης*) v. 336. et 339. *ἐξαπίνης*, *Ἐξαπίνης καὶ ἐξάπινα. γίνεται παρὰ τὸ ἀφανὴς, ἄφινα* et *ἄπινα*. Ut mirer Stephanum in Lexico ursisse Xenophontem, licet voce *ἐξαπίναια* usus sit, dicere noluisse *ἐξαπίνης*, quod esset *ποιητικώτερον*. Atticis enim scriptoribus, et *ἐξαίφνης* et *ἐξαπίνης* adhibetur. Thucyd. lib. II. IV. 85. *ἐξαπιναίως*. C. lib. III. *ἐξαίφνης*. Et hoc quidem ex illo contractum.

Sed nusquam inter Grammaticos minus convenit, quam de seqq. *Ἄχρις* et *ἄχρι*. *Μέχρις* et *μέχρι*, quae alii non diversae tantum dialecti et significationis faciunt, sed alterutram scribendi rationem damnat. Phrynichus: *Μέχρις καὶ Ἄχρις σὺν τῷ σ, ἀδόκιμα. μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε.*

Herodianus: *Ἄχρι καὶ μέχρι, ἄνευ τοῦ σ, τὸ δὲ σὺν τῷ σ, Ἰωνικόν.*

Moeris Atticista: *Ἄχρι, ἄνευ τοῦ σ, Ἀττικῶς. ἄχρις, Ἑλληνικῶς.*

Ammonius: *Ἄχρι χωρὶς τοῦ σ, χρονικὸν ἐπίῤῥημα. Ἄχρις δὲ μετὰ τοῦ σ, ἀντὶ παντελῶς*, ut Cl. Valcken. eo loco, et Heins. atque Albert. ad Hesychium emendant; nam Schol.

Vet. et Eustath. interpretantur Hom. Il. *Δ.* v. 542. Ammonio cit. *διόλου*, *καθόλου*.

Hesychius quoque *Ἄχρις . . . παντελῶς*, sed distinguit *Ἄχρι μέχρι. ἕως*.

Etymologus *Ἄχρι. ἕως*.

Suidas. *Ἄχρι. γενικῇ, ἀντὶ τοῦ μέχρις, ἕως.* Hic ergo non distinxit, aut legendum *μέχρι*; videtur enim ad analogiam respexisse, quam Etymolog. et Eustath. dederunt iisdem verbis: *Ἄχρι. ἕως. παρὰ τὸ μέχρι ἐπίῤῥημα γίνεται κατὰ ἀποβολὴν τοῦ μ̄, καὶ μεταθέσει τοῦ ε̄ εἰς ᾱ.* Addit Suidas: *Ἔστι δὲ καὶ ἄχρις, ἀντὶ τοῦ καθόλου, διόλου*, citatque eumdem Homeri versum, quem Ammonius et Hesychius.

Thomas Magister: *Ἄχρι καὶ μέχρι, Θουκυδίδης ἀεὶ λέγει, οὐ μόνον ἐπαγομένου συμφώνου, ἀλλὰ καὶ φωνήεντος. οἱ δ' ἄλλοι, ἐπαγομένου μόνου φωνήεντος, καὶ μετὰ τοῦ σ̄, καὶ χωρὶς τοῦ σ̄ γράφουσιν, οἷον ἄχρις οὗ, καὶ ἄχρι οὗ.* Quid Viri dd. ad hos auctores, et ad Thucydidem variis in locis notarint, excutere longum foret. Quamquam forte sola Thomae auctoritate, inprimis Wass. etsi *μέχρις* in contextu retinuerunt, contra Codd. *μέχρι* ubique emendandum monent. Mihi cum Oudendorpio Praeceptore olim aestimatissimo ad Thomam, haud alia videtur differentia, quam quod *μέχρις* et *ἄχρις* ante vocalem nonnulli, illa ante consonam posuerint, id tamen non semper. Homerus d. l. *Ἄχρις ἀπηλοίησεν.* Iliad. *Ω.* v. 128. *μέχρις ὀδυρόμενος.* Odyss. *Σ.* v. 369. *ἄχρι μάλα.* Il. *N.* v. 143. *μέχρι θαλάσσης.* sed et in fine versus, Iliad. *P.* v. 599. *ὀστέον ἄχρις*, non diversa significatione, nam Schol. *ἕως τέλους.* Sic etiam Antoninus ratione scribendi variata, non significatione. Cap. 9. *ἄχρις αὐτὸν ἔπαυεν ὁ Πήγασος.* Cap. 10. *ἄχρι Διόνυσος παρῄνεσεν* cet. Cap. 11. *ἄχρι μὲν ἐτίμων.* ibid. *μέχρις ἡ . . . κατωδύρετο.* paulo post *μετεδίωξεν αὐτὰς ἄχρις πρὸς τὸν πατέρα.* et mox *ἄχρι πρὸς τὴν θάλασσαν.* contra cap. 22. *ἄχρι αὐτὸς . . . ἀνέλυσε.* cet. Nec video, cur adposita litera in hac voce quidquam detrahat vel addat, propterea quod, ut monet Eustathius ad Iliad. *E.* v. 100. eadem ratio est in *μέχρις* et *μέχρι*, quae in *οὕτως* et *οὕτω*, *αὖθις* et *αὖθι* cet. Idem observasse videntur Lexicographi et Glossar. consarcinatores: *ἄχρις ὧδε, ἄχρι τούτου* cet. Lucian. T. I. pag. 137. *ἄχρις ἂν λάθω.* T. II. pag. 409. *ἄχρι πόῤῥω . . . συνωφόρουν* cet. Vid. Reitz. pag. 520. ubi non solum a Luciano, sed et aliis *ἄχρις* ante vocalem eo, quo Noster usurpavit sensu, adhiberi exemplis comprobat. Adde Plutarch. in Solon. pag. 82. E. *Μέχρις ἂν ἀποβῶσιν οἱ πολέμιοι.*

pag. 95. F. *μέχρι τὴν ἀκρόπολιν κατέσχε.* Apollod. lib. I. cap. 7. §. 2. *μέχρις Ἡρακλῆς αὐτὸν ὕστερον ἔλυσεν.*

Multo plura huc transferre possem, quae de discrimine *ἀντικρὺ* et *ἄντικρυς* sive ut alii, quamquam hoc negat Eustathius, *ἀντικρὺς* vel *ἀντικρῦς*, iidem scripserunt, tum quod frivola haec excutere taedet, tum quod illorum opiniones fere omnes contraxit Nunnesius ad Phrynichum pag. 83. et 84. Huc autem redeunt, *ἀντικρὺ* significare *e regione*, *adversus*, *ἄντικρυς*, *palam*, *penitus*, cet. Verum uti *ἀντικρὺ* pro *ἄντικρυς*, h. e. *φανερῶς, προδήλως, διαμπερὲς,* Homero Iliad. *Θ.* v. 361. *T.* v. 453. et alibi, sic contra *ἄντικρυς* pro *e regione*, *ἐξ ἐναντίας* adhibetur, et revera contentio est de lana caprina, quidquid vel Suidas, *οἱ δέ φασιν ἀκριβέστερον, οἶμαι, λέγοντες, ὅτι μετὰ τοῦ σίγμα λεγόμενον τὰ εἰρημένα δηλοῖ. ἄνευ δὲ τοῦ σ, οἷον ἀντικρὺ, το κατέναντι μόνον, καὶ ἐξ ἐναντίας.* Phrynichus: *οἱ ἐπὶ τοῦ ἀντικρὺς τιθέντες ἁμαρτάνουσιν.* Thomas M. *ἀντὶ τοῦ ἄντικρυς παρά τισι τιθέμενον, ἀμαθὲς,* et Herodianus: *Ἄντικρυς ἕστηκεν ἢ καθέζεται, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἀντικρὺ χωρὶς τοῦ σ.* Antoninus habet cap. 23. *τὸ σπήλαιον ἄντικρυς Ἰταλίας,* quod quis secus, ac *e regione* interpretabitur? Illud *σ* haud alia de re, quam in *ἄχρις* et *μέχρις*, additum, propter sequentem vocalem. Quid? quod ne hoc quidem observant semper, unde liquet, perinde esse, utrum scribas. Plutarch. in Solone pag. 93. D. *ὁ Σόλων ἄντικρυς καταστὰς οὔτ' ἔπαθεν οὐδὲν, οὔτ'* cet. Schol. ad Thucyd. lib. II. cap. 6. 88. *ἄντικρυς δίοδ. Ἄντικρυς, ἐνταῦθα μὲν ἐξεναντίας.*

Nullus enim scriptor sui semper ita similis, ut non aliquoties extra idiomatis sui cancellos egrediatur, nec scribendi rationem mutet. Sic apud Nostrum: *ἐδυνήθη*, et *ἠδυνήθη*, *ἐλάττων* et *ἥσσων*, *ἐπέταττον* et *προςέτασσον*. In uno capite *μελισσῶν* et *μέλιτται*. Sic *εἰς* et *ἐς*, *σὺν* et *ξὺν* saepe. *εὔξατο* et *ηὔξατο*, *πρηὼν* et *πριὼν*, *αἰεὶ* et *ἀεί*. In uno cap. *Αἰετὸς*, *ὑψιαίετος* et *ἀετὸς*, *κἀπεὶ*, *κἀπὶ*, *κἀκεῖνος* cet. *καὶ ἐκεῖνος*, *καὶ ἐπεὶ* cet. *ἀλλ' ἔφερεν*, *ἀλλ' εἰ*, *ἀπ' αὐτοῦ*, *μετ' οὗ* cet. *ἀπὸ ἄγους*, *μετὰ Ἑρμοῦ.* cet. Passim tertiis personis et dativis pluralibus addit *ν*, sequente vocali: *ἐπεθύμησεν αὐτῆς*, *ἔῤῥιψεν ἐν*, *κηδεύσωσιν ἐκ*, saepe hoc negligit: *θύουσι ἄχρι* cet. et toties *ν* ante consonam, *ὤμοσεν τὸν*, *ἀριστεῦσιν τὴν*, *ἐπήχλυεν πάντα* cet. ut ab ipsa auctoris manu esse, neque mutari debere, Berkelio visum oportuisset.

Quamquam in his multa librariorum incuriae adscribenda consentio, certe in Antonino, cuius non pauca mutila idcirco

vix restitui possunt, quod unus hucdum Codex Ms. exstet, e quo descripsit Xylander, et quamquam a vetustate sese commendat egregie, rarissimo et ante numquam ei viso litterarum genere conscriptus, unde et hic, licet Graecarum litterarum peritissimus, librarii tamen manum nonnumquam non recte assequi potuit, quae quo magis animadvertimus, eo minus de diversitate dialectorum, saepe in una litterula sita, iudicari potest.

Non nego tamen, Antoninum, ut solent, quicumque aliena opera vel in compendium redigunt, vel integra loca describunt, ipsa scriptorum plerumque Ionicorum et poëtarum verba servasse, et hinc quidquam iis proprium contraxisse, unde Ionismi vestigia, et forsan poëtica, in eo agnovisse hic illic indicavi, et quae mihi talia fuerunt visa, suis locis notavi, ut illa repetere iam supersedeam. Duo tamen praetermisi, ut huc transferrem: *ἠέροπος* cap. 18. quod Ionicum videtur, ubi Aristoteli et aliis *ἀέροπος* vocatur, et cap. 25. *ἱλάσσασθαι*, quod a poëta recepisse videtur, modo ne sit a librario, cum cap. 25. *ἱλάσασθαι* exhibeat, quamquam saepius eum variasse vidimus. Sed ipsa haec variatio monstrat, et eum pro diversis, quos secutus fuit, scriptoribus, diversum imitatum fuisse stylum, et de vera eius lectione nos fore incertos, dum alterum vel plures Codices indulgeat fortuna. Ut vix tanti sit, quod his immoremur, nisi de iis minus convenisset inter Doctos.

Horum omnium in priore editione nihil animadverterat Berkelius, praeter quod *Τιτῆνας*, quam vocem tum nimis poëticam pronuntiabat, in *Τιτᾶνας* mutasset. Postquam vero in sua Ed. ad vocem *οὔρεσκεν* offenderat Munckerus, et illud *ἐπάϊστος* dubitanter ex Ionia admittens, praeter communem vel Atticam potius nullam agnoverat in Nostro dialectum, in altera Ed. plures non Ionismi tantum, sed et Doricae et Aeolicae dialecti reliquias detexisse sibi visus est Berkelius, renitente admodum Munckero, in secundis ad Mythographos curis, etiamsi D'Orvill. ad Charit. pag. 67. scribat, plura diversarum dialectorum vestigia ab Antonini Interpretibus recte animadversa esse.

Alter itaque omnes aliarum dialectorum reliquias tollit, quas alter urguet acriter, cui adsentitur tamen non D'Orvillius tantum, sed et Koenius. Ille Nostrum *αὖτις*, quod quinquies, *αὖθις* semel adhibuit, Ionicum facit, me non invito, si sit ab Antonini manu. Hic eidem idiomati adiudicat (ad Gregorium pag. 251.) *ἐπάϊστος*, *κοῦρος*, *Πολυδώρης*, *Τιτῆνας*, *οὔρεσκεν*, *πόρτιας*, *ἱρὸν* et *αὖτις*. Berkelius Aeo-

licae, Σμύρναν, Φηρεὺς et ἐθελήσειεν, Doricae ἔφασε et ἔφασαν, Ionicae vero τὰς ἵππους, Πολυδώρης, παῖδα κοῦρον, οὔρεσκεν, ἐπάϊστος, Ἰτῆνας, γενέων (γονέων), γονέας, ἱρὸν, κουράν.

Cum Berkelianis incipiemus, in quorum censum et altera veniunt. „Aeolicam vindicas Antonino (sic Munckerus), quia dixit cap. 41. εἴγε ἐθελήσειεν cet. Ergo censendum Aeolice quoque loqui Platonem, Lucianum, Aelianum, Parthenium, aliosque complures, apud quos passim reperire est optativi aoristos primos ista forma. Audi non me, sed Etymol. Magni Auctorem: Τίσειαν, ἀόριστος πρῶτος, εὐκτικὸν Αἰολικὸν τρίτου προσώπου τῶν πληθυντικῶν· ἐκεῖνοι γὰρ τὸ τύψαιμι, τύψεια λέγουσι, τὸ δεύτερον, τύψειας, τὸ τρίτον, τύψειε· καὶ τῷ μὲν πρώτῳ χρῶνται οἱ Αἰολεῖς, τοῖς δὲ λοιποῖς προσώποις ἡ κοινὴ συνήθεια καὶ διάλεκτος. Eiusdem farinae est, quod a. c. 1. notas, Aeoles dicere θῆρες pro φῆρες, cum contrarium verum esse, liqueat ex Eustath. ad Hom. Iliad. pag. 76. et Odyss. 627. Ed. Basil.“ Illud tam in confesso est, ut vel tyrones non ignorent. Hoc arguit Berkelii festinationem, qua, ordine inverso, contra mentem suam, verba disposuit, ut in notis ostendimus, sed dubium hic, Φηρεὺς Aeolicum sit nec ne, in quo controversiae cardo vertitur, ab ipso Munckero non tollitur. Aeoles φ pro ϑ reponere, verum est, ut ante agnovimus, sed idem, qui hoc docet Eustath. ad Hom. Iliad. Α. v. 268. eodem loco dicit: Ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ τοῦ ϑ μετάληψις εἰς τὸ φ, καὶ Ἀττικῆς ποτε διαλέκτου ἐστίν.

Verum etiamsi demus Aeolibus hoc magis esse proprium, an idcirco etiam nomina propria cum φ incipientia Aeolicae sunt dialecti, qualia Φέρης, Φόρκος, Φέρουσα, Φηγεὺς et plurima alia? Ab Apollodoro tamen eiusdem nomen Θυρεὺς vocatur. Sed nemo facile diiudicet, uter, Apollodorus an Antoninus, nomen illud rectius expresserit: in aliis enim, opinor, scriptoribus frustra illud quaeres. Eadem nomina diverso saepe modo efferuntur Περσεφόνη et Φερσεφάνη, et Φερσέφαττα. Ἕλλοι qui Pindaro, iidem Σέλλοι vocantur Homero. Quae Nostro Γαλανθιάς, ea Libanio est Ἀκαλανθίς, et Lactantio Galanthis. Νεόφρων Antonino, Menophron dicitur Ovidio, Menophrus Lactantio, et Blias, quae Liberali Βουλίς. Quae Nostro Θυρίη, ea Nasoni scribitur Hyrie, et, si Scholiastae fides sit, eadem, quae Theocrito Idyll. II. v. 6. Περιμήδη, Homero nominatur Ἀγαμήδη.

Σμύρνα cap. 34. nomen est Theiantis vel Cinyrae filiae, et arboris, in quam mutata fertur. Hanc scribendi rationem

quod Aeolicam faciat Berkelius, sola nititur auctoritate, ad quam provocat, Is. Tzetzae ad Lycophronem v. 829. Forsan quod hic ita invenerat in scriptore Aeolensi, qui tamen non suam, sed et aliis communem dialectum secutus fuit. Neque enim Aeolice scripsisse opinor τοὺς ό. Esth. cap. II. v. 12. ἐν σμυρνίνῳ ἐλαίῳ, neque Marcum Euangel. cap. XVI. v. 23. cum ἐσμυρνισμένον οἶνον dicat. In plerisque etiam Hippocratis, Aretaei, aliorumque locis diserte legitur σμύρνα de unguento vel arboris illius lacrymis, probatque utrumque scribendi genus Galenus. Neque etiam Sextus Empiricus disquirendum censuit, Σμύρνα an Μύῤῥα, sed Σμύρνα num Ζμύρνα scribendum sit. Eustath. ad Il. *T.* v. 6. Μύρον τὸ πρῶτον ἐκχυθὲν δάκρυον ἀπὸ Μύῤῥας τῆς τοῦ Θείαντος, nempe quod derivaret a μύρεσθαι, h. e. χέεσθαι. At tum nomen acceperit oportet, postquam in arborem esset mutata, cum ex fabulae tenore iuxta Nostrum et alios nomen suum dederit arbori. Melius quodammodo Etymol. M. auctor παρὰ τὸ μυρίζω, μύρνα et σμύρνα, atque adeo pari modo, ac μικρὸς et σμικρὸς, quod poëticum faciunt nonnulli, μίλαξ et σμίλαξ, μαράσσω et σμαράσσω, μάραγδος et σμάραγδος cet. unde Eustathium frustra esse liquet, qui ad Iliad. *B.* v. 209. alterutrum ab altero verbo derivari voluerit. Scholiastae Theocriti ad Id. I. v. 109. quamquam turbatus locus lectionem tamen confirmat: Κινύρου .... καὶ Σμύρνης θυγάτηρ Μοῖρα. Apollodorus etiam lib. III. cap. 13. §. 5. Θόαντος (Θείαντος, ut iam in not. monitum) βασιλέως Ἀσσυρίων (unde Oppiano Halieut. lib. III. v. 402. κούρης δάκρυον Ἀσσυρίης Θειάντιδος), ὃς ἔσχε θυγατέρα Σμύρναν. Sic, quo pateat, promiscue dictum, eadem, quae Dionysio Perieget. aliisque Amazon Σμύρνα vocatur, Lesbonacti dicitur Μυρίνα ἡ Ἀμαζών. atque adeo Antonini Σμύρνα Scholiastae Oppiani d. l. dicitur ἡ Μυρίνη, ubi tamen Theodorus ἐν ταῖς Μεταμορφώσεσιν apud Plutarch. in Parall. pag. 310. F. etiam Σμύρναν habet, et apud Stobaeum Serm. LXII.

Ἔφασε quod Doricum faciat Berkelius, recte est, sed capite illo 32. ubi Nicandrum poëtam Ionicum sequitur, vix credendum, admisisse Dorismum, cuius vestigia nusquam alibi apud Nostrum exstant. Ut verosimilius ex iis sit, quae librario, non auctori imputanda videntur, et aut cum Munckero ἔφασκε, aut cum Cl. Ruhnkenio ἔφρασε legendum. Hoc enim verbo utitur cap. 11. et 23.

„Δωριάζει tamen: nam cap. 41. dixit: ἔφασαν. Nempe (sic Munckerus) ab ἔφασα vis esse tertiam pluralem?“ osten-

dit esse, uti est, ab ἔφην, ἔφης, ἔφη cet. Doricum esset, si ἐφάσαν legeretur.

Ad Ionicam tandem devenimus, cui alia turpiter lapsus, alia rectius adiudicavit Berkelius. Nam Ionismi reliquias in Nostro superesse, negare non debuisse Munckerum, iuxta cum Koenio agnosco: propterea quod idem Munckerus *Leucothee* et *Leucothea* in Ovidio admittat eo, quod is *secutus fuit poëtas Ionicissantes*: nam hoc si in Latinum, cur in Graecum Graecos presse sequi solitum, cadere non potuit?

Τὰς ἵππους *equos*, Ionicum facit B. auctoritate Etymologi M. Auctoris: ἰστέον δὲ, ὅτι οἱ Ἴωνες πάσας τὰς ἀγέλας ἐκθηλύνουσι τῇ προφορᾷ, τὰς ἵππους, καὶ τὰς ὄνους, καὶ τὰς βοῦς λέγοντες. Secus Schol. Euripid. Phoen. v. 3. Ἔθος δὲ τοῖς ποιηταῖς θηλυκῶς λέγειν τὰς ἵππους. Salmas. vero Plin. Exercitt. pag. 660. „Dores τὴν ἵππον et τὴν πῶλον dicunt de masculo equorum genere, ut τὴν ἔλαφον. contra communis Graecia τὸν ἵππον appellat etiam equam feminam." Schol. Theocriti ad Id. I. v. 1. Ἔστιν αὐτοῖς (ποιηταῖς) κοινὸν ὄνομα τὸ αἴξ, ὡς ἔλαφος, ἄνθρωπος, ἵππος. De his dicendum, quod dixi supra, eo diversae dialecto tribui, quia alter in scriptore Ionico, in Dorico alter, tertius in poëta invenerit, communis, qua utebantur omnes, ratione minus habita. Certe, quod alibi Munckerus animadvertit, Palaephatus τὰς Διομήδους ἵππους dixit pari modo ac Noster aliquoties, qui praeterea *ursum*, cui (cap. 21.) ἐμίγνυτο ἡ Πολυφόντη, τὴν ἄρκτον vocat: quemadmodum τὴν ἔλαφον, quod Doricum censet Casaubonus, Attice dictum ostendisse Ill. Spanhem. de Praest. et Us. Num. Diss. III. pag. 164. iam monuit Munckerus. Quod ad alteram Salmasii Observat. attinet, communi dialecto τὸν ἵππον etiam appellari equam feminam, minus satisfacit Pausaniae, ad quem provocat, locus. Ipse Antoninus exemplum praebet, cap. 30. Λύκοι ἐπιφοιτῶντες de feminis: nam ὤρεγον παρὰ μέρος γάλα. Aristoteles apud Gellium lib. XIII. cap. 7. τίκτει δὲ ὁ λέων πάνυ μικρά. Homer. Iliad. *P*. v. 133. et *Σ*. v. 318. Eustath. Λέοντα γὰρ νῦν οἱ παλαιοὶ τὴν θήλειαν λέγεσθαί φασιν. Quod iterum poëtis adiudicat Schol. Theocriti d. l. οἱ δὲ ποιηταὶ καὶ ἐπὶ τοῦ ἄῤῥενος, τὸν αἶγα λέγουσι.

Πολυδώρης cap. 22. pro Πολυδώρας, Ionicum facientem Berkelium rogat Munckerus, „quis dixit Πολυδώρη esse Ionicum? Ionissat ergo etiam Apollodorus lib. III. cap. 12. Καὶ γίνεται θυγάτηρ αὐτῷ Πολυδώρη. Ego Atticum potius dixerim. Etymol. M. Auctor: Αἴθρα τὸ κοινόν. καὶ Ἀττικόν, αἴθρη. Remanserint ista, et id genus alia ex Ionismo

in Attica lingua. Una enim Attica olim et Ionica dialectus, ut inter alios notavit Eustathius ad Dionys. pag. 109. ed. Steph. Quod Atticum dixi, in eo me confirmant etiam ista verba Schol. Aristoph. in Plut. A. III. sc. 2. „*Ἀθάρα*, *μόνη ἡ σεμίδαλις· Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ η ἀθάρης, Αἰολεῖς ἀθήρας· ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος διὰ τοῦ α ἀθάρας.*" Hac de re post alios multa habet Piersonus ad Moer. pag. 184. Sed licet variis exemplis probet, *η* pro *α* in quibusdam nominibus placuisse veteribus Atticis, nihil verius est, quam quod Valckenarius Vir Cl. ad Theocritum pag. 204. notat, saepe difficulter constitui posse, *η* scripserint, an *α*, quod ex eadem voce *Ἀθάρη* derivat. In his etiam librariorum curam desiderari, mihi persuasissimum est, ut in ipso, quem testem citat Munckerus, Apollodoro liquet, cuius in loco illo *Πολυδώρα* diserte exhibet Collatio D'Orvilliana, quemadmodum contra lib. I. cap. 7. §. 2. *Πύῤῥης* pro vulg. *Πύῤῥας*. Potuerunt etiam, quod ait Munckerus, propria eiusmodi nomina ita efferri: nam ubi Apollodoro *Μεγαίρα*, *Ἠλέκτρα*, *Ἀστηρία*, *Ἥρα*, *Δηϊάνειρα*, sic contra *Κλεοδώρη*, *Εὐδώρη*, *Πλησαίρη*, *Εὐαγόρη* cet. scribuntur. Nicandri, quem Noster ubique fere sequitur, *Μετάνειρα* est. Is tamen scripsit Ionice, Antoninus contra *Μεγανείρης*: quemadmodum cap. 22. *Διοπάτρης*, cap. 4. *ἀγροτέρης*, et quater in uno capite: *Τιμάνδρης* et *Τιμάνδρην*, quae Apollodoro est *Τιμάνδρα*. Sed, unde rursus liquet, de auctore minus iudicari posse, quamdiu plurium Codicum auctoritate destituamur, cap. 22. *Εἰδοθέας* et cap. 30. *Εἰδοθέην* habet, licet in utroque capite unum secutus Nicandrum, in quo tamen ipso varietatem deprehendes nonnumquam, ut in *κόροι* et *κοῦροι*, *ὄφεων* et *ὄφιος*.

Κοῦρον Ionicum agnosco cum Berkelio. Est tamen, quod dubium me reddat, num sit ab auctoris manu. Ter enim in illo occurrit, sed ubi eosdem Ionicissantes descripsit, duodecies *κόρον* et *κόρην* dixit, et quod vix credendum, uno in loco varietas illa occurrit, cap. 17. *Ἐὰν γεννήσῃ κόρην ... οἱ προηγόρευον τὴν κόρην ... ἐξέτρεφον ὡς παῖδα κοῦρον ... ἐπεὶ δὲ ηὔξετο ἡ κόρη ... εἴπως αὐτῇ κόρος* cet.

Οὔρεσκεν eo damnat Munckerus, quia magis Ionicum, mutatumque voluit in *οὔρησεν*. Sed hoc est nodum secare, non solvere. Satius fuisset, hoc auctori e scriptore Ionico contractum agnoscere. Certe Hemsterhus. ad Hesychium, cuius verba ad eumdem, quo hic Antoninus, Minoa respexisse coniicit, v. *Θρώσκων κνώδαλα*, nihil offensus hoc Antoninianum *οὔρεσκεν* citat. Potuisset M. analogice agere, imper-

fectum esse τοῦ οὐρέσκω; uti enim ab ἀρέω fit ἀρέσκω, ab ὀλέω ὀλέσκω cet. sic facile ab οὐρέω οὐρέσκω deduci posset: quemadmodum vix video, uti alioquin locus, qui omnes, etiam Galeum, exercuit, expediendus sit cap. 29. ubi occurrit θορίσκεται, quod a θορέω pari modo derivo, quo ab εὑρέω, εὑρίσκω, a ῥύω, ῥύσκομαι. Sed illud Ionismo accenseatur, quamquam et Aeolibus et poëtis ab aliis peculiare adiudicatur.

Ἐπάϊστος pro φανερὸς Ionibus prae aliis proprium, Τιτῆνας et αὖτις itidem habeantur, per me licet.

Γονέων „qui Ionicae dialecti facit, sic rursus Munckerus, declinare nescit, cum vel praetextati norint, tertiam contractorum in genitivo plurali non pati contractionem. At γονέας pro γονεῖς cap. 41. Falsum: nec vola, nec vestigium comparet.“ Verum est eo capite non exstare. Legitur tamen cap. 39. et sic. cap. 2. τοὺς ἀριστέας. cap. 40. παρ' ἄνδρας ἁλιέας, quemadmodum eodem cap. ἁλιεῖ, uti et cap. 30. et 32. τοὺς γονεῖς. cap. 41. τοὺς ὄφεις cet. Sed Berkelium fugisse videtur, hanc contractionem soloecam esse Luciano, ad quem Graevius, et alii alibi, luculenter ostendit, veteres Atticos, quique eos fuerunt secuti, numquam γονεῖς cet. sed semper γονέας, νομέας, βασιλέας, φονέας cet. dixisse.

Κουράν, „quod Ionice pro κοράν esse dictum vult, utique cap. 41. reperitur, ἐξαλλάξασα τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὴν κουρὰν τῆς κεφαλῆς εἰς ἄνδρα, *mutato habitu, et tonso capillo, ut vir videretur.* Sed κουρὰν qui Ionicum vult esse, pro κοράν, ille profecto cor non habet, et explodi aeque dignus, ac ille, quem Var. Lectt. lib. XII. pag. 17. exagitat Muretus, quod Aristophanis istum versiculum, Πώγωνα τίλλει κουρέων ὑπ' ὠλέναις, verterit: *barbam velle a puerorum ulnis.*“ Ita Munckerus.

Ἱρὸν cap. 40. Ionicum est. Sed in Xylandri, quem unicum habemus ducem, editione legitur ἵρον, unde, si quid mutandum, Munckero ἱερὸν mutare licuit eodem iure, ac Berkelio ἱρόν. Sed, uti in notis sensi, sic sentio etiamnum, lectum fuisse ἱ^ε^ρὸν, quod in nota non recte expressum est, vel iunctim ἱ^ε^ρανήγαγον, ut alibi ἐντομαθύοντες: nam ἱερὸν ἤγαγον offendit quodammodo, et verosimilius est, auctorem dedisse numerum pluralem: uti enim repetitionibus gaudet, sic eodem capite: ἱερὰ προςήνεγκαν ... καὶ ἱερὰ ἐπετέλεσαν.

Ἄγειν probavi in notis, *ἀνάγειν* hoc sensu etiam probatur: Act. Apostol. cap. VII. v. 41. *ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ.*

Πόρτιας quod Cl. Koenius Ionicum faciat, miror; est enim commune. *Πόρτις* contra, si hic dialectus quaerenda, Ionicum, ipso Gregorio teste: *Ἡ κρᾶσις τοῦ ι καὶ ε εἰς ι μακρὸν τῶν Ἰώνων ἐστίν . . . ὄφιες ὄφις Ἰωνικόν*, ubi Vir Cl. ad hunc Ionismum probandum, ipse *τὰς πόλις* cet. ex Herodoto adfert. Idem Gregorius: *Φαμὲν οὖν ὡς Ἰώνων ἐστὶ τὸ γράφειν καὶ λέγειν ὄφεος, πρέσβεος, καὶ τὰ τοιαῦτα· τὸ μὲν γὰρ λέγειν ὄφιος, πόλιος κοινόν, τὸ δὲ ὄφεως, καὶ πόλεως Ἀττικόν.* Saepius hoc urguet. §. XXI. *τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ις εὐθειῶν γινομένας, διὰ τοῦ εος προφέρουσιν, ὄφεος λέγοντες καὶ πόλεος.* Paullo post: *Ἔστι δὲ, ὅτε καὶ τῷ κοινῷ χρῶνται, καὶ τούτῳ μάλιστα . . . πόλιος.* J. Diaconus ad Hesiod. Scut. 285. *Πόλις γὰρ πόλιος κοινῶς, καὶ πόλεος Ἰωνικῶς, καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς η, πόληος.* Est itaque commune *πόρτιας*, Ionicum *πόρτεας*. Novi eumdem Gregorium et alios observasse, Ionibus incontracta, quam contracta magis placere. Sed idem de Atticis vidimus paullo ante, et Herodoteum *τὰς πόλις*, *πίστις* cet. ostendit, contractionem Ionibus quoque fuisse adhibitam.

A D D E N D A.

Pag. 5, 5. *μήλῳ βάλλειν.* Vid. Intpp. ad Aristoph. Nub. v. 991.

Pag. 5, 7. *ὅρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος.* Aeschines de Fals. Leg. pag. 294. pag. 366. ed. Bekk. *ἡγεῖται δὲ, ὅταν τι ψεύδηται, τῶν λόγων ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν.* Cfr. Toupius ad Longin. pag. 330 sq. ed. Weisk.

Pag. 6, 15. *Δηϊάνειρα.* Vid. Wernsdorf. ad Himer. pag. 354.

Pag. 9, 30. Celtas circa a. 330—280 ante Chr. in Epirum adeo migrasse ibique sedes collocasse nunc pro explorato haberi potest. Vid. Radlofius: *Neue Untersuch. des Keltenthums.* Bonn. 1822. pag. 74 sqq. Barthius: *Teutschlands Urgeschichte* T. I. pag. 96 sqq.

Pag. 9, 32. *τὰς Γηρυόνου βοῦς.* Cfr. Jacob. ad Lucian. Tox. pag. 159.

Pag. 10, 25. *ἦν εἰώθει.* Vid. Matth. Gr. Gr. ampl. §. 473. T. II. pag. 883. ed. alt.

Pag. 12, 18. Pindarus Nem. Od. IX. v. 43. *αἰσιᾶν οὐ κατ' ὀρνίθων ὁδόν.*

Pag. 13, 18. *κορυδόν.* Triplici nomine hanc avem nuncupatam esse novimus, *κορυδαλὸς* sive *κορυδαλλὸς*, *κορυδαλὶς* sive *κορυδαλλὶς*, denique *κορυδὸς* sive *κόρυδος*. Schol. Plat. ad Euthydem. pag. 291. B. *κόρυδοι, ὄρνιθες ὄρτυξιν ὅμοιοι, οὓς ἔνιοι κορυδαλλοὺς φασιν.* Plura dedit ad Timaei Lex. pag. 164. Ruhnkenius. Atque de formis illis uberius disputarunt Hessius Observv. in Plutarchi Timol. pag. 129. Lobeck. ad Phrynich. pag. 338. Nam quartam huius vocabuli formam, quam exhibet Plutarchus in libello de cap. ex inimicis util. cap. 10. *ἐπεὶ δὲ πάσαις κορυδαλῇσι χρὴ λόγον ἐγγενέσθαι*, iure expulit Fabricius ad eiusd. Timol. pag. 52. corrigendo *κορυδαλίσι.*

Pag. 14, 23. *πληγεὶς ἔρωτι.* Eodem modo compositum *ἐκπλήττειν* de amantibus. Vid. Villois. ad Long. pag. 39. Ast. ad Plat. Phaedr. pag. 315.

Pag. 15, 2. κατὰ τῶν πετρῶν ἔῤῥιψεν. h. e. *praecipitavit de rupibus*, quem significatum illustravit Gronovius ad Arrian. Exp. Alex. lib. III. cap. 18. pag. 131. ubi κατὰ κρημνῶν ἑαυτοὺς ῥίψαντες. Himer. Orat. XIII. §. 5. ῥίψαι κατὰ σκοπέλων.

Pag. 16, 2. Plat. Sympos. pag. 197. A. HSt. ἐλλόγιμος καὶ φανὸς ἀπέβη.

Pag. 16, 20. Particulae μὲν a librariis temere iteratae exempla dedit Schaefer. ad Apollon. Rhod. T. II. pag. 218. ad Gregor. Cor. pag. 697.

Pag. 17, 13. τάχιον perraro invenitur apud scriptores Atticos. Vid. Pierson. ad Moer. pag. 395. ed. meae. Meinek. ad Menand. Reliqq. pag. 144. Koch. Append. Observv. in Timaeum pag. 61.

Pag. 17, 16. Ἥρα γὰρ αὐτῇ συνελάμβανεν. συλλαμβάνειν τινι εἴς τι, *opitulari alicui in aliqua re*, dixit Epictetus Enchir. cap. 24, 3. pag. 72. ed. Heyn. sec.

Pag. 19, 12. προςίετο αὐτῶν οὐθένα. Hanc formam h. l. a me receptam nolim, quum toties alibi vulgari eaque meliore forma οὐδεὶς Noster usus sit. Quamquam posterioris aetatis scriptores illam frequentasse constat. Vid. Lobeck. ad Phryn. pag. 182. contra Goettling. ad Aristotel. Polit. pag. 278.

Pag. 20, 4. Thestii et Thespii saepe inter se commutati. Vid. omnino Heyn. ad Apollod. T. II. pag. 136. ed. sec. Meier Marx ad Ephori Fragm. pag. 95.

Pag. 20, 9. Apollodori locus prostat lib. II. cap. 7. §. 4.

Pag. 20, 25. Apollodori verba leguntur lib. II. cap. 5. §. 4.

Pag. 21, 17. ἔτρεφεν ἐν πολλῇ σπουδῇ. Hic usus praepositionis ἐν satis probatur exemplis a Matthia Gr. Gr. ampl. T. II. pag. 725. ed. alt. prolatis, coll. Bernhardio in Synt. Graec. pag. 213. Quamquam mihi persuasum est, Graeca non esse τρέφειν ἐν σπουδῇ.

Pag. 22, 13. γυμνὸν ὄντα. Add. Jacob. ad Luciani Tox. pag. 126.

Pag. 23, 24. Tetigit hanc rem Winerus in *Grammat. des neutestamentl. Sprachid.* T. II. pag. 142, 6.

Pag. 25, 1. Pygmaeorum cum gruibus decertantium fabulam illustrant Creuzerus Commentt. Herodott. pag. 154 sq. not. 125. et Boissonadus ad Ovid. Metam. a Planude Graece vers. pag. 228 sq. Ceterum Toupius ad Longin. pag. 485. ed. Weisk. loco nostro abusus est, ut inde defenderet Longini verba: οἱ Πυγαμαῖοι καλούμενοι τρέφονται.

Pag. 26, 13. *Τειρεσίας δὲ γυνὴ μὲν ἐξ ἀνδρὸς* cet. Lessingius Opp. T. XVIII. pag. 138. ed. Berol. 1827. hanc narrationem elegantissime ex Antonino in vernaculam linguam transtulit.

Pag. 29, 30. *Κορωνίδα τὴν Φλεγύου.* Add. Ilgen. Opusc. Philol. T. I. pag. 169. not. 63.

Pag. 30, 14. *μὴ ... διεργάσωνται.* Eurip. Hippol. v. 609. *ὦ παῖ, τί δράσεις; σοὺς φίλους διεργάσει;* Cfr. Monk. ad v. 603.

Pag. 30, 17. *δύναμιν ἔχοντας ἄπλετον.* *ἄπλετος* vox poëtica, neque tamen prosae orationi aliena. Vid. Heindorf. ad Plat. Sophist. pag. 246. C. Errat Heynius ad Apollod. T. I. pag. 35. ed. sec. inde a Polybii aetate scriptoribus eam in usu fuisse contendens.

Pag. 33, 18. Achaeos et Phthiotas eandem fuisse gentem multis ostendit Tittmannus: *Ueber den Bund der Amphiktyonen* pag. 42 sq.

Pag. 34, 24. *ἐποιήσατο γέλωτα.* Epicharmus tamen ap. Athen. lib. X. pag. 411. B. *Τηνικάδε χαριείς τ' εἰμὶ καὶ ποιέω πολὺν γέλωτα.*

Pag. 36, 27. *πλεῖστα ποιησάμενος.* Cfr. Monk. ad Eurip. Hippol. v. 284. pag. 41. ed. Lips.

Pag. 41, 14. *ἐντὸς τοῦ Τάραντος.* Dicebatur ὁ et ἡ *Τάρας*, item ἡ *Ταρεντὸς*, de quibus vid. Osann. Analectt. Critt. pag. 25. not. 12.

Pag. 44, 10. De beatorum insulis uberius disputavit Creuzerus Comment. Herodott. pag. 89 sqq.

Pag. 45, 19. *τὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου καρπόν.* Add. Ilgen. Opusc. Philoll. T. I. pag. 293. Ast. ad Plat. de Rep. pag. 400. Matthias Gramm. Gr. ampl. T. II. pag. 726. ed. alt.

Pag. 46, 6. *σήναντες.* De indole atque significationibus huius verbi accurate scripserunt Blomfieldus Glossar. ad Aesch. Theb. v. 379. Monk. ad Eurip. Hippol. v. 866. pag. 106. ed. Lips.

Pag. 50, 4. De conf. vocc. *ὑποψία* et *ὑπεροψία* cfr. Boissonadus ad Ovid. Metam. a Planude Graece vers. pag. 586.

Pag. 53, 5. *Καὶ ἐπειδὴ Ἀμφιτρύωνος ἰόντος ἐδεήθη Καδμείων ἐπὶ Τηλεβόας αὐτῷ στρατεῦσαι ... συντίθεται Ἀμφιτρύων ἐπὶ τούτοις πρὸς Καδμείους.* Horum verborum nexus magnis, si quid video, premitur difficultatibus. Graecorum sane praeter alia hoc fuit proprium, ut Genitivum per anacoluthiam quandam ponerent, ubi Nominativum ex nostra loquendi ratione exspectamus. Anacoluthiam autem dico eam, ex qua subie-

ctum genitivi alii eiusdem enunciati vocabulo adhaeret, quocum si participii casus congrueret, subiecti autem genitivus abesset, concinnior existeret oratio. Exempla hunc dicendi morem illustrantia ex probatissimis scriptoribus facili negotio depromi possunt. Xenophon Cyrop. lib. I. cap. 4. §. 20. *ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ ἔδοξέ τι* (scil. *αὐτὸς*) *λέγειν τῷ Ἀστυάγει*, ubi *ταῦτα εἰπὼν ἔδοξε κ. τ. λ.* si scriptum esset, brevior evaderet oratio. Herodot. lib. III. cap. 111. *τοῦ ποταμοῦ κατελθόντος μέγιστα δὴ τότε ἐπ' ὀκτωκαίδεκα πήχεας ... κυμαίτης ὁ ποταμὸς ἐγένετο.* Thucyd. lib. II. cap. 83. *παρὰ γῆν σφῶν κομιζομένων καὶ ... πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον διαβαλλόντων ... κατεῖδον τοὺς Ἀθηναίους.* Idem lib. III. cap. 70. *καὶ ἐς λόγους καταστάντων* (*Κερκυραίων*) *ἐψηφίσαντο Κερκυραῖοι.* Tetigerunt hanc structuram Matthias Gr. Gr. ampl. §. 561. T. II. pag. 1108. ed. sec. Poppo Prolegg. in Thucyd. T. I. pag. 119 sq. Accuratius de ea scripserunt Goellerus ad Thucyd. lib. VII. cap. 48. et al. loc. Franciscus Richterus de praecipuis Linguae Graecae Anacoluth. Spec. I. Mylusae 1827. §. 16. pag. 29 sq. et qui sua inde hausit, Kuehnerus: *Versuch einer neuen Anordnung der griech. Syntaxe* §. 269. pag. 121 sq.

Ad Antonini verba revertor, quibus in explicandis eandem viam ingredi vix possumus. Nam hoc legentes in iis maxime offendit, quod incipit oratio cum coniunctione *ἐπειδή*, subiectum autem, quod ad *ἐδεήθη* relatum ex illis *Ἀμφιτρύωνος ἰόντος* repetendum est, in apodosi revera legitur: *συντίθεται Ἀμφιτρύων.* Plana omnia forent, si scriptum esset: *Καὶ ἐπειδὴ Ἀμφιτρύων ἰὼν* (quod fere omitti poterat) *ἐδεήθη Καδμείων .. συστρατεῦσαι ... συντίθεται ἐπὶ τούτοις πρὸς τοὺς Καδμείους.* Verba autem, uti nunc se habent, ex linguae legibus quomodo defendi possint, profecto non apparet.

Itaque hunc locum aut a librariis misere depravatum aut Antoninum usitatissima illa dicendi ratione, quam explicuimus, mira negligentia abusum esse statuamus oportet.

INDICES.

I.

INDEX SCRIPTORUM
VEL ILLUSTRATORUM VEL EMENDATORUM.

II.

INDEX

VERBORUM AC LOCUTIONUM,

QUAE EXPLICANTUR ATQUE ILLUSTRANTUR.

A.

E.

Η.

Ρ.

Σ.

T.

Ψ.

Ω.

III.

INDEX LATINUS.

A.

Q.

R.

S.